6
17-b
26

9 G
30

VITTORIO EMANUELE

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

II
14
C

5-17 b 26

Digitized by Google

H

Digitized by Google

DICTIONARIVM POETICVM, ET EPITHETA VETERVM POETARVM.

Accurata item hiſtoriarum, ac fabularum Poëticarum, ex optimis vtriuſque linguæ auctoribus, enarratio.

AVCTORE
BASILIO ZANCHO BERGOMATE.

Opus pereruditum, hiſtoriarum ac poëſeos ſtudioſorum bono, nunc ſecundò trans Alpes editum.

ex Legato [illegible]

Bibliothe. Secr.
Coll. Rom. Soc. Jesu

ANTVERPIAE,
Apud GASPAREM BELLERVM.

M. DC. XII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

POETICÆ ET HISTORIAE CANDIDATIS, LVCAS RIVIVS BIBLIOPOLA S.

EQuidem in ea ſemper fui ſententia, nec muto, eos optimè de ſtudiis literarum mereri, qui veterum ſcripta è tenebris eruta luci reſtituunt : proximè qui in iis corrigendis, à mendiſq; purgandis antiquorum librorum præſidio, operam ponunt. Laudem denique mereri & illos, qui ſitu vindicant atque adornant, licet recentiores, qui antiquos ſcriptores parentum memoria illuſtrarunt. Quo in numero BASILIVS ZANCHVS non poſtremas obtinet, poëta non vulgaris, acer Criticus, nec à ſacris abhorrens, vtpote Religioſorum hominum ſodalibus adſcriptus. Eius EPITHETA POETICA, ſeu veriùs, THESAVRVM HISTORICVM, Romæ amici ſummi beneficio nactus, Belgicam eo diutiùs bono fraudare nec volui, nec debui. Quò enim bonum latius manat, ad pluresq; pertinet, eo ſolet præſtantiùs iudicari. Ioan. Rauiſij Textoris Epitheta non contemno, neque ipſa noſtris luminibus vſu iam trita obſtruet. Illud memini notaſſe eruditiſſimos viros, eum ſine delectu recentiores poëtas antiquis per nefas permiſcuiſſe; mox iudicij inops iuuentus peſſima, ſed verſui implendo aptiſſima temerè corradit. Atqui ſi, vt eſt, optimorum ac veterum inſtituenda imitatio eſt, à quibus neoterici, qui ſapiunt hauſerunt, dubitabimus, quin rectius ZANCHVS noſter è Quinqueuiris potiſſimum, poëtarumq; latinorum Principibus, Virgilio, Horatio, Tibullo, Ouidio, Propertio, appoſita vt Fabius reddidit, hauſerit, id eſt è fontibus potius limpidā quàm è riuulis turbidam aquam. Hiſtorias verò, fabuloſaſq; narrationes, de melioris notæ ſcriptoribus ſumpſit, vt è

Digitized by Google

Græcorum poëtarum ſcholiaſtis, quos græcarum literarum imperiti non attingunt, ineptè neſcio quibus Dictionariis atque indicibus nimium confiſi. Verùm ceſſent nunc ſolita, dum meliora ſuppeditant; frugibusq; repertis glandibus veſci, ſuum ritu, religio ſit. Studio autem Scriptorum quos laudat verba non adſcripſit BASILIVS:*cùm ne libri moles nimiùm excreſceret; & verò libris illis nunc abundant bibliothecæ, plutei, fora & anguli: vt ſat magnum ſit officium, digitum, quod aiunt, in fontes optimos fideliter intendiſſe. Quo etiam conſilio & librorum capitumq; numeris abſtinuit; cùm ne narrationis curſus citando impediretur; tum quòd ſæculi huius felicitate, Indicibus ornentur auctores, quibus ſi induſtria (magna hodie eruditionis cum iudicio pars) accedat, quiduis reperias. Qualem & his adieci, qui ſparſim narrata ſuis ſedibus oſtendet. Qui labor ſi tibi non ingratus accidet, cupio quidem, certè dabimus propediem, Deo iuuante maiora. Interim fruere, mi Lector, ac labori faue.*

BASILII

BASILII ZANCHI BERGOMATIS ONOMASTICVM POETICVM.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

ABELLA ciuitas Campaniæ in via latina, Chalcidenſium colonia: Strabo, Iuſtinus, Ptolemæus, *Malifera*, Virgilius.

ABIES arbor, quædam maſcula, quædam fœmina eſt. Diſtant inter ſe foliis: mari enim acutiora, magiſque pungẽtia, flexaque magis: quamobrem aſpectu criſpior tota arbor videtur. Arbor forma decora eſt, quippe germinatio quædam peculiaris huic præter alias agitur: ſolaque ordinem ſeruat. Eſt magnitudine excelſa, longeque Pino procerior. Plura leges apud Theophraſtum. *Nigra*, Virg. hoc eſt vmbroſa. Seruius. *Enodis*, Ouidius. Theophraſtus, Nodi, inquit, plures Pino, ſed duriores Abieti: quin & reliquis omnibus ferè duriores, quamquam mollius lignum eſt: ad ſummam nodi denſiſſimi, ſolidiſſimi, patentioreſque abieti, atque pino, coloreque tedæ proximi.

ABROTONVS, quem Romani Abſinthium ponticum vocant, duorum generum frutex, alterum fœmina, quod in arborem excreſcit, albicantibus foliis, inciſuris minimis, ſeriphit Abſinthij modo, circa ramulos diuiſis, floribus plenum, comantibus in ſummo fulgore auri veluti corymbis quibuſdam. Naſcitur æſtate odoratum cum grauitate aliqua, & guſtu amarum, crediturque Siculum tale eſſe. Plurimus naſcitur in Cappadocia, & Aſiæ Galatia, & Hierapoli. Ex Dioſcoride, Plinioque. *Grauis*, Lucretius.

ABSINTHIVM, quod quidam à grauitate amaritudinis Barypicron vocant, AEgyptij Somi, Romani Abſinthium ruſticum dicunt. Notum omnibus Abſinthium eſt. Antecedit bonitate omne aliud quod in Ponto, & Cappadocia monte Tauro naſcitur. Dioſcor. *Tetrum*, *amarum*. Lucret. *Canum*, *triſte*, Ouid.

ABYDOS ciuitas Helleſponti, Mileſiorum colonia, Strabo, Stephanus. *Oſtrifer*, Virgil, Catulli imitatione qui ait. Nam te

præcipuè in ſuis vrbibus colitora Helleſpontica cæteris oſtreoſior oris. Archeſtratus quoque poëta referente Athenæo inquit. τοὺς μῦς αἶνΘ ἔχει μεγάλους, ὄστρεια δ᾽ ἄβυδΘ.

ACANTHVS herba quam & Melamphyllon, & Pederota vocant. Naſcitur in hortis, ſaxoſiſque & humentibus locis. Folia habet multoquàm lactucæ latiora, longioraq́ue. Erucæ modo inciſuris diuiſa, nigreſcētia, & cum molli læuore pinguia. Dioſcorides, Plinius. *Mollis*, eo verſu.

Et molli circum eſt anſas amplexus acantho.

Quo hiſtoriam tangere videtur quam Vitruuius libro quarto retulit: quam poterunt volentes apud eum ſine labore cognoſcere. *Flexus*. Nam caulis eius eo quod admodum lentus, & flexilis ſit, viminis rationem, & naturam habet. Et (vt ait Plinius) topiaria & vrbana herba eſt, elato, longoque folio, crepidines marginum, aſſurgentiumque puluinorum toros veſtiens, *ridens, ſemper frondens*. *Croceus*, Virg.

ACASTVS Peliæ regis Theſſaliæ filius ex Anaxibia Dymantis filia, qui Cretheiden, vel, vt quidam, Hippolyten, vt alij Atalantam, vxorem duxit quæ Pelei amore capta, quum ab eo contemneretur, marito detulit, Peleum ſibi vim inferre voluiſſe: qui calumniæ credens eum ſub venationis ſpecie in Pelium montem deduxit: ibique Centauris lacerandum reliquit, qui tamen à Chirone, ſiue vt alij, à Mercurio ſeruatus, ab eo gladiū Vulcani opus accepit, quo occurrentes feras conficiens in vrbem rediit. poſtmodum exercitu comparato, Acaſti vxorem, ipſumque vna cum filio interemit. authores Pindarus, Suidas, eiuſque, & Apollon. & Ariſtoph. interp. & Hyginus. ex quo Horat.

Narrat pene datum Pelea Tartaro,
Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens.

AEmonius, Ouid.

ACCIPITER, *ales ſacer*. Virg. aut quia eſt Marti conſecratus, aut quod verius eſt, nomen græcum expreſſit. nam ἱέραξ dicitur, hoc eſt, ſacer, cur autē græcè ita dictus ſit ratione non caret, quæ nota eſt ſacrorum peritis. Seruius. Aliter quoque ideò ſacer dici potuit, quia Soli apud AEgyptios ſacer eſt. Vnde quiſquis Ibim, aut Accipitrem necauerit ſiue volens, ſiue nolens neceſſariò morte afficitur, vt legimus apud Herodotum, & Orum Apollinem. Diodorus verò refert accipitres ideo AEgyptiis in honore eſſe, quia admodum proſunt ad ſcorpiones, ceraſtaſque

ſtaſque, & parua animalia quæ morſu nocēt. Alij verò quod his augures vtantur in futurorū prædictione. Alij accipitrem dicūt priſcis temporibus librū puniceis ſcriptū litteris, in quo continebatur qui cultus diis deberetur, Thebas ad ſacerdotes detuliſſe. Qua propter literarū ſacrarū ſcriptores & puniceū filum geſtant, & accipitris alam in capite. *Nulli aui ſatis æquus*, Ouid.

ACERVVS, *altus*, Lucretius.

ACER, arbor operum elegantia ac ſubtilitate Citro ſecunda. Plura eius genera, Album quod præcipui candoris vocatur, Gallicum in tranſpadana Italia, tranſque alpes naſcens. Alterum genus criſpo macularum diſcurſu, quod quum excellentius ſit à ſimilitudine caudæ Pauonum nomen accepit. In Iſtria, Rhætiaque præcipuum, de quo Ouidius loquitur quum ait. *Acerque coloribus impar. Coloribus impar.* Ouid.

ACERRA, *cuſtos turis*, Ouidius.

ACESTES Crimiſi, non autem Crimniſi, amnis Siciliæ filius, ex Egeſta Phœnodamantis Troiani puella in Siciliam deportata, cum ſororibus edicto Laomedontis, quod is Heſionem Ceto exponere Phœnodamantis factione coactus erat, authores Dionyſius Halicarnaſſeus, & Lycophronis interpres. *Dardanius, clarus, Troianus, magnus, Troia generatus*, Virg.

ACHATES Virgilij carmine inſignis. *Fidus, magnus*, Virg.

ACHAEMENES Perſei filius, primus Perſarum rex, à quo poſtea omnes reges Perſidis vſque ad Darium deſcenderunt. Herodoto teſte. *Diues*, Horatius.

ACHAIA prouincia, quæ & Hellas dicitur Ptolemæo, Suida. dicta Achaia ab Achæo conditore, Xuthi & Creuſæ Erechthei filio, vt Apollonij, & Homeri interpres, itemque Euſebius aſſerunt. Primo Danaa nuncupata vt Herodoto placet, vnde Græci, Achæi, Achiui, Danaique appellati, vt ait Strabo. Achaiæ nomen prouinciæ (inquit Plinius) ab Iſthmo incipit. antea AEgialos vocabatur propter vrbes in litore per ordinem diſpoſitas. *Vetus*, Propertius. *Diues*, Ouid.

ACHELOVS amnis Oceani & Tethyos filius, qui per Acarnaniam, & AEtoliam fluens in Echinadum inſularum mare, iam eas media ex parte fecit continentem. Nomen ſumpſit ab Acheloo viro Theſſalo Alcmæonis ſocio, dictus antea Thoas, Herodorus, Strabo, Homeri, & Lycophronis interpretes, vel, vt ait Plutarchus, Theſtius à Theſtio

Martis & Piſidices filiò, cùm antea Axenus diceretur: poſtmodum Achelous, ab Acheloo Oceani & Naidis nymphæ filio. Achelous præterea omnium Græciæ fluuiorum maximus creditur: ex quo omnis aqua Achelous dicitur, author Pindarus, *AEtolus.* Propert. *Amnis Acarnanum, Calydonius, amnis rapidus, Naupactius*, ab oppido AEtoliæ Naupacto, quod nomen accepit ἀπὸ ναυπηγίας ἡρακλειδῶν. i. quia Heraclidæ ibi naues compegerunt, Plinius, Strabo, Steph. *Limoſus*, Ouid.

ACHERON amnis inferorum qui nunc Sonautes dicitur, in Theſprotide Ponti palus eſt Acheruſia, & amnis Acheron, ibi Cocytus quoque labitur aqua inſuauiſſima, Lycoph. interp. & Pauſanias, qui arbitratur Homerum quum hæc loca vidiſſet, commentum inferorum aggreſſum, & in poëma ſuum tranſtuliſſe. Huius Acherontis meminerunt Herodotus, Plinius, Strabo. Eſt & Acheron fluuius Coſentiam Brutiorum primariam vrbem præterfluens, à quo Acherontini oppidani. Strabo. Plinius, Iuſtinus. *Profundus*, Lucretius, *Tartareus*, Plato in quarto de fluminibus (vt retulit Varrò) apud inferos quæ ſunt, in his vnũ Tartarum appellat, quare Tartari origo græca, vel vt Homerus accipit, locus in quo Saturnus, eiuſque comites ſub terra coërcentur. *Liuidus, Irremeabilis, imus, auarus*, Virg.

ACHERONTIA ciuitas Apuliæ, finitima Lucaniæ, parua, & in montis vertice conſtituta, Acron, Porphyrion. *Celſa* Horat.

ACHILLES ex Thetide Nerei, & Peleo natus. Homerus, & Heſiodus: alij vt interpretes Apollonij ſcribunt; ex Thetide filia Chironis, alij ex Philomela Actoris, alij aliter natum prodiderunt. Interpres Lycophronis ſcribit Achillem prius Ligyron, & Pyriſſeon appellatum, propterea quod ſolus ex Thetidis filiis, quos illa, vt eorum immortalitatem experiretur, igne probauit, ſeruatus ſit, vt legimus apud Pindarum. *Expers terroris*; Catullus. *Magnus, immitis, ſæuus, Lariſſæus, Pelidus, criſtatus, fortis, AEacides* ab AEaco paterno auo. *armipotens, Priami regnorum euerſor.* Virgil. *Clarus, Pthius*, à Phtia Theſſaliæ oppido. Plinius, *pugnax, grandis, inuictus, nepos Nereius, pernicax, impiger, honoratus, iracundus, inexorabilis, acer.* Horatius. *AEmonius.* Prop. *Ingens, ferox, magnanimus, fortiſſimus, populator, violentus, velox.* ex Hom. qui eum ferè vbique πόδας ὠκὺν vocat. *Theſſalus, Theſſalicus*, Ouidius.

ACHIL-

ACHILLIS haſta, quam ex fraxino confectam canit Homerus, & Strabo & Plinius repetunt. In Phaſelide Pamphyliæ ciuitate quondam Palladi dicatam, & in eiuſdem ſacrario repoſitam, eiuſque æneam fuiſſe cuſpidem refert Pauſanias. *Pelias haſta*, Ouid. à Pelio monte in quo à Chirone confecta fuit: ab eoque Peleo Achillis patri dono data, qua Peleus poſtmodum plurimum valuit, authores Homerus, eiuſque interpres, iſque qui Cypria conſcripſit, vnde Homerus eam frequẽter πηλιάδα μελίην vocat, hoc eſt, Peliacam fraxinum.

ACIS amnis Siciliæ, qui decurrit ex Aetna teli impetu, vnde dictus eſt, vt docet Euſtathius: ἀκὶς enim græcis telum, cuſpidemque ſignificat, natura gelidiſſimus: vnde natum in homines frigentes prouerbium Acis fluuius, vt ait Zenodotus. Eiuſdem Theocritus, eiuſque interpres meminit. *Herbifer, Simethius*, Ouid. à Simetho Siciliæ amne, haud longè à Catinenſi vrbe, circa quem ſunt Palici Dei, Seruius, Plinius.

ACINACES gladius, ſiue breue iaculum Perſarum, Suidæ, Heſychio. *Medus*, Horat. Media namque Perſidi finitima eſt. Solino authore.

ACLIDES tela breuia, quæ per flagellum in immenſum iaci poſſunt. Seruius, Nonius, *Teretes*, Virg.

ACONITVM herba folia Cyclamini, aut cucumeris habens tria, aut quatuor, minora, & ſubhirſuta, caulem palmo altũ, radix ſcorpij caudam æmulatur, & alabaſtri modo ſplendet, fructum eius, & folium nihil nocere prædicant, vim mortiferam in radice haberi. nomen illi non à cautibus, quas Græci aconas vocant, in quibus plerunque naſcitur, ſed ab Aconis Periandynorum pago, qui ad Heracleam ponti eſt. Nam vbique naſcitur. Theophraſt. Dioſcorides, Plinius. *Luridum, viuax*, Ouid.

ACRON Cæninenſium rex, quo duce impetum in agrum Romanum fecerunt, quibus fit obuius Romulus cum exercitu, & hoſtes fundit, fugatque, Regem ipſum in prælio obtruncat: obtruncatum armis ſpoliat, & ita duce hoſtium occiſo vrbem primo impetu capit, mox ornatu triumphali opima ſpolia regis obtruncati Ioui feretrio conſecrauit. Hiſtoria nota monumentis Dioniſij Halicarnaſſei, Plutarchi, Liuij. *Ceninus*, Cenina vrbs non ignobilis græci generis, quemadmodum & Antemnæ, quam Aborigines, ademptam Siculis obtinuerunt, poſt hoc bellum colonia facta Romanorum, Dion. Halicarnaſſ. *Herculeus*.

Cenina ductor ab vrbe. Prop.

ACRISIVS quartusdecimus Argiuorum rex, Abantis regis filius, qui ex Eurydice Eurotæ, ſiue Lacedæmonis filia, Danaen ſuſcepit, quumque ex oraculo didiciſſet, mortem ſibi imminere ab eo, qui ex filia natus eſſet, illam turri conclusit. Sed Iupiter conuerſus in aurum vitiauit Danaen, ex qua Perſeus natus eſt, qui Acriſium obiecto Gorgonis capite conuertit in ſaxum: vel, vt alij, diſco interemit, Euſebius, Apollonij, & Lycophronis interpres, Lactantius Placidus. *Cuſtos pauidus.* Horat.

ACROTA, qui Agrippa Liuio dicitur, Tiberini regis Albanorum filius apud Ouidium, Remuli, quem Liuius Remulum ſyluium vocat, frater, qui Auentino regnum tradidit. *Ferox, fratre ſuo moderatior,* Ouid. Fuit enim Remulus Tyrannide illuſtris, Deorumque immortalium contemptor, vt teſtantur Ouidius, & Dionyſius Halicarnaſſ.

ACTAEON Ariſtæi, & Autonoes filiæ Cadmi filius, quem fabulæ ferunt à ſuis canibus diſcerptum, cuius rei cauſa ea traditur à nonnullis extitiſſe, quod Dianæ concubitum quum venaretur in montibus appetierit. Alij quod ſe illi Actæon prætulerit venandi arte. locupletiſſimi authores Euripides, Pauſanias, Diodorus, Callimachi interpres, & apud nos Ouidius, qui ſcribit Actæonem quum fortè Dianam lauantem ſe oſtendiſſet, ab eamutatum in ceruum, ne rem cuiquam narrare poſſet. demum etiam à ſuis canibus laniatum. *Nepos Cadmi, Autoneius heros, Hyantius,* Ouidius.

ACVS, *tenuis, ahena.* Ouidius.

ACVMEN, *argutum,* Horatius.

ADAMAS ſui nominis lapis, quem latinè indomitũ poſſumus appellare: eò quod nulli cedat materiæ, ne ferro quidem, nam & ſi ponatur ſuper incudē, & graui ictu feriatur mallei, ante incus, & malleus vulnus accipiunt, quam adamas conteratur. Cũque ignis omnia domet, & vniuerſa metalla cõſumat, reddit adamantem puriorem: vt ne paruulos quidem in eo angulos vis nimij ardoris obtũdat. Vidi in auro adamantē magnitudine milij, cumque vicinum conſumatur aurũ aut longo vſu, aut nimia vetuſtate, ſolus adamas non atteritur, & nulla lima imminui poteſt, ſed è contrario limã terit: & quicquid attigerit lineis ſulcat. Hic lapis duriſſimus, indomitus & ſolo hircorũ cruore diſſoluitur, & miſſus in calidum ſanguinem vim ſuam amittit. Eius genera

nera alij 4, alij 6. deſcripſerunt. Ex authoribus Xenocrat. Plin. D. Hieronymo. *Solidus.* Virg. *Inuictus, durus, perennis.* Ouid.

ADMETVS Pherarum Theſſaliæ vrbis rex, Pherete Cretheí filio, & Periclymena natus, vt Tzetzes ait, apud quẽ Apollinem mercede famulatũ tradiderant, vt ait Strabo, ſiue vt Seruius, & Diodorus referũt, apud Amphryſũ flumen Admeti regis pauit armenta diuinitate priuatus ab Ioue irato, quia Cyclopes fabricatores fulminum, quibus Aeſculapius filius eſt extinctus, occiderat. Nonnulli Alceſtidis Admeti vxoris amore captum id feciſſe malunt. Interpres Homeri, & Apollonij. Plutarchus Phorbantem, Hyacinthum, Admetum, & Sicyonium Hippolytum ab Apolline adamatos refert. *Pheretiades, gener Peliæ,* Ouid. Propter Alceſtin vxorem Peliæ filiam.

ADONIS Cinyra Cypri rege, & Myrrha iam arbore editus, vt legimus apud Ouid. Vt Lycoph. int. Myrrha, & Thiante Cypri rege, tametſi Thias apud Suid. Cyniræ pater eſt, apud Heſychium Apollo, Pharnace mater. Oppianus certè Myrrhã Thiantida vocat. Steph. refert Adonim re vera AEgyptium fuiſſe, ſed Cyprios, & Phœnicas illum ſibi vendicaſſe. Præterea Theocr. int. prodit Adonim in Anemonem florem mutatum à Venere, amatumq́ue ab Ioue, Venere, & Proſerpina. Athenæus ex Platone addit à Baccho quoque amatum, Paſtorem illum fuiſſe canit Maro ex Theocr. Antiquitas nihil prius mirata eſt quàm & Heſperidum hortos, ac regnum Adonidis, & Alcinoi, itemq́ue penſiles ſiue illos Semiramis, ſiue Aſſyriæ rex Cyrus fecerit, & Epicuri Athenis, inquit Plin. apud quem & Athenæum, Adonim quoque piſcem in Arcadia, qui & Exocætus dicitur, legimus. *Formoſus.* Virg. *Niueus.* Prop. *Cinyreius heros, arbore natus, auo genitore creatus, Veneri ploratus, aptus ſyluis.* Ouid.

ADVLTERA, ſiue mœcha, *mala, putida.* Catull.

ADVLTER, qui & mœchus, *nocturnus, nitidus, arrogans,* Horat. *Callidus, turpis, temerarius, cultus.* Ouid.

ADVLTERIVM *impurum, malum,* Catul. *Obſcænũ.* Ouid.

AEACVS Iouis, & AEginæ Aſopi amnis filius, qui AEginã inſulam tenuit. Pauſ. Steph. Diod. Pind. in olympiis AEacum Neptuni, & Apollinis ad Troiam muniendam ſocium fuiſſe teſtatur. Inferorum Iudices nominantur Minos, Rhadamanthus, AEacus, Triptolemus, vt didicimus ex Platone. *Iudicans,* Horat. *Aſopiades.* Ouid.

AEETES Colchorum rex, Solis, & Perſeidis, ſiue Perſæ Oceani filius, Heſiodo, & Homero. Epimenides vero AEeten genere Corinthium matre Ephyra natum ſcribit. Diophanes matrem ei Antiopen tribuit. *Sanus*, Solem, inquit Diodorus, ferunt duos procreaſſe pueros, Aeeten, ac Perſen. Aeetes in Colcho regnauit, Perſes in Taurica, crudeles ambo efferique, *Phaſiacus ſenex*, Ouid.

AEAEA inſula quæ Tyrrheno mari alluitur, quod Oceanum Homerus frequenter appellat, vt ait Strabo, in qua regnauit Circe, vt legimus apud Homerum. Hæc multis ſæculis inſula non fuit, ſed annexa continenti. Qua de re ita ſcribit Theophraſtus. Circæum verò quod vocant excelſum quoddam promõtorium frequentiſſimum arborum, & robore, lauro, myrtoque maiore ex parte ſcatens, Circen in eo habitaſſe incolæ referunt: & tumulum Elpenoris monſtrant, apud quem Myrti proueniunt. Inſulam ante Circæum fuiſſe notatur, cuius magnitudo circiter 80. ſtadia complectitur. Circæi mentio fit etiam apud Diodorum, Strabonem, Dionyſium Halicarnaſſeum, Plin. *Inſula Circes, Circæa terra, littora dira*, propter hominum in feras mutationes, *Circæum iugum*, Virgil. *Tellus Circæa*, Ouid.

AEGINA Aſopi fluminis filia, quam Iupiter ex Phliunte rapuit, inque inſulam aduexit, quæ ab ea Aegina eſt nuncupata, ibique eam in ignem mutatus compreſſit. Diodorus, Pauſ. Ouid. Steph. interpres Apollonij, & Homeri. *Aſopis*, Ouid.

AEGINA inſula, quæ à Piræeo Athenienſium portu 12. milia paſſuum abeſt, cuius 20. milia paſſuum nauigatio eſt, ante Oenone vocitata, ab Oenone Budeonis filia, authoribus Plinio, Herodoto, Pauſania & Lyc. interp. & Parthenio. quam ob cauſam non deſunt viri doctiſſimi qui apud Ouidium Oenonen, nõ Oenopiam legendum affirment eo verſu.

Oenopiam, veteres appellauere, ſed ipſe
AEacus AEginam genitricis nomine dixit.

Cum tamen apud Pindarum in Nemeis, & Iſthmiis, eiuſque interpretem, Oenopiam pro Aegina poſitum manifeſtiſſimè legatur. Ita autem eſſe vel vnius loci teſtimonio liquet. Iſthmiorum ode vlt. ita legimus. Σὲ δ᾽ ἐς νᾶσον οἰνοπίαν ἐνέγκων κοιμᾶτο δῖον ἔνθα τέκες αἴακον βαρυσφαράγῳ πατρὶ κεδνότατον ἐπιχθονίων. *Oenopia, AEacideia regna*, Ouid.

AEGESTA Aceſtæ, de quo ſupra dictũ eſt, mater. *Troia*, Virg.

AEGYP-

AEGYPTVS regio, Aſiæ caput. Eſt autem ſuperior, & inferior: à meridie introrſus recedit, donec à tergo AEthiopes obuerſentur. Cuius inferiorem ſitum dextra, læuaque diuiſus Nilus amplectitur. Nomen habuit, quum priùs Aeria diceretur, ab Aegypto tunc ibi regnante, cui datum eſt regnum eiecto Danao. authores Ptolemæus, Euſebius, Solinus, Martianus. *Viridis.* Virg. propter ſegetum copiam.

AEGYPTII. *fuſci*, Proper. *Niligenæ*. Ouid.

AEGIS munimentum pectoris æneum Palladis, habens in medio Gorgonis caput, vt ſcribit Seruius: eius fimbriæ ſerpentes erant authore Herodoto. Hyginus verò ita differit. Quum Iupiter fidens adoleſcentia bellum contra Titanas appararet, reſpōſum eſt ei, ſi vincere vellet vt AEgos pelle tectus & capite Gorgonis bellum adminiſtraret, quam Aegida Græci appellauerunt, itaque facto eo quod ſuprà declarauimus, Iupiter Titanas ſuperans regnum eſt adeptus: & reliqua oſſa Aegos caprina pelle contecta anima donauit: & ſtellis figuratam memoriæ cōmendauit: & poſtea quibus ipſe vicerat tectus Mineruæ conceſſit. *Nigrans, horrifera*, Virg. *Sonans*. Horat.

AEGISTHVS Thyeſtæ filius ex Pelopea ſorore, aut Mneſiphae, quem Oreſtes in Agamemnonis vltionem interfecit: interfectoque in regnum Mycenarum ſucceſſit. Velleius Paterculus, Plutarchus, Pindarus, Tzetzes, Euſebius. Caprino lacte eum victitaſſe ſcribit Orion grammaticus apud Etymologicon. *Thyeſtiades, adulter, deſidioſus*, Ouid.

AEGER, *dubius*. Ouid.

AEGRIMONIA. *deformis, faſtidioſa*. Horat.

AEMVS Thraciæ mons, ab Aemo filio Boreæ, & Orithyiæ: Stephanus, Theocriti interp. In tantum altitudinis abit, teſte Pomponio Mela, vt Euxinum, & Adriam ex ſummo vertice oſtendat. *Gelidus*. Horat. *Oeagrius*, ab Oeagro Thrace Orphei patre *Vmbroſus, pulſus aquilonibus*. Ouid.

AEMON Creontis Thebarum regis & Eurydices filius, qui ſibi ipſe necem conſciuit ob Antigones interitum, vt alibi retulimus, *Boeotius*. Proper. ob Boeotias Thebas.

AENEAS Anchiſa & Venere in Idæ vertice editus, Home. Heſiodo, cuius ſtirpem hoc ordine Dionyſius Halicarnaſſeus exponit. Dardanus poſtquam Chryſen Pallantis filiam, ex qua priores filios ſuſceperat, mori contigit, Batearn ducit Teucri

filiam: naſciturque illi filius Erichthonius, qui omnium hominum fuiſſe dicitur fortunatiſſimus, ſuccedente eo in paternam, atque materni aui dominationem. ex Erichthonio autem, & Callirhoe Scamandri filia Tros naſcitur, à quo cognomen habet natio. Ex Troe verò & Callanide Eumedis filia Aſſaracus. Huius autem & Ditodoræ Laomedontis filiæ Capys fuit, cuius & Nymphæ Naidis Anchiſes, Anchiſæ deinde & Veneris Aeneas, plura apud eundem leges. *Inſignis pietate, pius, magnanimus, Troius, natus dea, Phrygius, dux Dardanius*, ex Homeri namque catalogo Dardaniorum rex fuit. *Dardanus, ſatus Anchiſa, Anchiſiades, Anchiſa generatus, pater, Tros, maximus, Deum certiſsima proles, inuictus, pietate inſignis, & armis; ingens, inclytus dux Teucrum, egregium Veneris decus, Laomedontius heros, fortiſsimus Teucrum, maximus Teucrorum ductor, Teucrûm atque Italum fortiſsimus ductor, optimus armis, magnus, Deum genus, Dardanides, ductor Dardanius, bonus, ſæuus*, hoc eſt *fortis*, vt exponit Seruius. *tyrannus*, apud græcos tyranni & regis nulla diſcretio eſt, licet apud nos incubator imperij tyrannus dicatur. Seruius author. *Romanæ ſtirpis origo, ductor Rhoeteius*. Virg. *Caſtus*, Hor. *impiger, volitans frater amoris*, Tib. *Troianus, Phryx*, Proper. *Cythereius heros, penatiger, pietatis idoneus author*. Ouid.

AENEIS *Virgilianum opus, Nobile opus*. Ouid.

AEOLVS Hippotæ ex Menalippa filius, qui cum in Liparam Siciliæ inſulam (quam Liparus tenebat) cum ſociis quibuſdam veniſſet, ſurrepta vxore Lipari filia his poſtmodum inſulis imperauit. Ad hunc Vlyſſem errantem diuertiſſe, iuſtumque ac pium extitiſſe legimus, & erga hoſpites perhumanum. Præterea velis vti nautas docuit, obſeruatione ignis, qui venti futuri eſſent prædixit. Vnde & illum fabulæ ventorum potentem dixere, ob eximiam eius pietatem deorum amicus eſt nominatus. Homerus, Heſiod. Diodor. Dionyſius Afer. *Rex tempeſtatum*, Virg. *Ventorum pater*, Horat. *Hippotades*, Ouid.

AEQVICOLI, ſiue AEQVICOLANI gens fortiſſima in quarta Italiæ regione, & morum & vitæ qualitate prædura. authores Plinius, Seruius, Ancus Romanorum Rex ius belli ab antiqua gente AEquicolis quod Fœciales habent deſcripſit quo res repetuntur, vt prodit Liuius *Gens horrida, aſſuetaque multo venatu nemorum*, Virgilius. *Acres*, Ouidius.

AER *magnum, inane, profundum, inane, vacuum inane, tener, dinus,*

dinus. Lucret. *Iupiter, liquidus, purus, magnus, axis, nudus, iter liquidum, longum inane*. Virg. *Vacuus, altus*, Horat. *Immenſus, vagus*, Tibul. *Spiſſus, agitabilis, humidus*. Ouid.

AEROPA Catrei Cretenſis filia, Atrei vxor, Lycophronis interp. *Creſſa*. Ouid.

AES *Ephyreium*, Virgil. *Acutum, perenne*. Horatius. *Tinnulum, Temeſeum*, à Temeſa Italiæ vrbe, ab Epiſtropho, & Schoedio Iphicli filiis poſt Troiæ excidium condita, vt ſcribit interpres Lycophronis; etiam ſi ærariæ in Temeſa quoque Cypri vrbe celebrentur. Huius Temeſæ ita Strabo meminit. Ab Lao ſanè prima vrbs Brutiæ extat Temeſa, quam Auſonij condiderunt, noſtræ autem ætatis homines Tempſam eam vocitant, poſt illos eam habuerunt Thoantis comites AEtoli, quos eiecere Brutij, Brutios dehinc & Hannibal, & Romani funditus extinxere. Prope Temeſam ſacellum eſt Oleaſtris, circumſeptum Polytæ Vlyſſis ſocio dicatum, quem Barbarorum fraude trucidatum graues excitaſſe iras tradunt: ad eoſque extare prouerbium: Heroem Temeſæ ingruere ſibi dicat nemo. Locrenſibus autem Epizephyriis ipſa vrbe potitis Euthymium fabulantur pugilem, poſtquam ad eum deſcendiſſet, victorem euaſiſſe pugna: atque vt finitimos ab eo tributo abſolueret, coegiſſe. Huiuſque Temeſæ poetam meminiſſe aiunt, non autem illius quæ in Cypro eſt Temeſæ. Nam vtroque modo dicitur quod ad Temeſam ærariū eſt, & æriſodinarum locus oſtenditur: quæ hiſce defecere annis. Temeſam Italiæ vrbem agnoſcit & Mela & Plin. Ouid. quoque ita inquit:

Hippotadæque domus regis, Temeſeſque metalla.

Idemque Statius, *AEra domat Temeſæ Sonans*, Ouid.

AESACVS Priamo & Alixithoe Dymantis filia natus, quem in Mergum auem Tethys conuertit. Fabula extat apud Ouidium, tametſi apud Lycophronis interpretem legatur Priami & Ariſbæ Meropis filius. Vates optimus, qui omnium fratrum poſtremus diem obierit, dum lamentaretur mortuam vxorem Meropen Cepreni amnis filiam, quam Ouid. Eperien vocat. *Troius heros*, Ouid.

AESAR fluuius per mediam Crotona in mare erumpens, vt ſcribit Theocriti interp. Prima Croto eſt, inquit Strabo, à Lacinio 150 diſtans ſtadia. Eſt & AEſarus fluuius, & portus, & fluuius alter Neæthus nomine. *Lapidoſus*. Ouid.

AESCV-

AESCVLAPIVS qui, vt refert Pindari interpres, Apollinis & Arſinoes, ſiue Coronidis filius fuit. Aſclepiades, & Socrates ex Arſinoe Leucippi filia & Apolline natum volunt. Homerus in hymnis, & Diodorus ex Coronide Phlegyæ filia, & Apolline. Ariſtides verò tradit Arſinoen quum adhuc puella eſſet Coronidem appellatam. At Cicero ita tradit, Aeſculapiorum primus Apollinis, quem Arcades colunt, qui ſpeculum inueniſſe, primuſque vulnus obligauiſſe dicitur. Secundus ſecundi Mercurij frater. Is fulmine percuſſus dicitur humatus eſſe Cynoſuris. Tertius Arſippi & Arſinoæ, qui primus purgationem alui dentiſque euulſionem, vt ferunt, inuenit. Cuius in Arcadia non lõgè à Luſio flumine ſepulchrum, & lucus oſtenditur. Apollodorus vero, vt refert Theodoretus Cyrenſis, ſcribit Aeſculapium à venatoribus caſu repertum, raptumque ab altricis Canis vberibus Chironi datum, ab eoque medicam artem didiciſſe, ac prima ſui experimenta in Tricca, Epidauroque edidiſſe. Cæterum Aeſculapius natura, ingenioque præclarus, medicinæ opera impenſa plurima valetudini hominum vtilia adinuenit. Adeo autem peritia artis excelluit, vt quàm plurimos deſperantes ſalutem liberaret à morbo, proptereaque creditus eſt nonnullis vita defunctis vitam reſtituiſſe. ob eamque rem tradunt ipſum apud Iouem ab inferis accuſatum, tanquam eorum imperium diminuentem, quod ſemper excitarentur à mortuis homines illius cura. Eaque de cauſa iratum Iouem fulmine Aeſculapium occidiſſe. hac morte Apollo iratus Cyclopes qui id fulmen fabricati fuerant, interfecit. Mortui verò qui reuixiſſe feruntur, hi ſunt. Aeſopus fabularum ſcriptor, Hercules, Hippolytus, Capaneus, Glaucus Minois, quem Propertius Androgeona vocat. Hymenæus, Lycurgus, Tyndaræus, ex quo apud Plinium 29. nō 4 Tyndarida. ſed Tydareum legendum eſſe crediderim, præterea Delphis mortui. Idem Oriona, & Proetidas hoc eſt Proeti filias, vel vt Philarchus, Phœnidas ſanitati reſtituit, teſtimonio ſunt, Pauſanias, Diodorus, Suidas, Pindari interpres, Lucianus, Aeneas Platonicus, Plinius. *Phœbigena*, Virg. *Salutifer*, *proles Apollinea*, *Coronides*, *Phœbeius iuuenis*, *opifer*, *pulcherrimus*, *Apolline natus*, Ouid. *Epidaurius deus*, Propert. Habitant ab Iſthmo, inquit Mela, ad Scyllæum Epidaurij Aeſculapij templo inclyti, & Troezenij fidei ſocietatis Atticæ illuſtres. portus Saronicus, & Schoenitas; & Pagonus, oppida autem Epidaurus &

rus & Troezen, & Hermiona his litoribus appoſita ſunt. Aeſculapium quoque ab Epidauro Romam accerſitum teſtantur Liuius, Feſtus, Ouid.

AESCVLVS arbor glandifera, quæ ſi Virgilio quidem credimus, quantum corpore eminet tantum radice deſcendit. Glandem amaram fert, in Macedonia, vt ait Theophraſtus. Ciuica corona Iligna primo fuit, poſtea magis placuit ex Aeſculo Ioui ſacra. author Plinius, idemque ait. Arborum genera numinibus ſuis dicata perpetuo ſeruantur, vt Ioui Aeſculus, Apollini Laurus, Mineruæ olea, Veneri Myrtus, Herculi populus. Quin & Siluanos, Faunoſque, & Deorum genera Siluis, ac ſua numina tanquam è cœlo attributa credimus. *Fortis, maxima*, Virg. *Rigida*, Horat. *Alta* Ouidius.

AESTAS, *pulueru lenta*, Lucr. *Torrida, grauis, frondoſa, læta, liquida, Serena*, Virg. *Ignea*, Horat. *Nuda*. Ouid.

AESTVS, *grauis*, Catull. *Rapidus*, Virg.

AETAS, *irreuocabilis*, Lucrèt. *Volatilis*, Ouid.

AETHER *labens, altus, ſignifer, maximus, ignifer, liquidiſsimus*, Lucr. *Albus*, Catull. *Arduus, leuis, ſummus, apertus, vaſtus, liquidus, magnus*, Virg. *Sacer, ſuperus, immenſus, aureus*, Ouid.

AETHRA ipſe ætheris ſplendor. *Syderea*, Virg.

AETHRA filia Pitthei, Theſei mater, Plutarchus. *Pittheis*, Ouid.

AETNA Siciliæ mons, ab Aetna Cœli, quem nonnulli Cœlium vocant, Seruius manifeſtè cœlum lib. 5. in illud. Vnde genus ducis, Terræque filia, vt refert Theocriti interpres ex Alcimo. Demetrius verò Caletianus prodidit Briareo vni Cyclopum natos Sicanum: & Aetnam, à quibus Siciniæ, Aetnæque indita nomina. Eam Pindarus ab vna parte ignem vomere, ab altera verò arboribus frondere canit. Plura apud Strabonem, Diodorum, Melam. *Trinacria, ingens*, Virg. *Sicana*, Horat. *Fera*, Prop. *Typhois*, à Typhoeo gigante, quem Pindarus, & Ouidius ab Ioue Aetnæ ſuppoſitum canunt. *Sicanis, alta, rapida*, Ouid.

AETOLI populi Aetoliæ, quæ Epiri regio eſt, quam amnis Achelous è monte Pindo fluens ab Acarnania dirimit. Ei nomen dedit Aetolus Endymionis filius, qui expulſus Piſa à Salmoneo, incoluit terram quæ poſtea ab eo Aetolia dicta eſt, cùm antea Hyantis diceretur. Plinius, Stephanus: interp. verò Pindari

dari ſcribit AEtolum ob interfectum à ſe Apim eam regionē quę prius Curetis dicebatur, AEtoliam de ſuo nomine nuncupaſſe, adijcitque AEtolos vno tantum pede calciatos in bellum proficiſci, à quibus poſtmodum Hernici morem ſumpſere. *Calidonij*, Ouidius.

AEVVM, *magnum, immenſum*, Lucret. *Mutabile*, Virg. *Extentum*, Horat. *Spatioſum, longum*, Ouid.

AFRICA ab orientis parte Nilo terminata, pelago à ceteris, breuior quidem quam Europa, longior tamen ipſa, quam latior, & quà ad fluuium attingit latiſſima dicta ab Afro Libe Herculis filio, vel à græco vocabulo φρίκη, quaſi ἀφρίκη, i. ſine horrore, videlicet frigoris: indeque alijs Africa, quaſi ſine frigore, Africa lato vocabulo a Græcis Lybia nuncupatur, à Tuſca verò fluuio Zeugitana regio, & quæ propriè vocetur Africa eſt. Mela, Solinus, Plinius, Feſtus Pompeius. *Vltima, fertilis* Horatius. Salluſtius, Ager inquit frugum fertilis, bonus pecori, arboribus infœcundus, cœlo, terraque penuria aquarum.

AFRI, *Sitientes, diſcincti*, Virgil. quo verbo, vt ſcribit Seruius, vel habitum eorū oſtendit, qui vſque in talos fluebat, quod Plautus in penulō ridet dicens, Quæ eſt illa auis? quum Afrū vidiſſet demiſſam veſtem trahentem: aut diſcinctos dixit inhabiles militiæ. Omnes enim qui militant cincti ſunt, aut certè minimè efficaces, vt contra præcinctos ſtrenuos dicimus. vnde & græcè οὔζωνος appellatur, nō qui bonā zonā habet, ſed qui eſt ſternuus

AFRICVS ventus græcis Libs appellatus, ab occaſu brumali ſpirans. Plinius. *Creber procellis*, Virgilius. *Præceps, celer, proteruus, peſtilens*; Horat.

AGAMENNON, qui Mycænis annos 18. regnauit, vt Homerus, & Euripides, Atreo Pelopis filio, & AErope natus. vt Heſiodus, Pliſthene. Hic ex Clytemneſtra filium habuit Oreſtem, filias verò tres, Laodicen, quæ à Tragicis Electra dicitur, Chryſothemim, & Iphigeniam vt refert Euripides & Homeri interpretes. *Tertius hæres Pelopis*. Catull. *Atrides, Mycenæus, magnorum ductor Achiuum*. Virgil. *Magnus, Pelopeius*. Propert. *Tantalides, propter Tantalum Pelopis patrem. Troiæ populator, Tyndarei gener*, à Tyndareo Clytemneſtræ patre, *Dux Micenæus, Pliſthenius*, Ouidius.

AGANIPPE fons Bœotiæ iuxta Heliconem, ab Aganippa Permeſſi amnis filia. Labitur autem Permeſſus haud procul ab Helicone,

Helicone. Pauſanias, Solinus, Plinius. *Aonia.* Virgilius. *Hyanteæ.* Ouidius. Bœotos, inquit Plinius. Hyantas antiquitus dixere. Apollonius libro tertio Oncheſtum vrbem Neptuno in Bœotia dicatam, vt apud Homerum legitur, & Plinium, Hyantiam vocauit, nam & Bœoti ſues ab illiberalitate morum dicuntur: vnde nomen Hyantibus. Itemque Strabo ait. Cum verò Bœotiam prius barbaræ gentes incolerent, Aones, Temnicesque è Sunio profugi, vagique, & Leleges, & Hyantes, deniquę Phœnices Cadmi comites regionem tenuerunt: qui arcem Cadmeam muro vallauit, & regnum ſuis poſteris, nepotibuſque reliquit, vt idem teſtatur. Hyantes, Bœotiæ populi Phocenſem vrbem Hyam tenuere, atque è Bœotia profecti Aetolorum accolæ facti ſunt.

AGATHYRSI populi intra Aemum montem; ab Agathyrſo Herculis filio, vel quod ἄγαν, id eſt valde, Thyrſis Bacchi oblectentur, vt canit Piſander. *Picti*, Virg. Ora enim artuſque pingunt, vt quiſq; maioribus præſtat ita magis, vel minus. Mela.

AGAVE Cadmi filia, & Harmoniæ, vt Heſiodus. *Mater Cadmea.* Tibullus.

AGER, *almus, fertilis, operoſus, ferax,* Ouid.

AGGER *celſus,* Virgilius.

AGLAVROS vna ex filiabus Cecropis, vt ſcribit Pauſanias, vel vt Stephanus, Actæi Athenaiū regis. *Cecrope nata,* Ouid.

AGNVS, *tener, pinguis,* Virg. *Laniger,* Ouidius.

AGNA, *humilis,* Horatius.

AGYLLA Tyrrhenorum vrbs à Pelaſgis è Theſſalia profectis condita, Cære deinceps cognominata authoribus Dionyſ. halicarnaſſeo, Stephano, Strab. Plin. *Vrbs Agyllina,* Virg.

AGRICOLA, *durus, fortunatus, indomitus, acer, auidus, fortis.* Virg. *Inops.* Horat. *Lacertoſus hirſutus, parcus,* Ouidius.

AGRAGAS vrbs Siciliæ, ab amne Agragante, vt ait Duris, vt alij, ab Agragante Iouis, & Aſteropes Oceani filio. Stephanus, Pindari interp. Agrigentum noſtri dixere ait Plin. *Arduus, magnanimum quondam generator equorum.* Virgilius. Optimos namque gignebat equos ad Olympiaca certamina, vt Pindarus ait, & ex Agrigentino grege Cappadoces emptis admiſſariis reparauere equinam ſtirpem iubente Delphico oraculo quæ penè defecerat. Seruius.

AIAX

AIAX Oilei & Rhenæ filius, Locrorum dux, haſta inclytus apud Homerum, qui Caſſandram vatem in Palladis templo auſus ſtuprare, deæ indignatione naufragium fecit in mari Euboico: fulmineque adactum in acutum Copharei ſcopulum illiſum ſcribit Virgilius, Homerus, eiuſque interp. & Philoſtratus in Heroicis. *Acerrimus*, Virg. *Celer*, Horat. *Oilidès*, Propert *Narycius heros*, à Narycio oppido Locrorum, quod etiam Naryx dicitur, vnde fuit Aiax. Plinius, *ferox raptor, Oileus*, Ouid.

AIAX Telamonis filius ex Periboea Alcathi Athenienſis filia ſuſceptus, Diodorus & Pauſanias in Atticis, quem inuulnerabilem præter collum fuiſſe ſcribit Homeri interp. Qui videns arma Achillis non ſibi ſed Vlyſsi adiudicata in inſaniam conuerſus eſt: & cùm ad Vlyſſis paſcua deueniſſet, ratus illius commilitones occidere, oues, & quædam pecora trucidauit. Caprū quoque quendam, quem Vlyſſem eſſe putauit, attentauit: quæ poſtquam per inſaniam ſe feciſſe reſciuit, arrepto gladio ſeipſum interfecit. Ex eius ſanguine ortus eſt flos, quem fabulæ cū Hyacintho confundunt. Pauſanias vt diuerſum memorat auctores Sophocles & Ouidius. *Fortiſsimus heros, Telamonius, Telamonides*, Ouid.

ALA, *pernix, celeris, ventoſa*, Virg. *Velox, leuis*, Ouid.

ALBA longa Italiæ vrbs ab Aſcanio condita, Liuius. *Candida*, Tibull. *Potens*, Prop.

ALBVNEA ſylua & fons in Tyburtinis montibus, vt autumat Seruius. *Alta, opaca*; Virg. *Reſonans*, Horat.

ALCMAEON Amphiarao, & Eriphyle natus, Amphilochi frater, vt docet Homerus in Odyſſea. Hic cùm occiſa matre Argo fugiens Pſophidem, tunc Phlegiam à Phlegeo appellatam, veniſſet, Alphesiboeam Phegei filiam vxorem duxit, cui inter cætera & matris monile dono dedit, poſtea cum hinc etiam creſcente, in dies furore aufugiſſet, conſulto Delphico oraculo in eam regionem venit, qua Achelous mari infunditur. Hic & conſedit ille, & Callirhoen Acheloi filiam vxorem habuit, ex qua Amphoterum, & Acarnanen filios genuit. Cùm verò Callirhoe monile illud ſibi magnopere optaret, Phegiam ob id regreſſus Alcmæon ab Phegei filiis Temeno & Axione occiſus eſt. Alpheſiboea in vltionem mariti fratres interfecit, author Pauſ. in Arcadicis, ex his Ouidij carminum ſenſus colligitur:

Amphilochi frater ne Phegida ſemper amaret

Callirhoe

Callirhoe fecit parte recepta tori.

Itemque Propertij.

Alpheſibœa ſuos vlta eſt pro coniuge fratres
Sanguinis & cari vincula rupit amor.

Crudelis natus, Virg. *Amphiaraides*, *Amphilochi frater*, *Callirhoes vir*, Ouidius.

ALCESTIS Peliæ Theſſaliæ regis filia ex Anaxibia, Admeti vxor, quæ ſe ipſam interfecit, vt vmbra ſua contenti manes Admetum virum mortuum ad ſuperos, & lucem remitterent, aliquem enim pro eo mori oportere reſponderat oraculum. Homerus, Euripides, Diodorus, Tzetzes. *Pagaſæa*, Ouid. ſiue à ſinu Pagaſico, ſiue Pagaſa Theſſaliæ oppido, poſtea Demetrias dicto. Homerus & Plin.

ALCAEVS poeta Mitylenæus, qui olympiade 45. clariſſimus habitus eſt, & ob egregij carminis ſublimitatem aureo plectro donatus. Strabo, Euſeb. Quinctilianus. *Ciuis Lesbius*, *minax*, Horatius.

ALCMENA Herculis mater ex Electrione, & Lyſidice Pelopis filia, quam Diodorus Eurydicen vocat, nata, quam hac de cauſa Amphytrion vxorem habuit. Teleboæ qui primi Acarnaniam habitarunt homines latrocinio inſignes, Argos profecti Electrionis boues abegerunt: conſerta autem pugna Electrion & eius filij cecidere, quapropter Alcmena per præconem declarauit ſe ei nupturam, qui de patris nece ſupplicium ſumpſiſſet. Amphitryon ſe id facturum pollicitus vxorem habuit. Diod. Heſiod. Apollonij & Lycoph. interp. *Tirynthia*. Tiryns namque oppidum eſt Peloponeſi Hercule ciue, & Homeri præconio nobile, nomen habuit à Tirynthe Alcei filia ſorore Amphitryonis, vt alij à Tirynthe Amphitryonis fratre, Halieis prius dicebatur à piſcatoribus qui frequentes illuc conueniebant, & à Cyclopibus mænibus cinctum fuit. Strabo, Stepha. Euſtathius. *Nobilis*, *Argolis*, Ouidius.

ALCYONE Aeoli, & Canobes filia, Ceycis vxor. Theocriti & Homeri interpres. *Aeolis*, Ouidius.

ALCYONES aues, quorum originis triplex cauſa eſt. Nicander enim, & Ouid. Alcyonen Aeoli filiam, cuius modo mentionem fecimus, & Ceycem virum in has aues conuerſos cecinerunt. Theodorus verò in libris Metamorphoſeon refert Alcyonen filiã Scironis latronis Attici Polyphemonis filij, quũ pater

ei præciperet, vt quæreret maritum, arbitratam permiſſum ſibi vt concumberet quibus cum vellet, ab irato patre deiectam in mare in hanc volucrem conuerſam, huius rei ita meminit Ouid.

Innixamque nouis neptem Polyphemonis alis.

Hegeſander verò putat filias Alcynei gigantis in has aues conuerſas fuiſſe audito patris interitu. plura apud Suidam, Ariſtotelem, Plinium. *Dilectæ Thetidi*, Virgilius ex Theocrito.

Α'λκυόνες χλαυκαῖς νηρηίσι ταίτε μάλιςα ὀρνίθων ἐφίλαθεν ὅσαις τέ παρ ἐξ ἅλος ἄγρα. Idcirco autem dilectæ, quia nidificationis earum dies (quos Ariſtot. & Simonides vndecim, Philochorus nouem, Demagoras Samius ſeptem tradidit, alij 14. vt Ariſtophanis interp.) quanquam media ſit hiems maximam mari præſtant tranquillitatem, quam facetè Plautus in forum tranſtulit.

ALCYONE ex Scirone latrone Attici Polyphemonis filio nata, vt ſupra diximus. *Neptis Polyphemonis*, Ouid.

ALCYONE vna ex Pleiadibus, Atlante & Pleione Oceani filia genita, ex qua & Neptuno Hyrieus. Hygin. *Lucida*, Ouid.

ALCIBIADES Athenienſium dux, Cliniæ ex ſorore Periclis filius, philoſophus & rhetor, diſcipulus primũ Sophili, deinde Socratis, à quo etiam amatus creditur. plura apud Plutarc. Thucydidem, AEmylium Probum. *Cliniades*, Ouid.

ALCINOVS Nauſithoo natus. Nauſithous enim ex Neptuno & Periboea Eurymedontis filia: Nauſithoi Alcinous, & Rhezenor: Alcinoi & Aretes Nauſicaa. Fuit autem Phæacum rex, pomariaque feraciſſima in Corcyra inſula habuit, adeò vt allis fructibus maturis alij ſuccederent, Homeri carmine celeberrima. *Munificus*, Ouid. plurima enim Vlyſſi dona dedit.

ALEA *periculoſa, vetita legibus, præceps*, Horatius. *Blanda, fallax*, Ouid.

ALGA *vilis*, Virg. *Inutilis*, Horat. *Leuis*, Ouid.

ALGIDVM oppidulum poſt montes Tuſculanos. Strabo author. *Viride, niuale, gelidum, ferax, nigræ frondis*, Horat.

ALECTO vna furiarum, παρὰ τȣ̃ μὴ λήγειν, eo quod non deſinat punire ſceleſtos. Lycophro. interp. *Luctifica, atra, triſtis dea, torua, cocytia virgo, virgo ſata nocte, Gorgoneis infecta venenis, furibunda*, Virg.

ALEXANDER MAGNVS Philippi Macedonum regis ex

gis ex Olympiade vxore filius. Alexander ſanè paterno genere Herculem, materno Aeacidas contingebat. Diod. de quo ſilere melius puto, quàm pauca dicere. *Dux Emathius*, Ouid.

ALLIA fluuius, qui è Cruſtuminis montibus præalto defluens alueo haud multò infra viam Tyberino mari miſcetur vndecimo ab vrbe lapide, vbi maximam cladem populus Romanus accepit: vnde Allienſis dies dictus eſt tanquam infauſtus. Liuius, Ouid. *Infauſtum nomen*, Virg. *Grauis, flebilis*, Ouid.

ALLOQVIVM, *dulce*, Horat.

ALIMENTA, *mitia*, Ouidius.

ALMO fluuius paruus ad portam Capenam in prima vrbis regione, qui amittit ſuum nomen cùm influit in Thybrim ad vrbem Hoſtiam. P. Victor. Ouid. in faſtis. *Lubricus, curſu breuiſſimus*, Ouidius.

ALNVS arbor fluuialis apta nauigiis, quod aquis obruta diu non corrumpitur. author Vitruuius Alnos in ſola Creta ſteriles non eſſe inter naturæ miracula retulit Ariſtote. populo non abſimilis, vt eadem ferò credatur. *Procera, viridis*, Virgilius. *Longa*, Ouidius.

ALPES, *altæ*, Catull. *Aeriæ*, Virgil. *Gelidæ*. Tibull. *Latebroſæ, ventoſæ*, Ouidius.

ALPHESIBOEA, cuius ſupra meminimus, Phegei filia, additur etiam altera apud Hom. Iphicli & Perus filia: *Phegis*, Ouidius.

ALTHAEA Theſtio, & Deidamia Perierus filia edita vt quidam volunt, vt Pherecydes Theſtio & Laophonte Pleuronis filia nata, vt Apollonius Rhodius, Glauco, ex Apollonij interpret. *Theſtias*, Ouidius.

ALPHEVS Elidis flumen Arethuſam influens, vt ait Ibycus, primum Nyctimus, deinde Stymphelus dictus, à Stymphelo Martis, & Dormotheæ filio, poſtremò Alpheus, ab Alpheo vno ex iis qui à Sole genus ducunt, authore Plutarcho. Strabo & Pindari interpres tradunt, Dianæ templum iuxta Alpheum in Ortygia Siciliæ inſula erectum eſſe, ex quo Dianam Alpheoniam, ſiue Alpheuſam cognominatam, quam Pindarus ποταμίαν, id eſt fluuialē appellat. de qua Virgil. libro tertio intelligit quum de Ortygia loquitur.

Numina magna loci iuſſi veneramur.

Amnis Elidis. Virg. *Perſpicuus, aqua occulta*, Ouid.

ALVEVS, *cauus*, Ouidius.

ALVMNVS, *carus*, Virgilius.

AMASTRIS vrbs Paphlagoniæ quæ pars Ponti eſt prius Cromna, & Seſamũ dicta, deinde Amaſtris ab Amaſtride Oxyathri Darei regis fratris filia, quæ Dionyſio Siciliæ tyranno nupſit. author Stephanus. Demoſthenes verò ab Amaſtride amazone dictam prodit. *Pontica*, Catull.

AMARACVS flos, qui ſi Dioſcoridi & Plinio credimus, Sampſuchus in Syria, & AEgypto dicitur, Amaracus verò, & Amarantus à Siculis, & Cyzicenis. Laudatiſſimus Cyzici, & in Cypro eſt, proximus in AEgypto. Serpit ramuſculis multis in terra, foliis piloſis, rotundis, Calaminthæ tenuioris ſimilibus, odoratiſſimus: nectitur in coronas. *Suaue olens*, Catull. *Mollis*, Virgilius.

AMAZONES, vt quidam exiſtimauere, Martis, & Veneris filiæ, quas prius Libyam incoluiſſe tradit Dionyſius, Zenothemis verò Aethiopiam. Quæ ſtato quodam anni tempore vicinorum concubitus appetebant: necatoque virili partu tantum virgines educabant, non otio, aut lanificio, ſed armis, atque venationibus exercentes: infantum dexteras mamillas inurebant, ne ſagittarum iactus impediretur, vnde nomen, vt Diodoro placet: a enim priuatiua particula eſt, μαζὸς mamma. Primæ poſt hominum memoriam (ſi Lyſiæ oratori credimus) equos conſcenderunt. *Bellicæ*, Prop. *Puellæ ſecurigeræ*, *peltatæ*, Ouid.

AMANS, *incautus*, Virg. *Miſer*, Tibull. *Cupidus*, Prop. *Sollicitus*, *miſer*, Ouidius.

AMATHVS vrbs Cypri antiquiſſima, in qua Adonis oſyris nomine colebatur. nomen accepit ab Amathunte Herculis filio, vel vt alij, ab Amathuſa Cinyræ matre. author Steph. *Fœcunda metallis*, *grauida metallis*, Ouid. Nam, vt alibi diximus. Cyprus æris metallis abundat: ipſa quoque Amathuſia nuncupata, vt ait Plinius.

AMBAGES, *longæ*, Virg. *obſcuræ*, Ouid.

AMBROSIA deorũ immortaliũ cibus vt quidã poetæ finxerunt. Alij verò, vt Sappho & Anaxandrides, deorũ potionẽ dixerunt. author Athenæus. *Dulcis*, Catul. *Cæleſtis*, Ouid.

AMBROSIA herba vagi nominis, & circa alias herbas fluctuans, fruticem vnum habens denſum, ramoſum, tenuẽ, triũ ferè palmorum, tertia parte radicis breuiore, foliis rutæ, circa

imum

ſimum caulem, in ramulis ſemen eſt vuis dependentibus, odore vinoſo, iucundo, qua de cauſa Botrys à quibuſdam vocatur, ab aliis *Artemiſia*. Coronantur illa Cappadoces. Vſus eius contra Epiphoras illitæ, item ad ea quæ repercuti & adſtringi ſit opus, Plin. & Dioſcorides. *Salubris*, Virg.

AMBITIO *miſera, praua, mala*, Horat. *Leuis, ſollicita*, Ouid.

AMETHYSTVS gemma purpurea colorem habens violæ. Plin. *Purpureus*, Ouid.

AMICITIA *ſuauis*, Lucret. *Sancta*, Catul.

AMICVS *dulcis, fidus*, Catull. *Carus*, Horat.

AMICA *venalis*, Propert. *Formoſa, mollis, leuis, fallax, tenera*, Ouidius.

AMOR *blandus*, Lucre. *Dulcis, cæcus*, Catul. *Sollicitus, inſanus, ſanus, durus*, Virg. *Flagrans*, Horat. *Veſanus*, Prop. *Effrenus, ingenioſus, vigilans, mollis, luxurioſus*, Ouid.

AMOR Deus, qui & Cupido, ex Venere & Marte editus, vt canit Apollonius Rhodius, & Simonides: vt Sapho, Terra, & Cœlo: Ibycus & Heſiodus Chao natum voluerunt. In libris in Orpheum, Saturno genitum legitur. apud *Alcmæone* Zephyri & Chloridis filius traditur: vel vt Olen antiquiſſimus poeta, Ilithyiæ. Cicero tertio de Natura Deorum, tres Cupidines facit: primum Mercurio, & Diana prima natum. Secundum Mercurio, & Venere ſecunda. Tertium qui eſt *Anteros* Marte & Venere tertia. *Deus penniger*, Lucret. *Sanctus puer*. Catullus. *Sæuus, puer improbus, crudelis, puer aliger*, Virg. *Feruidus, ferus, dulcis, laſciuus*, Horatius. *Tener, leuis, volitans, Deus celeber*, Tib. *Nudus, Veneris puer, volucer, pharetratus, puer laſciuus, Veneris filius, Deus præpes, purpureus, puer volatilis, aureus, inſidioſus, puer volucer*, Ouid.

AMORIS ALAE *purpureæ, gemmatæ*, Ouid.

AMORIS SAGITTAE *ardentes*, Hort.

AMOMVM frutex puſillus, ceu racemus è ligno conuolutus atque implicitus ſibi ipſi, flore perparuo vt violæ candidæ, folio vitis ſilueſtris, eius, quam Bryoniam vocamus. Triplex Amomũ laudatur: *Armenium* colore aurum imitãte, ligno ſubruſo, abundeque odoratum Medicum quod in planis dilutiſq; regionibus naſcitur; ideoq; imbecillius priore, ſed grã lius, herbaceũ, teneũ tactu, venenoſum, Origani acrimonia. Põticũ colore ſubruſo, quod neq; oblongũ, neque frangi difficile eſt: præterea racemis

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

cremis abundans. Seminis plenum, odore nares conuulnerat. Plinius & Dioſc. *Aſſyrium.* Virg *Spiſſum,* Ouid.

AMPLEXVS, *auidus,* Lucr. *Mollis,* Virg. *Carus, tenax,* Ouid.

AMPHION, qui expulſo Cadmo Thebis regnauit, vt ait Euſebius, Zethi frater, Antiopa Aſopi filia & Ioue in Satyrum mutato natus author Hom. cuius interpres Euſtathius, ſcribit ab antiquioribus proditum Antiopam Aſopo amne genitam. ab recentioribus, Nycteo. Pauſanias ex Mœro poetria Byzantia tradit, Amphioni à Mercurio lyram dono datam, eaque primum omnium mortalium Mercurio docente ceciniſſe: Thebarumque muros conſtruxiſſe, ea de cauſa quod primus Amphion Mercurio aram erexerit. Antimenides verò, & Pherecydes Amphionem à Muſis lyram accepiſſe ſcriptum reliquerunt: Dioſcorides ab Apolline. *Dircæus,* Virg. à Dirce Thebarum fonte, cuius meminit Plinius, Strabo. *Docilis,* Horat.

AMPHRYSVS Theſſaliæ amnis, Stephanus, Strabo. *Lenis,* Ouidius.

AMPHIARAVS ex Oecleo Antiphatæ filio & Hypermneſtra. Hic vates egregius dum in bello Thebano præliatur, in terræ hiatum cum curru delatus, abſorptuſque eſt, vnde locus in quo abſorptus eſt Harma appellatur: ex authoribus Plutarcho, Diodoro. Hom. Pind. Strab. Steph. Pauſ. *Oeclides, Aonius,* propterea quod Bœotia Aonia dicta eſt ab Aonibus gentibus quæ è Sunio profugæ eam tenuerunt. Strabo. *Talaigener.* Ouid. ob Eriphylen vxorem Talai filiam.

AMVLIVS Proca genitus, qui expulſo fratre Numitore regnum occupauit: eiuſque prolem virilem interemit, Liuio, & cæteris. *Iniuſtus,* Ouidius.

AMVRCA, *nigra, triſtis,* Virgilius.

AMYCLAE vna ex centum laconiæ vrbibus, quàm Amyclas Lacedæmonis filius condidit: vt Stephan. & Pauſ. placet. Amyclæ etiam calciamentorum genus, teſte Iulio Pollucæ. *Antiquæ,* eo verſu,

Et quos Hippocoon antiquis miſit amyclis.

Huius Hippocoontis meminit Diodorus in quinto. *Armiferæ,* Ouidius

AMYCLAE oppidum inter Caietam, & Tarracinam à ſerpentibus aliquando deletum. Plinius. *Tacitæ.* Virg. Nam, vt ait Seruius, Lacones qui Amyclam oppidum inter Caietam, &

Tarraci-

Tarracinam condidere, quum ſecundum Pythagoreorum ſectã à cæde omnium animalium abſtinerent, & ex vicinis paludibus natos ſerpentes occidere nefas putarent, ab iiſdem interempti ſunt, vnde Amyclàs tacitas dicit hoc eſt Pythagoreas. nam Pythagorica virtus eſt quinquennale ſilentium. Eſt & alia expoſitio. quum frequenter falſo nuntiarentur hoſtes, & inani terrore ciuitàs quaſſaretur, lege cautum eſt, ne quis vnquam hoſtis nuntiaret aduentum, poſtea quum verè hoſtis veniret, nullo nuntiante ex improuiſo capta eſt, inde prouerbium, Amyclas perdidit ſilentium, & à Lucilio poeta dictum eſt. Mihi neceſſe eſt loqui, nam ſcio Amyclas tacendo periiſſe.

AMYSTIS poculum, & vnius hauſtus potio. Iulius Pollux, Suidas. Ariſtophanis interpres, quam Threiciam appellat Callimachus ob Thracas bibaces. Καὶ γὰρ ὁ θρηΐκιην μὲν ἀπέστυγε χανδὸν ἄμυστιν ζωροποτεῖν ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ. *Threicia*. Horatius.

ANAGNIA vrbs nobilis haud longè à Roma, à qua Anagnini populi. Strabo, Plinius, Liuius. *Diues*. Virgil.

ANACREON Teius Scythini filius, vel, vt alii, Eumeli: ſunt qui Parthenio, ſunt & qui Ariſtocrita genitum putent. Scripſit Elegos, & Iambos lingua Ionica: Floruit Policratis Samij regis temporibus Olympiade, 52. vt quidam tradidere Cyri, & Cambyſæ Olympiade 17. Excedens autem Teo ob Hiſtiæi inſolentiam Abdera Thraciæ vrbem incoluit. puellarum, puerorumque, maximèque Batilli amores frequentans. Periit ex vuæ paſſæ acino, quinque & octoginta annos natus. Suidas, Lucianus, Plinius. *Vinoſus*, *Lyricus*, *Teius*. Ouid. à Teo quæ in Peninſula ſita eſt, Ionum ciuitas, Strabo.

ANAPVS amnis Siciliæ, qui, vt Plutarchus ait, ſtadiis decẽ procul à Syracuſis labitur. *Lenis*, Ouidius.

ANAS, *fluuialis*. Ouidius.

ANCAEVS Lycurgo Alei Arcadum regis filio & Antinoe natus, Iaſonis comes ad aurei velleris expeditionem: qui poſt reditum ab Apro Calydonio necatus eſt. Interpres Apollonij Pauſanias in Arcadicis. Nonnulli Actoris, & Eurithemiſtidis filium retulerunt. Fuit & alter Ancæus Neptuno, & Aſtypalæa Phœnicis filia editus, à quo natum prouerbium. *Multa cadunt inter calicem, ſupremaque labra*. Zenodotus author, tametſi Lycophron ad priorem Ancæum prouerbium retorſit

Parrhaſius, Arcas, bipennifer, Lycurgides, Ouid.

ANCHISES, quem Capys Aſſaraci filius ex nympha Naide genuit, Dionyſius Halicarnaſſæus. obiit autem ad Calaurum montem prope Anthemum Macedoniæ fluuium, Diodor. Homer. interpres. *Dardanius*, à Dardano Iliacæ gentis authore. vt canit Virg. & Hom. *Magnus, longæuus, ſanctus*, Virg. *pius, maximus, magnanimus* Ouid.

ANCORA *vnca*. Virg.

ANCILLA *ſollers*, Ouid.

ANCVS Martius quartus rex Romanorum Numæ Pompilij filia natus. Liuius. *Bonus*, Lucret. fuit enim, vt ait Plinius, æquitate & religione auo ſimilis.

ANDROMEDA Cephei & Caſſiepiæ filia, Mineruæ beneficio collocata inter aſtra propter Perſei virtutem, qui eam Ceto propoſitam à periculo liberarat. nec enim ab ea minorem animi beneuolentiam pro beneficio accepit. Nam neque pater Cepheus, nep; Caſsiepia mater ab ea potuerunt impetrare, quin parentes & patriam relinquens Perſea ſequeretur. Hyginus, interpres Apollonij, Arati, Lycophronis. *Cepheia, nobilis vxor Perſei*. Prop. *Fuſca, Danaes nurus*, Ouid. Perſeus enim Andromedæ vir Iouis & Danaes filius fuit.

ANDROMACHE Hectoris vxor, Eetione Thebarum rege, quæ Hypoplaciæ nominantur, nata, vt ait Homer. vt Xenon, Andræmone Lyrneſſio. *Thebais, Thebana*, Ouid.

ANETHVM quod manditur nota res eſt, vt ait Dioſcorid. Coronabantur hoc & in conuiuiis recenti, atque roſcido ad conciliandum ſomnum, vt videtur Galeno. *Beneolens*, Virg.

ANGOR *anxius*, Lucret.

ANGVIS *frigidus, ſquameus, malus, maculoſus, lubricus, ceruleus*, Virgil. *Maurus*. Horat. *Sæuus, ferus*, Tibull. *acer, auidus, trux, venenatus*, Ouid.

ANGVIS Sidus, qui & ſerpens & draco dicitur, vaſto corpore oſtenditur inter duas Arctos collocatus, qui dicitur aurea mala Heſperidum cuſtodiſſe, Hyginus author. qui inter ſidera & alios duos nominat: Alterum quem manibus tenet, mediũ corpus eius implicantem Ophiuchus, i. anguitenens, ſiue ſerpentarius. Tertium qui Hydra vocitatur, in qua Coruus inſidere, & Crater poſitus exiſtimatur. plura apud eundem leges.

Aſper, acerba tuens, immani corpore ſerpens. Lucret.

Lucidus,

Digitized by Google

Lucidus,ſinuoſus,maximus, Virg. *Tortus,piger*, Ouid.

ANHELITVS, *æger*. Virg. *aridus*. Ouid.

ANIMAE *infernæ,leues*, Lucr. *profundæ,pallentes,nocturnæ, ſilentes,exangues,Elyſiæ*. Virgil. *Turba leuis*, Hor. *Deformes, vulgus inane*, Ouid.

ANIVS Rhæo Staphyli & Chryſothemidis filia, & Apolline in Euboea natus: quem Apollo paruum in Delum tulit, atque à ſe educatum diuinandi artem edocuit. Anyus Dorypeten vxorem habuit, ex qua filias ſuſtulit, Oeno, Spermo, Elaida. Lycoph. interp. Diod. *Rex hominum,Phæbi ſacerdos*. Virg.

ANIMVS *ſagax*, Lucretius. *vagus*, Catul. *celer*, Virgilius. *capax*, Ouid.

ANIO qui & Anien & Anienus dicitur, amnis ex Alba vrbe fluens, vt Strabo. Ei nomen dedit Anius Tuſcorum rex. Cum enim Cathetum Saliæ filiæ raptorem inſequens aſſequi non potuiſſet, equis confoſſis in Pareuſium ſe fluuium, qui poſt ab eo Anio appellatus eſt deturbauit. authores Alexander Polyhiſtor, & Ariſtides Mileſius apud Plutarchum. *præceps*, Horat. *pomifer*, Proper.

ANNVS *magnus*, Lucr. *Volucer,labens,circumuoluens*, Virg. *fugax,innumerabilis*, Hor. *longus,celer,lubricus*, Ouid.

ANNIBAL Hamilcaris filius, omnibus hiſtoriis celeberrimus: *Dirus, afer, perfidus*. Horatius. *Dux Pœnus, dux Puniceus*, Ouid. à Phœnicia Phœnices vocati, & fœminino genere Phœniſſa. inde detracta aſpiratione Pœnus, & Punicus, quaſi Phœnicus. Porrò Phœnices in Africa Hipponem, Adrumetum, Leptim, aliaſque vrbes in ora maritima condidere, Salluſtius, Feſtus Pompeius.

ANNA Didonis ſoror ex Belo Phœnicis filio teſte Thucydide *Phœniſſa,Sidonis,perenna*, Ouid.

ANSA, *dura,tortilis*, Ouid.

ANSER, *improbus*, Virg.

ANSER poëta M. Antonio gratus, qui etiam eius laudes ſcripſit: de quo Cicero in Philippicis. Ex agro Falerno Anſeres appellantur, ipſum enim agro donarat Antonius. Seruius author. *Procax*, Ouid.

ANTAEVS Neptuni ex Terra filius, quẽ Hercules interemit, Diod. teſte, vt author eſt Pherecydes, in cubitorum ſexaginta altitudinem adoleuit. Antæum Pindarus in Iſthmiis canit,

Neptuni templum hominum caluariis contegere ſolitum: quem poſtea ſecuti Diomedes Thrax, Euenus Marpiſſæ puer, & Oenomaus teſtimonio ſunt Bacchylides, & Sophocles. *Sæuus.* Ouidius.

ANTEMNAE oppidum Sabinorum. Stephanus, Strabo, Plinius. *Turrigeræ.* Virgilius.

ANTENOR, quem ex Troiano incendio euaſiſſe memoriæ proditum eſt, propter hoſpitalitatem, quam cum Menelao habebat: vnde Sophocles in euerſione Ilij, dicit Pardi pellem ante Antenoris ianuam poſitam fuiſſe, ſignum, vt eius domus intacta relinqueretur, inde Antenorem, ac filios eius cum Enetis in Thraciam ſeruatos: poſtremò circa Adriam in eam partem veniſſe quæ nunc Enetia nominatur. Strabo. Liuius. Hunc Pauſan. in Phocicis ſcribit ex Theano Ciſſei filia liberos genuiſſe, Glaucum, Eurimachum, Archelochum, Acamanta, Helicaona, & filiam Crino. *Phrygius, grauis.* Ouidius.

ANTES extremi vinearum ordines. *Extremi,* Virgilius.

ANTHEDON vrbs Bœotiæ à Thracibus habitata, nomē accepit ab Anthedone Dij filio, Dij Anthi Neptuni, & Alces filiæ Abancis, vt alij, eo quòd eſſet omnium longè florida, teſte Stephano. Hæc & Agrippias dicta eſt vt tradit Lycophronis interpres. *Euboica,* Ouid. nam vt ait Strabo, iuxta Salganeum vrbs eſt Anthedon portu prædita Bœotij litoris in Euboeam ſpectātis extrema, ſicuti poeta inquit, *Anthedonaque inde ſupremam.* Cæterùm Euboea inſula auulſa Bœotiæ intermedio Euripo adeò modico vt ponte iungatur, Macris quoque ob longitudinem, & Abantis propter Abantes Thraciæ populos ab Abante Neptuni filio qui eam incoluerunt nuncupata. Strabo, Stephanus, Plinius.

ANTIMACHVS Colophonius Hyparchi filius grammaticus, & Poeta, Platonis tempore floruit. Panyaſidis poetæ ſeruum quidam falſo exiſtimauere: eius namque, & Steſimbroti auditor fuit, vt ait Suidas. Lyden vxorem carminibus celebrauit, vt canit Hermeſianax Colophonius, qui Leontium meretricem exarſit. λυδῆς δ᾽ἀτίμαχος. χρυσηίδιος ἐκ μὴν ἔρωτος πληγεὶς, πακτόλου ῥεῦμ᾽ ἐπέβη ποταμοῦ. Itemque Plutarchus ait. Vſus eſt huiuſmodi inductione, & Antimachus poeta. Lyde enim vxore ſua vita defuncta, quam vehementer diligebat doloris ſolamen ſibi fecit Elegiam Lyden denominatam. Nam

quum

quum Heroicas calamitates recenſuiſſet, alienis malis ſuum ſibi minorem reddidit dolorem. Lyden quoque alteram Lamynthius Mileſius adamauit, Clitarchus teſtis. *Tumidus.* Catull. *Clarius poeta.* Ouid. Strabo ita ſcribit. Et Colophonum ciuitas Ionica, & ante eam Apollinis Clarij lucus. Scribit etiam Solinus Colophona ciuitatem nobilem oraculo Clarij Apollinis. Claros verò Ioniæ ciuitas: eam Manto Tireſiæ filia condidit fugiens Thebanorum victores Epigonos, vt tradit Mela.

ANTIGONE Iocaſtæ, quam Homerus Epicaſten vocat, & Oedipi filia, quæ quum ſpreto Creontis regis edicto Polynicē fratrem ſepulturæ mandaſſet, deprehenſa Creontis iuſſu ad tumulum iugulata eſt. Aemon, qui eam impatienter amabat, perfoſſo pectore gladio ibidem ſibi mortem conſciuit. Eum ſecuta eſt mater Eurydice doloris impatiens. Euripides, Sophocles, Pauſanias, Diodorus, *Thebana*, Ouidius.

ANTIOPE Nyclei filia, quæ quum à Ioue compreſſa eſſet mutato in Satyri formam, fugiens iram paternam ad Epopeum regem Sicyonium ſe contulit, vbi Amphionem, & Zethum peperit, expoſuitque in monte Cithærone, bubulcus reperit, & educauit. Nycteus præ dolore moriens amiſſa filia Lycum fratrem rogauit, vt Antiopen recuperaret. Ille ducto exercitu Epopeum interfecit victum: captiuamque duxit Antiopen: quā Dircæ vxori cuſtodiendam commiſit: ea aufugit, & quum in Cithærone adultos filios reperiſſet, vtrumque ad iniuriam Dirces, apud quam in vinculis fuerat, vlciſcendam impulit. Amphion igitur, & Zethus accerſito Lyco pollicebantur ſe Antiopen fugitiuam reddituros, vt ea ſpe deceptum ſupplicio afficerent. Mercurius à Ioue miſſus monuit vt à Lyci pœna abſtinerent; iuſſitque Lycum depoſitum regnum eis tradere. Dirce cauda tauri ſilueſtris diſcerpta eſt, fontique nomen dedit. Apollonius, eiuſque interpres, Homerus in Odyſſea. *Nycteis*, Propert. *Pulchra*, Ouidius.

ANTHIOCHVS Seleuci regis filius, qui magnæ Aſiæ parti imperauit, de quo apud Athenæum, Iuſtinum, Florum *Ingens*, Horatius.

ANTIPHATES Læſtrigonis filius, Læſtrigonum rex, authore Hom. in Odyſ. *Læſtrigon, Læſtrigonius*, Ouid.

ANTIVM Latij vrbs Colonia, portu carens, ſita in rupe lōgè ab Oſtia ad ſtadia 260 ad otium, rerumque vrbanarum vacationem

cationem principibus Romanis conceſſa, quondam *Aphrodiſium* dicta. Ibi Fortuna dea colebatur. *A*uthores Strabo, Plinius, Horatius. *Spiſſi litoris*. Ouidius.

ANTRVM, *viride, gelidum, vaſtum, cauum*, Virg. *Furtiuum, Hederoſum, roſcidum*, Prop. *Obſcurum, montanum, Siluestre, opacum*. Ouidius.

ANVS, *ſedula*, Tib. *Curua*, Prop. *Longaeua, tremens, viuax, annoſa, curua, frigida*. Ouidius.

APER, *nemoriuagus*, Catull. *Setoſus, ferox, acer, Saeuus, Spumans*. Virg. *Marſus*. Horat. *Durus*, Propert. *Ferus, toruus, fuluus*. Ouidius.

APER Erymanthius Cromyonia ſue natus, ex qua, & Calydonius aper. Hunc Hercules ſuſtulit diuerſantem in Erymantho Arcadiæ monte. Pauſanias. *Sus Arcadius, horrens*, Lucret. *Tegeaeus*, Ouid. hoc eſt *A*rcas. Nam Tegea *A*rcadiæ oppidum eſt vt ſcribit Pauſ. meminit & Homerus.

APER Calydonius, quem Diana ob prætermiſſum ab Oeneo Calydonis vrbis rege ſacrificium indignata immiſit: qui regionem vniuerſam vaſtaret, notiſſima fabula vel ex Ouidio.

Famulus, vindexque Dianæ.

violentus, ferox, Ouidius.

APENNINVS mons Italiæ ampliſſimus, qui Italiam diuidit perpetuis iugis ab *A*lpibus tendens ad Siculum fretum. Liuius, Plinius. *Niualis*, Virg. *Celſus*, Horat. *Nubifer*, Ouid.

APELLES qui omnes pingendi arte ſuperauit, Epheſius, Pythij filius, Cteſiochi pictoris frater, Ephori autem Epheſij, & Pamphili *A*mphibolitæ diſcipulus, authorib. Suida. Strab. Tzetze *Cous, artifex* Ouid. Non quod ex Co inſula fuerit, ſed à nobiliſſimo eius opere, de quo ita Plinius ait. *A*pelles inchoauerat aliam Venerem Cois, ſuperatus etiam illam ſuam priorem, inuidit mors peracta parte, nec qui ſuccederet operi ad præſcripta lineamenta inuentus eſt.

APIS, *Hyblææ parcæ, Cecropiæ*, Virg. *Leues*, Tibull. *Sedulæ, Florilegæ, melliferæ, Atticæ, opifices*, Ouidius. Apes porro in Hymetto *A*tticæ monte primum natas tradidit Euthemerus, teſte Columella.

APIDANVS Theſſaliæ fluuius, qui primo recipit Enipeũ, deinde in Peneum defertur. Strabo, interpres *A*pollonij. *Herboſus*, Propert.

Digitized by Google

APES taurus AEgyptiorum numen, idem qui & Epaphus Oſiridi ſacer, quemadmodum & Mneuis. Non eſt fas eum certos vitæ excedere annos, merſumque in ſacerdotũ fonte enecãt, quæſituri luctu, aliam donec inueniant mœrent. quem repertum centũ antiſtites Memphim vrbem omnium AEgypti præclariſſimam proſequuntur. Diodorus Siculus, Herodotus, Plinius, Solinus. Strabo autem Apim vaccam Veneri dicatam ſcribit. *Bos Memphitis*, Tibull. *Corniger, nunquam ſatis quæſitus, Oſiris*, idem enim eſt quod & Apis. Strabo. *Varius coloribus*, Ouidius. Habet hic vitulus, inquit Herodotus, qui appellatur Apis hæc ſigna. Toto corpore eſt niger, in fronte habens candorem figuræ quadratæ, in tergo effigiem aquilæ, cantharum in palato, duplices in cauda pilos. Plinius quoque ait. Inſigne ei in dextro latere candicans macula, cornibus lunæ creſcere incipientis, nodus ſub lingua quem Cantharum appellant.

APIVM, ex quo Coronæ texebantur, vt apud Sapho, & Alcæum, & apud noſtros Virgilium, & Horatium. *Amarum*, Virgilius. *Viuax, breue, budum*, Horat.

APOLLO Iouis & Latonæ filius, quem ab Ioue oracula accipere canunt Virgilius, & Tibullus, ex AEſchyli tragœdia, quæ Sacerdotes inſcribitur. Σϛέλλειν ὅπως τάχιϛα ταῦτα γὰρ πατὴρ ζεὺς ἐγκαθιεῖ λοξίᾳ. *Phœbus*. Lucretius vt ait Heſiodus à Phœbe Latonæ matre, vel ἀπὸ τȣ̃ φοιτᾶν βίᾳ, hoc eſt quòd vi feratur, vt Cornificius, vel à ſpecie, & nitore, nam Græci φοῖβον purum & ſplendidum dicunt, authores Macrobius & Heraclides Ponticus, *Memorandus*, *Thymbræus*. Thymbra, inquit Strabo, campus in agro Troiano, & Thymbræus amnis qui ſe in Scamandrum erumpit ad Apollinis Thymbræi templum. *Pulcher*, *Delius*, à Delo inſula Apollini ſacra, vt Strabo, & cœteri. *Clarius*, à Claro inſula, luco, & oraculo Apollinis nobili, vt ſupra demonſtrauimus. *Gryneus*, à Grynis oppidò Myrineorum: quod Hecatæus Gryneam appellat, vbi præcipuè Apollo colebatur, ibique pulcherrimum, & odoratum Apollinis nemus. Pauſanias, Stephanus, *Altus*, *Actius*, ab oſtio nanque, & ſinu inchoantibus Ambracio primum Acarnanum locus eſt Actium, eodemque vocabulo & Apollinis Actij templũ, & promontoriũ nuncupatur, quod ſinus ipſius oſtiũ efficit, & exterius portum habet.

habet, hæc Strabo. Plinius quoque ita ſcribit quum de Acarnania loquitur. Et in ore ipſo Colonia Auguſti Actium cum templo Apollinis nobili. *Crinitus. Summus Deus. Omnipotens, custos Soractis.* Soractes enim mõs Apollini ſacer, vt ſuo loco dicemus. *Cynthius, Troiæ author*, Virg. propterea quod ex Apollinis oraculo Ilus vrbem Ilium nominauit, illucque coloniam deduxit, vt tradit Lycophron, eiuſque int. *Augur.* futurorum enim præſenſioni, & poetis præeſſe credebatur, quoniam ſentiendi vis omnis à Sole nobis eſt, vt pluribus verbis diſputat Ammianus Marcellinus. *Pataræus*, à Patara illuſtri Lyciæ vrbe, quæ prius Pataros dicta eſt, in ea portus, & templa plurima, maximeque illam nobilem fecit Delubrum Apollinis, quondam opibus, & oraculi fide Delphico ſimile. vbi ſex menſibus hiemalibus Apollo reſponſa dabat, queadmodũ totidẽ æſtiuis in Delo, authores Steph. Strabo. Mela, Seruius. *Agyieus.* Acharnæ populus Atticæ Agyieũ Apollinem, & Herculem colit, vt ſcribit Pauſanias. Sunt autem apud Græcos Agyiei Dorico vocabulo in Coni formam deſinẽtes columnæ, quas ante fores ædium erigebant Apollini ſacræ, vel, vt quidam dicunt, Baccho, vt verò alij etiam vtriſque. Sunt & Attico item ante ædium fores aræ Apollinis. Itaque Apollinem cum Thyræum, tum etiam Agyeium vocauerunt. Phecrates quoque Agyieum Apollinem vocat, quum ait. ὦ δέσποτ᾽ ἀγυιεῦ ταῦτα σὺ μέμνησό μου. Ex Macrob. Suida, & Ariſtoph. interp. *Leuis*, *Latous*, Horat. *Formoſus, carminis author. Sanctus.* Tibull. *Pythius*, propter Pythona ciuitatem [illegible] ſacram, vt alibi oſtendemus. *Leucadius*, à Leucade vrbe *Naualis*, *Palatinus.* Cæſar Auguſtus ædem Apollinis in parte Palatinæ domus nobiliſſimam excitauit poſt Actiacam victoriam, pugnamque naualem, in qua adiuuante Apolline Antonium, Cleopatramque debellauit. Cui addidit porticus, cum Bibliotheca Græca, Latinaque. Suetonius author. Ob id igitur Naualem, Palatinumque appellauit. *Lycius deus.* Prop. quia colitur in Lycia regione Aſiatica, vnde à Virgilio Lyciæ ſortes Apollinea vocantur oracula, & alibi dixit.

Qualis vbi hibernam Lyciam Xanthique fluenta
Deſerit: & Delon maternam inuiſit Apollo.

Ad hoc facit quod ſcribit Diodorus, Lycum quendam quum in Lyciam veniſſet, templum Lycij Apollinis erexiſſe. Idem quoque ait. Plurimum temporis Apollinem circa Delum, ac Lyciam,

ciam, Delphoſque verſatum, indeque Delium, Lycium, Pythiumque appellatum. Macrobius plures Lycij Apollinis cauſas enumerat, ex quibus illa maximè probabilis quam adſcribit Cleanthi, à Lyco, id eſt à lupo: quoniam vt ille pecora, ita Sol humorem radiis trahat. Solem verò eundemque Apollinem eſſe ſatis conſtat vel ex Cicerone qui 3. de Nat. Deor. ait, Solem deû eſſe, lunamque, quorum alterum Apollinem Græci, alteram Dianam putant. *Proles Latonia, Latonius, Smintheus.* In vrbe inquit Chryſa eſt Apollinis Sminthei delubrum, & Signum quod nominis veritatem ſeruat: nam Mus quidam pedi ſtatuæ ſubiacet. hanc ſtatuam Scopa Parius fecit. hiſtoria, ſiue fabula quæ de muribus narratur huic loco congruit. Nam Teucris, è Creta profectis, de quibus Callinus Elegiarum primo tradit, poſt multi ſunt ſecuti, datum erat oraculum ibi eos ſedem poſituros vbi terrigenæ eos adorirentur: id circa Amaxitum dicunt contigiſſe: maximamque agreſtium murium: qui Cretenſium lingua σμίνθοι dicuntur, multitudinem noctu exortam quicquid armorum, & vtenſilium ex corio inueniſſent corroſiſſe, Teucros ibi manſiſſe: atque Idam ab Ida quæ in Creta eſt appellaſſe. Heraclides Ponticus author eſt, mures ibi circa templum abundare, & ſacros exiſtimari. Simulacrum verò ita inſtructum eſſe, vt murem pedibus premat. hæc Strabo. *Vide conſpicuus, Troiæ munitor.* Neptunus, & Apollo vna cum Acaco, promiſſa ſibi à Laomedonte rege Troianorum mercede muros illi ædificarunt: Sed Laomedon promiſſam illis mercedem negauit. Homerus in Iliade, & Pind. int. & Ouid. *Deus arcitenens, medicæ repertor opis, opifer, Pæan.* Pæana, inquit Feſtus, Apollinem vocauerunt, quod ſagittarum ictu eum nocere putabant. eſt enim παίαν ferire. alij quod remedia ferens morbi finem faceret παίαν enim ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ἀνίας, hoc eſt à ſedandis morbis. *Latonigena, Actiacus*, idem qui & Actius, *Flauus, canorus, Laurifer, ſaluber*, Milleſij quoque ac Delij Vlion Apollinem vocant, hoc eſt Salutarem, nam οὔλω idem eſt quod valeo, & οὐλὴ cicatrix, author Strabo. *Deus fatidicus, Ortygeus*, id eſt Delius, *Stirps Latonia*, Ouidius.

APOLLONIA vrbs à ſacro oſtio Iſtri ſtadiis 1300. Mileſiorum colonia, cuius maior muri portio quadam in exili condita inſula eſt, vbi Apollinis ſacellum exiſtit: quo ex loco Lucullus

cullus Coloſſum extulit,& in Capitolio collocauit. fuit autē Apollinis ſtatua Calamidis opus. Strabo. *Apollinis vrbs*, Ouid.

APVLIA regio, Daunia à græcis appellata à Dauno duce, Diomedis ſocero. Plinius, Strabo. *Dannia, militaris, ſiticuloſa*. Horatius.

APVLVS, *non piger, pernix*, Hor.

APRILIS menſis dictus, vt ait Varro, quod terram aperiat: vt alij Aphrilis à Spuma quam ἀφρον vocant: vnde orta Venus putabatur. Varro. Ouid. *Menſis Cythereius*, Ouid.

AQVA, *mollis, tenera, huda*, Lucr. *Vini pernicies, rapida*, Catul. *frigida*, Virg. *fugax*, Hor. *ſobria*, Tibul. *Huberis, viridis, cærula, cana, rauca, vaga, ſurda*, Ouid.

AQVA IVTVRNA, quæ erat intra vrbem in foro: ea ſcabiem ſanabant, vt ſcribit Plin. *Lympha ſalubris, pota equo Pollucis*, Prop. Nam apud Iuturnam fontem viſi ſunt Caſtor, & Pollux in bello Latino, ſuum, equorumque ſudorem abluentes, cum ædes Caſtoris, quæ iuncta fonti erat, ſua ſponte patuiſſet. authores Valerius, Lactan. Firm. Dionyſ. Halicarnaſſ.

AQVA APPIA in via Præneſtina ſub Veneris genitricis templo: eam Appius cenſor in vrbem induxit. Liuius. Iul. Frontin. Ouid. *Appias ſubdita Veneris templo*, Ouid.

AQVA VIRGO, quam duxit M. Agrippa ab octaui lapidis diuerticulo duo millia paſſuum. Virgo dicta, vt ait Plin. quoniam in præneſtina via, qua labitur, quum eſt prope Herculeum ſinum longo diuerticulo ſecedit, quaſi Herculis congreſſus declinare videatur. Feneſtella verò ei nomen inditum exiſtimat, propterea quod eius fontem indicauerit virgo. In hac natare ſolebant quod præſtaret tactu. author Plinius. *Gelidiſſima, Virgineum liquor*, Ouid.

AQVARIVS ſidus, quem alij Cecropem, alij Deucalionē, vt Nigidius, exiſtimauere, author Hyginus. Homerus & Diodorus tradunt Ganymedem à diis raptum propter formam, vt Ioui pocula miniſtraret. Suidas. tamen & Euſtathius Ganymedem non ab Ioue ſed Minoe raptum affirmant. Antiqui Ariſtæum Apollinis, & Cyrenes filium credidere, vt ſcribit Cæſar Germanicus in ſuo Arateo commentario, quem Lactantius Firm. quum de Ioue diſſerit teſtem adducit, tametſi nonnulli Baſſo aſcribant. Ganymedes igitur, qui à compluribus Aquarius eſſe creditur, ex Troe, & Callirhoe Scamandri filia natus

eſt. Tros

eſt, Tros vero ex Erichthonio, & Aſtyoche Simoentis filia ex Ganymede & Medeſegiſta Ballenæus qui monti Phrygiæ nomen dedit. Homerus, Plutarchus, & Lycophronis interpres. *Regius puer*, Virg. *Flauus*, Horat. *Phrygius, Iliades, puer Idæus, Iliacus*, Ouidius.

A QVILO, ventus inter ſeptentrionem & exortum ſolſtitialem, qui à Græcis Boreas dicitur. Plinius, Vegetius. *Sæuus*, Catull. *Clarus, trux, frigidus, alpinus.* Poſidonius & Protarchus literis prodiderunt, Rhiphæos, & Alpes eoſdem dici montes quos Hyperborei teneant, quod & Stephanus repetit. Et Damaſtes author græcus: Scythas, inquit, excipiunt Eſſedones, hos Arimaſpi contingunt, vlterius Rhiphæi ſunt; vnde flat Aquilo, continuis obſeſſi nubibus. *Edonus*, Virg. Edoni Thraciæ populi qui Hebrum incolunt. Itemque Edonus Thraciæ mons teſte Plinio. *Thracius, impotens, Threicius.* Horat. *Sæuus.* Propert. *Horrifer, præceps, Sithonius.* Sithonij Thraciæ populi Orphei vatis genitores, à Sithone, quam veteres partem fecere Thraciæ. Plinius, Solinus, Martianus. *Ferox, gelidus, fuluus, immanſuetiſſimus.* Ouidius.

A QVILA Promethei, *Volucris Caucaſia.* Virg. Prometheus ab Ioue mortalibus ereptum ignem quum reſtituere cogitaret, cæteris remotis deuenit ad Iouis ignem, quo diminuto, & in ferulam cõiecto, lætus, vt volare, non currere videretur, ferulã iactans, ne ſpiritus interclusus vaporis extingueret in anguſtia lumen, mortalibus ignem reſtituit. Iuppiter Prometheum in monte Scythiæ nomine Caucaſo ferrea catena vinxit. quem alligatũ ad triginta millia annorum, AEſchylus Tragœdiarum ſcriptor dixit. Præterea admiſit illi aquilam, quæ aſſiduè die, noctuque renaſcentia iecinora exeſſet. Hanc autem aquilam nonnulli ex Echione, & Typhone natam, alij ex Terra, & Tartaro, complures à Vulcano factam exiſtimauerunt, ad vltimũ Hercules eam ſagitta interfecit. Hæc latius apud Hyginum, Diod. & Heſiod.

A QVILA, *Iouis ales*, propterea quod aquila Ganymedẽ rapuit: & amanti Ioui tradidit: hanc etiam Iupiter primus ex auiũ genere delegiſſe ſibi exiſtimatur, quæ ſolã traditur contra ſuos radios contendere valere. Hyginus, Cæſar in Arateo commentario refert, Aglaoſthenem dicere Iouem quum ex inſula Naxo aduerſus Titanas proficiſceretur, & ſacrificium faceret in litore, aquilam ei in auſpicium aduolaſſe: quam victor bono omine

 accep-

acceptam tutelæ ſuæ ſubiecerit. Euhemerus in Sacra hiſtoria & ante conſediſſe illi aquilam in capite, atque ei regnum portendiſſe teſtatur. *Iouis armiger, fulua, fuluus Iouis ales*, Virg. *Ferox*, Horat. *Ales regia, Iouis præpes, adunca*, Ouid.

ARA, *Thuricrema, alta*, Lucret. *Sacra, ſolennis*, Virgilius. *Fulgens*, Tibullus.

ARABIA regio cui cognomen Eudæmon, hoc eſt, fœlix, Cinnami, & thuris, aliorumque odorum maximè ferax, inter Perſicum, & Arabicum mare. Eſt enim altera coniuncta ad occaſum Solis Aegypto, ad Septentriones Syriæ. Steph. & Dionyſius Afer. Mela *Diues*, Tibull.

ARABES, *molles*, Catull. *Teneri, diuites cultores odoratæ ſegetis. Eoi*, Tibull. *Gens odorifera, palmiferi, thurilegi*, Ouid.

ARACYNTHVS mõs Bœotiæ, à quo Minerua Aracynthia. Steph. & Prop. Eſt & in Acarnania Plinio, Straboni, Martiano, *Actæus*. Virg. quod ibi Actæon ſit laceratus. vt Probus, vel, vt Seruius, litoralis. Acte enim litus dicitur.

ARACHNE Idmonis filia, quam Mars deuicta Thracia Mineruæ donaſſe dicitur, author Probus. *Mæonis, Mæonia*. Fuit enim ex Hypæpis oppido Lydiæ quæ Mæonia dicitur. *Idmonia, animoſa*, Ouidius.

ARANEA, *ſublimis*, Catull. *Inuiſa Mineruæ*. Virgilius. *Putris*, Propert.

ARATRVM, *curuum*. Lucret. *Vncum, graue*, Virg.

ARATOR, *durus, curuus, robuſtus*, Virg. *Pellitus*, Propert.

ARAXES flumen Armeniæ, quo nomine & Peneus, & Thermodon dicti ſunt, nomen ſumpſit ab Araxo Armeniæ rege Pyli filio, cum antea Bactrus & Halmus diceretur. Plutarchus, Strabo. Interpres Apollonij. *Vagus*, Tibull.

ARBOR, *alta, ramoſa*, Lucret. *Opaca*, Virg. *Vmbroſa*, Ouid.

ARBOR ſuper quam aureũ vellus ſeruabatur. *Aurea*, Ouid.

ARBVSTVM, *lætum*, Lucret.

ARBVTVS, *horrida, frondens*, Virgilius.

ARCADIA regio, ab Arcade rege Iouis, & Calliſtus filio. Pauſ. Strabo. Stepha. quæ & Parrhaſia, à Parrhaſio Phylomone Nyctimi, & Arcadiæ filia, & Marte genito. qui à Lupa cũm fratre Lycaſto educatus Arcadiæ regnum occupauit. author Zopyrus, Byzantius, & Plutarchus: *Mænalis*, Ouid.

ARCADIVS, *Nonacrius*: Catul. à Nonacri Arcadiæ mõte, Plin.

Digitized by Google

Plin. *Tegeæus*, *Parrhaſius*, Virg. *Nonacrinus*. *Mænalius*, Ouid.

ARCADES *populi, ſoli cantare periti.* Virg. Nam vt prodidit Dionyſ. Halicarnaſſeus, Arcades primi in Italiam attuliſſe dicuntur inſtrumenta muſica: quæ quidem Lyræ, & Trigona, & Lydi vocantur, cum nullo alio artificio illi antea vterentur, præterquam fiſtulis paſtoralibus. *Gens luna prior*, Ouid. Ex Herodoto, apud quem, vt ait Suidas, Arcades ob vetuſtatem *προσέληνοι* appellantur, hoc eſt luna priores. Sic Apollon. Rhod. ἀρκάδες οἳ καὶ πρόσθε σεληναίας ἀδέοντι. Cuius exiſtimationis hanc fuiſſe cauſam interpretes tradũt, quod Endymion primus rerum motum, & numerationes lunæ inueniſſe dicitur, qua ſciẽtia gens iſta Endymione ſuo, qui & Arcas genere erat, illuſtrata fuit. Ideo Mnaſeas aiebat Arcades ante lunam regnaſſe, hoc eſt quod reges habuiſſent antequam Endymion naſceretur, poſt quem luna oriri & occidere deprehenſa eſt.

ARCES, *celſæ, aeriæ, ſummæ, altæ*. Virg. *Prælustres*, Ouid.

ARCHEMORVS Lycurgi Iouis Sacerdotis & Eurydices filius, vt alij Eupheti & Creuſæ, antea Opheltes & Euphetes dictus, qui à nutrice Hypſipyle in prato derelictus ab angue extinctus eſt, ex quo Nemeæi ludi ſunt inſtituti. Pauſ. Pindari interpres. Statius. *Hypſipyles puer*, Ouid.

ARCHILOCHVS poëta Iambicus Teſiclei filius, ex Paro inſula vna è Cycladibus, Tullo hoſtilio regnante. eius libros vna cum authore Lacedæmonij è ciuitate ſua exportari iuſſerunt, tum quia domum ſibi inuiſam obſcœnis maledictis lacerauerat, tum quia ſcripſerat ſatius eſſe arma mittere quàm in acie occumbere. Callonides ſiue Calondas cognomento Corax, quoniam in acie Archilochum trucidauit primò à Pythia Apollinis eiectus, ſacris quoque repulſus eſt, inde cùm placationibus quibuſdam manes placaſſet ob Archilochi expiandam animam, ad Tetrigi iuſſus eſt pergere habitaculum, quo Tænarus ſignificabatur. Huc enim Tetrigum Cretenſem cum claſſe applicuiſſe, ciuitatemque condidiſſe ferunt, ac iuxta animarum habitaſſe expiationem. Suidas, Euſeb. Herodot. Valerius Maxim. Plutarc. Plin. Huius poëtæ mordacitas adagiis celebratiſſima fuit. Nam modo Archilochia edicta modo Archilochi patria prouerbij vice apud Ciceron. & Diogenianũ legimus. *Iambi repertor*, Ouid.

ARCVS, *Ituræus*, Probus ait Ituræos nationem eſſe Scytharum. Strabo verò ſcribit, Montanam regionem Ituræi & Arabes

 habeant.

habent. Plinius in parte Syriæ, quæ Coele dicitur, Ituræorum gentem collocat. De Ituræis ſagittariis mentio fit à Cicerone, Cæſare, itemque in epiſt. Valeriani Imp. ad Aurelianum. Habes ſagittarios Ituræos trecentos. Recitatur à Flauio Vopiſco. *Habilis, flexus, acer, Parthus.* Nam Parthos iaculandi ſtudio claros eſſe notum eſt vel ex Virgil.

Fidentemque fuga Parthum, verſisque ſagittis,

Itemque ex Ouid.

Tergaque Parthorum, Romanaque pectora dicam;

Telaque ab auerſo quæ iacit hoſtis equo.

Iuſtinus quoque ait: Parthos ſeruitia pari cura, ac liberos ſuos & equitare & iaculari magna induſtria docere. *Lethifer, Lycius.* Virgil. ab Apolline Lycio, quem Homerus κλυτοτόξον vocat, hoc eſt arcu inclytum: & poetæ noſtri Arcitenentem. *Minax, Cydonius,* Horatius. Cydonia ciuitas eſt vna ex tribus Cretæ eximiis. Strabo. Porro Calamorum quibus bella conficiuntur præcipuus vſus in Creta. Cretenſes quoque Arcubus, & inter arma ſaltibus exerceri ſcribit Strab. *Gortyniacus* Gortyn Cretæ ciuitas ab Heroe cognomine. Eadem Cremnia, demum Gortys appellata eſt. author Steph. *Falcatus, ſinuoſus, patulus, corneus, flexilis, leuis, Sarmaticus,* Ouid. Scythæ ſagittis maximè vtuntur, quarum aciem vngunt viperina ſanie, & humano ſanguine. Arcum quoque & ſagittas Scythes Iouis filius inuenit, quamquam alij Perſeum inuentorem velint, à quo Scythæ dicti ſunt. Sarmathæ verò Scytharum gentes ſunt. author Plin.

ARDEA Italiæ ciuitas Rutulorum colonia, ſtad 70. à mari diſtans, cui propinqua eſt Veneris ædes, à Danae Acriſij filia condita. Strab. Plin. *antiqua.* Virg.

ARDOR *feruidus, flammeus,* Lucret.

AREA *lata,* Ouid.

ARENA, *bibula,* Lucret. *Nigra, ſpiſſa, fulua, flauens.* Virg. *Numero carens, vaga,* Hor. *vilis,* Prop. *Vda, mollis,* Ouid.

ARETHVSA fons Siciliæ. Redditur & in Euboea, Samo, vt ait Theocriti interpres. Euſtathius in Odyſſea quatuor Arethuſas fontes fuiſſe ſcribit, Syracuſis, Smyrnæ, Chalcide, Ithacæ. Denique Didymus in commentariis in Homerum octo memorat, Vt verum ſit quod interpretatione græci nominis Heracleon ſcripſit, Arethuſam cuiuſcunque fontis eſſe Epitheton, ab ἀρέθω frequentatiuo, quod eſt Irrigo. *Piſæa,* Nam Alpheus, qui iuxta

iuxta Olympij Iouis templum labitur per ſubterraneos meatus, in Siciliam peruenire dicitur ad Arethuſam cuius amore captus eſt. Nota fabula apud Ouid. Virgilius quoque,

Alpheum fama eſt huc Elidis amnem
Occultas egiſſe vias ſubter mare qui nunc
Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur vndis.

Et Plinius. Ipſa Elis in Mediterraneo, à Pylo duodecim millibus paſſibus: Intus delubrum Olympij Iouis ludorum claritate faſtos græciæ complexum. Piſa eorum quondam oppidum præfluente Alpheo flumine. *Frigida*. Ouidius.

ARETHVSA nympha in fontem ſui nominis mutata, Pauſan. Eliacon primo, Ouid. *Velox*, Virg *Alpheias*, *Arcadia*, Ouid.

ARGENTVM, *fulgens*. Catullus.

ARGOS vrbs Peloponenſi Phoronei regia. eſt & nomē vndecim vrbium quas Steph. enumerat. *Antiquum* epitheton ex Sophoclis Electra ſūptū τὸ γὰρ παλαιὸν ἄργος οὗ πόθεις τόδε. Antiquum verò dictum, vt eius ait interpres, quoniā Argus terrigena fuerit, vel quod Argiui primi hominū extiterint. Corinthij verò quod Phoroneus Argiuorum rex, non, vt plerique exiſtimauere, Prometheus ignem mortalibus oſtenderit. hæc Pauſ. *Pelopeia mœnia*, quoniam in Peloponeſſo eſt, quæ à Pelope Hippodamiæ viro, & Tantali regis Phrygum filio dicta eſt. Thucydides, & Diodorus. Quin etiam Peloponeſus aliquando Argos dicta eſt, vt ait Strabo. *Inachium*, Virgilius, vel ab Inacho qui primus Argis annis quinquaginta regnauit: vel ab Inacho amne, inter quem & Eraſinum, Argos Hippium ſitum eſt. Euſebius, Plinius authores, *Aptum equis*, Horatius. quod Homerus vno verbo expreſſit, ἵππιον, καὶ ἱππόβοτον appellans. Cuius nominis rationem affert Hellanicus, Argum Triopæ filium Pelaſgi, & Iaſi fratrem Argos magnam equorum copiam duxiſſe, ex eo Argos hippium appellatum, *Abanteum*. Abas namque Lyncei, ex Hypermneſtra coniuge filius homo bellicoſus, & acerrimi ingenij fuit: Regnauitque Argis annis viginti octo, Euſebio teſte. *Vrbs Argolica*. Ouid.

ARGO nauis, dicta, vt canit Appollonius Rhodius, ab Argo Aleſtóris, vel Theſtoris filio. alij quod Argis ab Hegeſandro Salaminio exædificata ſit. Pherecydes ab Argo Phryxi filio. Cicero autem ex Ennio nominatā ſcribit: quia Argiui in ea delecti viri vecti petebant pellem illam inauratam Arietis. non nulli propter

celeritatem appellatam dixerunt: ἀργὸς enim græcis celer. Hanc autem primam in mari fuiſſe complures dixerunt, & hac re maxime ſtellis eſſe figuratam, hæc apud Hyginum. *Trabs Peliaca*. Propertius. Iaſonem enim Argonauim iuxta Pelium Theſſalię montem conſtruxiſſe ſcribit Diodorus. Catullus quoque in pulcherrimo carmine cecinit.

Peliaco quondam prognatæ vertice pinus
Dicuntur liquidas Neptuni naſſe per vndas
Phaſidos ad fluctus & fines Aeeteos.

Puppis Pagaſæa. Callimachus enim in Magneſiæ finibus ad Apollinis Actij templum, quod Argonautæ proficiſcentes ſtatuiſſe exiſtimantur, in eo loco qui Pagaſæ vocatur, primum compactam dicit: vnde & loco nomen inditum. πηγνύω enim græcis conglutino, compingoque. *Sacra, arbor Pelias, puppis Theſſala, Magnetias*, Vt enim diximus ex Callimacho, cui & Pindarus concinit, in Magneſiæ oppido Pagaſa, quod poſtea Demetrias dictum eſt, vt ait Plinius, nauis hæc facta eſt. *Ratis Palladia.* AEſchylus nanque & alij Hygino referente tradiderunt, à Minerua quandam materiam loquentem eodem eſſe coniunctam, atque ita Argonauim ædificatam: quæ dubijs in rebus Argonautas admoneret, vt canit Apollonius Rhodius, & eum ſecuti Valerius Flaccus, Seneca, Claudianus. *Pinus Tritonis*, propter Palladem quæ Tritonis, & Tritonia dicitur, vt dicemus, *Temeraria, puppis AEmonia, firma.* Ouid.

ARGONAVTAE. ſi Orpheo credimus, numero quinquaginta duo, ſi Apollonio Rhodio, quinquaginta quatuor, ſi Valerio Flacco, vnus & quinquaginta. *Lecti iuuenes, argiuæ robora pubis.* Catul. *Heroes delecti*, Virg: *Pubes Achiua. Minyæ.* Minyorum familia ex Orchomeno Bœotiæ oppido Iolcon in Theſſaliam commigrauit. vnde Argonautis nomen Strabo. Eſt autem Orchomenon & oppidi nomen & fluminis. Thucydides, Alij, inquit, ex Orchomeno quod olim Minyeum, nunc Bœotium vocatur. Eſt & Minyus, ſiue Minyeus Theſſaliæ amnis, cui poſtea Orchomeno nomen fuit. Plinius author, itemque Diodorus. *Pelaſgi*, Pelaſgus, vt Dionyſius Halicarnaſſeus ſcribit, Iouis, & Niobes filius Argos primus tenuit. *Achiui, audaces viri, Graij.* Ouidius.

ARGVS Ariſtoris filius à Mercurio lapide exanimatus, teſte Apollodoro, non, vt ait Ouidius, gladio interemptus. Ex qua

re Mer-

re Mercurium in AEgyptum profugiſſe, atque AEgyptiis leges, & literas tradidiſſe author eſt Cicero, *Cuſtos virginis*, Virgilius. *Ariſtorides, Stellatus, cuſtos Inonius.* Ouid. à Iunone enim cuſtos conſtitutus eſt, vt Io in vaccam mutatam cuſtodiret.

ARGILLA, *tenuis.* Virg *Vda*, Horat. *Lubrica*, Tibul.

ARGILETVM, locus in vrbe Roma, dictũ vel ab Argilla, quod ibi id genus terræ ſit, vel vt alij, ab Argeo, ſeu quod is huc venit, ibique ſepultus ſit. Varro author. *Sacrum*, Virg. ab Argo illic ſacrato & ſepulto. Nam Euander Argum quendam ſuſcepit hoſpitio qui quum de eius cogitaret interitu, vt ipſe regnaret, Euandro hæc non ſentiente ſocij intellexerunt, & Argum necarunt. Cui Euander & ſepulchrum fecit, & locum ſacrauit, non quod ille merebatur, ſed hoſpitalitatis cauſa. Donatus & Seruius.

ARISTA, *mollis, pinguis, tenera*, Virg. *Grauida, cana*, Ouid.

ARIES, *dux ouium, ſalax*, Ouid.

ARIES machina, *ferreus.* Ouid.

ARIES Sidus, qui exiſtimatur eſſe is qui Phryxum & Hellen tranſtuliſſe dictus eſt per Helleſpontum, quem Heſiodus, & Pherecydes aiunt habuiſſe auream pellem: ſed Hellen decidiſſe in Helleſpontum, & à Neptuno compreſſam Pæona procreaſſe: nonnulli Edonum dixerunt. Præterea Phryxum incolumem ad Aeetam perueniſſe, & arietem Ioui immolaſſe: pellem in templo fixiſſe: & Arietis ipſius effigiem ab Ioue inter ſidera cõſtitutam. hæc & plura apud Hyginum & Plutarchum. Plutarchus addit Phryxum amiſſa in mari ſorore promontorium quoddam aſcendiſſe, vt ibi ſomnum caperet, arietem velleris aurei cũ vidiſſet barbaros homines Phryxum inuadere, Phryxum voce humana & cornu quod in fronte gerebat excitaſſe, Phryxum inde in Colchicam regionem perueniſſe: montem Brixaba dictum, id eſt Arietis frontem. Porrò Aries Theophane & Neptuno natus eſt. *Ouis aurea, mollis*, Prop. *Ouis aurata, ouis Phryxea, aurea, ouis conſpicua*, Ouid.

ARIETIS PELLIS, *pellis aurata.* Catullus. *Vellus molle*, Propertius.

ARIADNA Minois & Paſiphaes filia. Plutar. Diod. *Minois*, Catul. *Coniux beata* Horat. Ariadna à Theſeo relicta in inſula Dia adamata fuit à Baccho, quam etiam in vxorem habuit. & in cœlum vecta curru à Lyncibus ducto ipſa Liberæ nomen

 accepit

accepit à Libero patre. author Ouid. Meminit & Hygin. & Catull. *Cnoſsia*. Tib. à Cnoſſo vna ex tribus amplisſimis, & illuſtriſſimis Cretæ ciuitatibus, quæ & Cæratus à vicino flumine dicebatur. vt ait Strabo, & Euſtathius. *Dea ſiderea*. Propertius. *Cnoſsis, Cnoſsias*. Ouidius.

ARICIA poſt Albanum montem vrbs in Appia via ſtadiis 150. à Roma diſtans. Steph. Strabo. *Nemoralis*. Ouid. propter lucum Dianæ de quo nunc à nobis dicendum.

ARICINVS lucus ſiue Dianæ lucus è ſiniſtra viæ regione ex Aricia ad Aricinam viam conſcendentibus, quod templũ nominant ædificium Tauricæ. Nam barbaricus quidã Scytharum circa templum mos obtinet. Qui enim victimæ mactator prius extiterit, Sacerdos inſtituitur, fugitiuus quidam vir gladium tenens, ad inſultus ſemper circumſpectans ad tutandum ſtrenuè eſt paratus. templum autem ſilua circumdat. Strabo. *Luci Egeriæ*. Virg. Nam illum Egeria nympha incoluit.

ARICINVS lacus qui templo Dianæ inſtar pelagi fluctuãs adiacet, circumcirca montanũ imminet ſupercilium continenter. Caua inde regio templũ, aquamque excipit. fontes ſpectare licet è quibus lacus expletur. Horũ ſacra ſub cuiuſdã dæmonis appellatione habētur. Hoc in loco ſcaturigines obſcuræ ſunt: longius autem exterius ad ſuperficiẽ eminentes oſtenduntur. hæc Strabo, *Himettia littora*, ab Hymetto Atticæ monte vnde fuit Hippolytus. Nam Hippolytus Dianæ precibus ab Æſculapio ad vitam reuocatus eſt. Diana Hyppolytum in templo ſuo Aricinæ ſiluæ abſcondit: & Egeriæ nymphæ commendauit, ibique Hippolytus regnauit, templumque Dianæ erexit, & nemus conſecrauit, vbi ſingulari certamine victor ſacerdotium capiebat: Certamen autem ſeruis tantum fugitiuis proponebatur. authores Pauſanias, & Diodorus. Virg. Ouidius. Nec illud nos mouere debet epitheton longè repetitum eſſe, quum id alibi quoque Virgilius vſurpet, vt Seruius annotauit. aut quod Hymettus prima ſyllaba breuis ſit, quum obſeruandum ſit apud Græcos geminato τλ. ὑμήττιος, nomenque obſeruant τὸ.υ. natura producere: aut quòd humentia in vno tantùm codice Romano ſcilicet legatur, quum hæc eruditiſſima lectio in omnibus ferè exemplaribus inueniatur, neque eam ab ineruditο quoquam repoſitam eſſe haud vero ſimile ſit: conueniatq; cũ illo Virg. in 9.

Ediſtum Martis Luco Simethia circum

Flumina

Flumina, pinguis vbi & placabilis ara Palici.

ARION equus, ex Neptuno in equum mutato, & Cerere Erinnydis ſpecie apud Tilphoſſam Bœotiæ fontem natus. Alij ex Neptuno in equum mutato, & Cerere in equam natum tradunt, cuius nomen in ſacris latet, ex equa verò & equo, quorum corpora numina intrauerant, Arionem genitum, vel, vt ait Antimachus, ex terra genitus. Eum Copretus Halyarti filius Bœotiæ rex à Neptuno dono acceptum Herculi dedit quo Cycnum Martis filium curuli certamine in templo Pagaſæi Apollinis ſuperauit. Poſtmodum Hercules Adraſto regi donauit, quo ſolus ex ſeptem ducibus incolumis ſeruatus eſt, Pauſanias. Homeri interpres. *Vocalis.* Propertius Quia cum hinnitu è terra fertur proſiliiſſe. Nam vt ſcribunt Lactantius, Placidus & Probus, quum adhuc ignotus eſſet equorum vſus mortalibus, & his animalibus terra egeret, Neptunus in Theſſalia terram tridente percuſſit, ſubitoque, mirum dictu, duo equi proſilierunt, Scyphios, & Arion. Quod item Lucanus aſſerere videtur, cùm ait.

Primus ab æquorea percuſſus cuſpide ſaxis
Theſſalicus ſonipes bellis feralibus omen
Exilit.

Tametſi Ouidius, itemque Seruius id factum velint in Attica, cũ Neptunus Mineruaque de Athenarum nomine contenderẽt.

ARION fidicen, loco & oppido Methymnæus, cuius fabulã referunt Herodotus, & Diodorus, & Ouid. *Vocalis.* Ouid.

ARISTAEVS, vt Pindarus, & Diodorus, ex Cyrene Chlidanopes, & Hypſei, vt alij Penei amnis filia, & Apolline æditus. Hypſeus autem Creuſa Terræ filia, & Peneo natus, vt verò Pherecydes, Naide, & Peneo: vt Aceſander Philyra Aſopi filia. Fratrem habuit Autuchum. Bacchylides Ariſtæos quatuor refert. primum Caryſti, alterum Cheronis, tertium Cœli, Terræque filium, quartum Cyrenes. Huius Creuſæ meminit Ouidius.

Te quoque promiſſam Xantho Penee Creuſam
Phthiadum terris occuluiſſe ferunt.

Nymphis à matre traditus eſt nutriendus, à quibus quum lac congelare, mel, atque oleum conficere didiciſſet, primus ea in vſum hominibus traduxit. vnde à poſteris vt Deus cultus eſt, Arcadiæque regnum obtinuit. authores Diodorus, Iuſtinus, Plinius. *Arcadius magiſter*, Virgilius.

ARISTARCHVS grãmaticus, Ariſtarchi filius, ſub Ptolemæo

lemæo Philometore natus. cuius & filium erudiuit. in Samothracia ortus Alexandriæ habitauit. Suidas. *Magnus*, Ouid.

ARMA, *diſcordia, horrentia, ſæua, micantia, fulgentia, impia, picta, radiantia, inſignia, verſicoloria, cruenta, fortia*, Virgil. *Luctuoſa*, Horat. *Triſtia*, Tibul. *Dira, caſtrenſia;* Proper. *Horrida, crepitantia, fera, ſcelerata, valida, pugnacia*, Ouid.

ARMENTA, *læta*. Virg.

ARMENII, populi Perſis finitimi, ab Armeno Rhodio, vt ſcribit Antipater, quos Eudoxus ex Phrygia originem duxiſſe, & multa Phrygia lingua proferre tradit. Iuſtinus verò Armeniam ab Armeno Theſſalo dictam ſcribit, qui vnus ex Iaſonis ducibus fuerat. *Odorati*, Tib. in Armenia namque, vt anteà diximus, pretioſum inter reliqua aromata naſcitur amomum. *Fugaces*, Ouid.

ARNE AEoli filia ex Menalippe, quam Neptunus in iuuencum mutatus cognouit: qua de re indignatus pater eam Metapontio aduenæ tradidit: vt eam in Metapontum deduceret, vbi duos peperit filios AEolum ac Bœotum, vt latiùs differit Diodorus. Strabo tamen & Varro hanc Arnen Menalippen vocant. *Virgo AEolia*, Ouid.

ARPI, Apuliæ vrbs à Diomede AEtolo fundata, quã olim maximam fuiſſe Italicarum vrbium, & prius Argyrippam, & aliquando Argos Hippium, quanquam nonnulli Strabonis codices habent Argyroippium vocatam, teſtimonio ſunt Strabo, Plin. Steph. qui addit Lampen quoque cognominatam. *AEtoli, Argyripa*, Virg. vna litera detracta, vt in pleriſque aliis.

ARQVVS cœleſtis, *ingens*, Virg. *Himbrifer*, Tibullus. *purpureus*, Proper.

ARS, *magiſtra*, Virg. *Docta*, Ouid.

ARTACIA, fluuius in extrema Italię parte Læſtrigonum regionem præfluens fonte limpidiſſimo, authore Hom. *Nobilis vnda*, Tibul.

ARVA, *genitalia, læta*, Virg. *pinguia*, Tibul. *Florentia, dura, operoſa, fallacia*, Ouid.

ARVINA, *pinguis*, Virg.

ARVNDO, *tenera, fluuialis, vmbroſa, glauca*, Virg. *Tremula, procera*, Ouid.

ASCANIVS AEneæ ex Creuſa filius. Ilus & Iulus cognomento, Virg. Etſi Cypriorum ſcriptor non Creuſam ſed Eury-

dicen eam vocat. *Regius, Dardanius, pulcher, magnus*, Virgilius. *Binominis, formoſus*, Ouid.

ASCANIVS Myſiæ lacus & fluuius apud quem Hylas raptus eſt. Strabo, Plin. Proper. *Sonans*, Virg. *crudelis*, Prop.

ASCENSVS, *altus*, Ouid.

ASILVS, ſiue Tabanum dici placet, vt ait Plinius, quem Græci Oeſtron vocant, vt apud Virgilium. *Aſper, acerba ſonans*, Virg.

ASINVS, quem Apollini Hyperboreos mactare teſtatur Pindarus & Callimachus. *Tardus*, Virgil. *pandus, lentè gradiens, auritus*, Ouid.

ASPERITAS *agreſtis, inconcinna, grauis*, Hor.

ASPIS ſerpens, cuius plures diuerſæque ſpecies, verùm diſpares effectus ad nocendum. Solinus. *Aſpera ſerpens*, Horatius. *Sacer coluber*, Propert. *Serpens pigra, peregrina*. Eſt enim præter Lybicam Ægyptia aſpis apud Strabon. de qua hoc loco Ouidius intelligit, quæ proprium quiddam habet præter alias aliorū locorum. Ea duplex eſt: alia Palmaris, quæ celerius interficit, altera paſſus ferè longitudine, *Plena ſomniferis venenis*, Ouidius. Hymnale namque aſpidis ſpecies ſomno necat, vt ait Solinus. vnde & aſpidum ſomnificam vim appellat Plin. qui etiam ait : Aſpides percuſſorum corpore & ſomno necant, omnium ſerpentium minime ſanabiles.

ASSARACVS Trois filius, ex Callirhoe Scamandri filia, Homer. Lycoph. interp. *Phryx*, Ouid.

ASSYRIA prouincia maioris Aſiæ, ab Aſſur filio Sem cognominata, qui eam regionem poſt diluuium primus incoluit. author D. Auguſt. ac ortu Media, ab occaſu Meſapotamia terminatur, à meridie Suſiana, a Septentrione parte Armeniæ, vt ſcribit Ptolemæus. *Pinguis*, Tibul.

ASTYNOME Homero Chryſeis dicta, Chryſæ Sacerdotis Apollinis filia, quam ex Thebis captiuam Achilles abduxit, eamque ex omni præda ſibi delegit. Euſtathius. *Chryſeis*, Ouid.

ASTVRES populi citerioris Hiſpaniæ, vt ait Plin. *Pulcherrimi, equo fidentes, & verſicoloribus armis*, Virg.

ASTYDAMIA Ormeni regis filia, quam cum pater Herculi negaſſet, ille vrbe expugnata & interempto Ormeno puellam rapuit. ex qua etiam Cteſippum genuit, authore Diodoro. *Nympha Ormenis*, Ouid.

ASTYA-

ASTYANAX Hectoris & Andromaches filius, qui antea Scamandrius dictus eſt, quique poſt Troiam euerſam deturbatus eſt. Seneca, & Homerus. *Hectoreus puer*. Ouid.

ASTYPALAEA inſula vna ex Sporadibus in Carpathio mari, quæ Achillem ſanctiſsimè colit, in ea laudatiſsimæ Cochleæ. Cicero, Plin. *Cincta piſcoſis vadis*, Ouid.

ATALANTA Arcadia Iaſi filia à Melanione & Meleagro amata, Xenophon, Apollonij & Homeri interp. & Hyginus, &c. *Dura, Iaſis*, Propertius. *Tegeæa, Nonacria, Mænalia, Nonacrina*, Ouid.

ATALANTA Argiua filia Schœnei Athamantis filij quam Hippomenes curſu à ſe ſuperatam in vxorem duxit. ambo à Cybele in leones mutati. authores Apollō. & Homeri interp. Ouid. Seruius. Hippomedon tamen non Hippomenes ab Apollonij interprete nuncupatur. Theocr. interp. aliter tradit, nempe Atalantem Schœnei filiam fuiſſe, Schœneam Iaſi. *Pernix*, Cat. *fugax*, Ouid.

ATHAMAS AEoli filius, de quo apud Ouidium. *Penthides*. Athamas Ino filiam Cadmi, Agaues verò Penthei matris ſororem duxit in vxorem, vt notum eſt ex Ouidio. *Gener draconum*, propter Cadmum & Harmoniam vxorem eius, qui in dracones verſi ſunt, vt legimus apud Ouid. *Superbus, AEolides, AEolius*, Ouid.

ATHENAE vrbs Atticæ clarior quàm vt indicari egeat, quo nomine eſt & locus in mari Euxino nobile Palladis templum habens, authore Arrhiano. *Præclara*, Lucret. *prima tellus*. Virgil. Athenienſes enim primam omnium ſuam terram, ſeque primos homines prædicabant, de generis antiquitate cum Argiuis certantes. Nam primæ ciuitatis authores vtrique videri volebant, Pauſan. Stephan. Ariſtid. Ariſtophanes, Plin. *Doctæ*, Prop. *Vrbs Tritonis*. propter Palladem quæ Tritonia dicta eſt. Athenas verò Palladi ſacras fuiſſe atque ab ea nuncupatas exponit Pauſanias in Atticis, & D. Auguſtin. ex ſententia Varronis. *Claræ, Pandioniæ*, à Pandione rege Athenarum. *Diæ*, *Erechtheæ*, ab Erechtheo rege, qui Pandioni ſucceſsit apud Pauſan. *Vrbs Mopſopia*. Ouid. non à Mopſo vate, ſed ab alio quodam Mopſope, vt docet Strab. & Stephan. alij ab Oceani filia Mopſopia. de qua Suidas.

ATHENIENSES, *populus Pandionius*, Lucr. *Cecropij*. Cat.

Theſidæ,

Theſide, Cecropidæ, Virg. *populus Erichthonius*, ab Erichthonio Athenarum rege. Prop. *Mopſopij, Erechtidæ*, Ouid.

ATHESIS amnis Venetiæ Veronam interſecans, qui ex Tridentinis alpibus labitur. Plin. *amœnus*, Virg.

ATHOS Thraciæ mons altiſſimus, ab Atho gigante Neptuni & Rhodopes Strymoine filio. Stephan. Theocriti interp. *altus, arduus*, Ouid.

ATINA vrbs Italiæ iuxta Pontinas paludes. Plinius, *potens*, Virgil.

ATLAS Iapeto & Clymene Oceani filia natus, teste Heſiodo, vt alij Iapeto Cœli filio, & Aſia Oceani filia. fratres germanos habuit Prometheum, Epimetheum, & Menœtium, author Tzetzes in Heſiodum. *Maximus, durus, cœlifer*, Virg. Nam vt author eſt Pherecydes, ad hunc profectus eſt Hercules quum didiciſſet à Nereo ſe malis Heſperidum nunquam potiturum ſine Atlantis ope. Sed dum Atlas Herculi operam nauaret, ipſe cœlũ ſubiit, cumque confecta re cœlũ recepturus Atlas non videretur, Herculis aſtu eluſus eſt. Impetrat vt ille tamdiu cœlo ſuccedat quoad ferendo oneri puluillum ſibi aptet, atque ita correptis pomis, quæ proiecta humi iacebant, è veſtigio victor abiit. Hiſtoriæ tamen veritas ita ſe habet, queadmodũ Xenocrates ſcriptũ reliquit. Atlas ſiderũ rationẽ primus inuenit, à quo edoctus Hercules ita ſecũdas tulit vt à primo ferè nõ abeſſet: mox grauioribus ſtudiis auocatus. Cœlũ id eſt Aſtrologiã Atlanti remiſit. *Iapetionides, Heſperius rex*, Ouid. Mauritania nanque, cuius rex fuit, Gaditanum fretum, Soliſque occaſum reſpicit. Pompon. Solin.

ATLAS mons Mauritaniæ, in quẽ Atlas rex mutatus eſt, nota fabula apud Ouidium, in interiora Libyæ remotior, quem Solinus altiſſimum eſſe teſtatur. Nam eductus in viciniam lunaris circuli vltra nubila caput cõdit. quem incolæ vnã cœli colũnam eſſe aſſerunt. Eſt & alter Herculis columnis propinquior, meminerunt Strabo, Plinius, Solinus. *Gelidus*, Ouidius.

ATRIA, *ampla, longa*, Virgilius.

ATREVS Pelopis, & Hippodamiæ filius, Peloponeſſi prius, deinde Mycenarum rex, in Mycenas enim regnum trãſlatum eſt, vt ſcribit Euſebius. Atrei & Thyeſtæ nota hiſtoria vel ex tragœdia Senecæ. *Tantalides*, ab auo Tantalo, Pelopis patre, *Crudus*. Ouidius.

ATTAGEN auis Aſiatica inter nobiliſſimas habita, plumas

variis

variis colorum notis diſtinctas habens, perdice paulo maior, colore ſubrufo, qualem figulinæ teſtæ habere ſolent, puluere gaudens, proleque fœcunda ex Lydia in Græciam aduecta. Attagen maxime Ionius celebratur, vocalis alias, captus vero obmuteſcens, Plin. Suid. Athenæus, Ariſtophanis interpres. *Ionicus*, Horatius.

ATTICA regio, quæ & Atthis ab Atthide Cranai filia dicta eſt. *Actæa* verò ſiue *Acte*, ab *Actæone* ſiue *Actæo* rege, vel quia litoralis ferè tota ſit exili & anguſtò quodam velut margine. Strab. Stephan. Euſtathius, Lycophron. Plin. Trogus, itemque Martianus. *Cecropia*, Catul. *Ora Actæa, Cecropis terra, humus grata Mineruæ*, Ouid.

ATTICVS, *Actæus, Munychius*, Strabo. Eſt & Munychia tumulus curuus in Cheroneſi faciē cauernoſus tum natura, tum opera dedita magna ex parte vt habitatores admittat. Ingreſſum anguſto habet ore, cui quidem portus terni ſubiacent. Quōdam muro vallata Munychia erat, & iunctis domiciliis referta vt Rhodiorum ciuitas, circuitu complectens & Piræcum, & alios portus naualibus plenos. Hellanicus in ſecundo Atthidos Munychiam dictam ſcribit à Munycho quodam Panteuclei filio, qui Munychiæ Dianæ templum erexit, cui etiam ſacra fiebant ſecundo menſe, qui apud Athenienſes Munychion appellatur, vt legimus apud Suid. & Demoſth. interp. Vlpianum. *Mopſopius*, *Cecropius*, Ouidius.

ATTIS Calai Phrygis filius à Cybele adamatus. Pauſanias in Achaicis, Nicandri interpres, Suidas, Ouidius. Diodorus. *Cybeleius*, *Phryx*, Ouidius.

AVARVS, *diues*, Ouidius.

AVCEPS, *Callidus*, Ouidius.

AVCVPIVM, *plumoſum*, Propert.

AVDACIA, *fortis*, Tibull.

AVENA, *ſterilis*, Virgilius.

AVES *pennipotentes, variæ, aeriæ*, Lucret. *Pictæ, volantes, canoræ, aligeræ*, Virg. *Argutæ*. Propert. *Auidæ, loquaces, rapidæ*, Ouidius.

AVIARIA, *inculta*, Virgilius.

AVENTINVS Albanorum rex, Remulo Siluio natus, qui Auentino fulmine ictus ipſe regnum per manus tradidit. Is poſtea ſepultus Auentino cognomen colli fecit. Liuius, Euſebius

bius: *Fortis*, Ouidius.

AVENTINVS Herculis filius ex Rhea natus. Hunc Turno aduerſus AEneam ſuppetias tuliſſe Virgilius commemorat: *Pulcher*, Virgilius.

AVERNVS lacus in ſinu Baiano propè Puteolos, quem Cæſar olim purgauit, adeo ſiluarum denſitate obductum, vt exhalans inde per anguſtias ſulfureæ odor aquæ grauiſſimus ſuperuolantes aues necaret: ex quo nomen accepit. Plutoni & Proſerpinæ Sacer eſt. Eius ambitus ſtadiorum quinque, profundum incredibile, vt quum ſit aqua clariſſima cærulea videatur. Ferunt in eo priſcis temporibus quod poſtmodum fieri deſiit inferos euocari ſolitos. Effluente in mare ſtagno ferunt Herculem exaggerata terra fluxum clauſiſſe, viamque deſuper iuxta mare factam Herculeam poſtmodum eſſe nominatam. In Auerno Homerica mortuorum vaticinia, oraculumque fuiſſe traditum eſt. Strabo, Diodorus, Lucret. Maro, Ariſtoteles. *Diuinus, palus tenebroſa, graue olens*, Virg. *Vmbroſus*, Prop.

AVFIDVS flumen Apuliæ, quod ex Hirpinis montibus defluens Canuſium ſecat. Plinius. *Violens, longe ſonans, tauriformis*, Hor. cornua enim authore Seruio ideo à poetis fluminibus tribuuntur, ſiue quod plerumque in cornuum ſimilitudinem curuatas cernimus ripas, ſiue quod mugitum boum imitatur murmur vndarum.

AVGVSTVS Cæſar, *Diui genus*. Id quod in numiſmatum etiam inſcriptionibus inuenias, à quorum altera parte C. Cæſaris caput habetur, Titulus eſt, *Diuus Iulius*: ab altera vero parte Auguſti Octauiani caput cum inſcriptione, *Auguſtus Diui Fi.* Præterea vero lapidum inſcriptiones quæ ſunt & in Capitolio, & alibi, in quibus *Diui F.* ſcriptum obſeruaui. *Magnus*, Virgil. *Maximus, egregius, altus, diuus, fortis, optimus, clarus, Anchiſæ Venerisque ſanguis*, Horat. *AEneades*, Ouid.

AVLA, *nitida*, Ouidius.

AVLAEA, *purpurea, Superba.* Virg. *Suſpenſa*, Horat. *Attalica*, Prop. Aurum intexere in Aſia inuenit Attalus rex, vnde nomen Attalicis. author Plin. ſcribit Seruius Aulæa dici quia in aula Attali regis Aſiæ primum inuenta fuerunt.

AVLIS Bœotiæ vrbs propè Chalcidem, Eubœæ contermina, dicta ab Aulide Euonymi Cephiſi filia. Homeri interpres. Plinius quoque ita ſcribit. Et in ipſis faucibus Euripi quem facit obiectu

obiectu inſulæ Euboæ Aulis capaci nobilis portu. *Piſcoſa, Euboica*, Ouidius.

AVRA, *tenera, celerans, aeria, vitalis, alta, ætheria, liquida, lenis*, Lucret. *Supera, tenuis, celeris*, Virg. *Rapida, communis, lenis, volucris, vacua, cita, frigida, mollis*, Ouidius.

AVRICVLAE, *molles*, Horatius.

AVRES, *tenues*, Lucret. *Rimoſæ, patulæ*, Horatius. *Cauæ, auidæ*, Ouidius.

AVRIGA, *pronus*, Virgilius.

AVRORA ex Hyperione & Thia. Hyperion vero Cœli Terræque filius, Heſiodo. Homerus verò Hyperione & Euryphaeſſa ſorore genitam canit. *Roſea*, Lucret. *Lutea, coniux Tithonia*, Virgil. *Candida*, Tibull. *Rubra*, Propert. *Vigil, purpurea, bu-da, roſeo ſpectabilis ore*. Eos græcum eſt vocabulum ἕως quippe & ἠὼς dicitur. vnde Heous prima breui, & Eous abſque aſpiratione cum prima producitur. *Pallantias*. Eurybea Ponti Terræque filia, ex Crio genuit Aſtræum, Pallanta, Perſen, ex Aſtræo & Aurora nati, Argeſtes, Zephyrus, Boreas, Notus. authore Heſiodo.

AVRORAE equi Lampon & Phaëthon, Homero: Pegaſus Lycophroni, eius interp. author. *roſei*, Tibull. *Matutini*, Ouid.

AVRORAE currus, *roſeus, puniceus*, Virgilius. *Croceus, pruinoſus*, Ouidius.

AVRVM, *fulgens*. Catull. *Flauum, fuluum*, Virg. *Regale*, Horat. *Diues*, Tibull. *Nitidum, micans, clarum, lentum, radians, ſolidum, fuſile*. Ouidius.

AVSPEX, *prouidus*, Horatius.

AVSTER ventus à meridie, qui græcis Notus dicitur. Plinius, Vegetius. *Fulmine pollens, validus*. Lucret. *Humidus, niger, pluuialis, frigidus, tumidus, ales, violentus, præceps*. Virgil. *Turbidus, albus, comes Orionis, rapidus*. Horat. *Hibernus, tepidus*. Tibull. *Nubilus*. Prop. *Pluuius, aquaticus, calidus, vmbrifer, inſanus. fortis, madidus, procelloſus, nubifer, terribilis*. Ouidius.

AVTOLYCVS Chione Dædalionis filia, & Mercurio natus, Vlyſſis maternus auus, qui furandi & peierandi aſtu Mercurij munere facile omnes homines ſuperauit, vt ſcribit Homerus. Parnaſſum incoluit, & Neæram in matrimonio ſibi coniunxit teſte Pauſania in Arcadicis. *Verſuta propago, ingenioſus ad omnia*. Ouidius.

AVTO-

AVTOMEDON Diorei filius, Achillis auriga. Homerus. *Armiger*, Virgilius.

AVTVMNVS, Pampineus, Virgilius. *Pomifer*, *decorus*, Horat. *Inæqualis ſordidus*, Ouidius.

AVVS, *priſcus, vetus*, Tibull. *Longæuus*, Ouid.

AVXILIVM, *bonum*, Lucretius.

AXIS, *feruidus, faginus*, Virgilius.

B

BABYLON, Perſarum vrbs, Chaldeæ gentis caput, à Semiramide regina condita, tam nobilis vt propter eam & Aſſyrij, & Meſopotamij in Babyloniæ nomen tranſierint, amne interluitur Euphrate. Beli ibi Iouis templũ, quem inuentorem cœleſtis diſciplinæ tradiderunt. In æmulationem huius vrbis Cteſiphontem Parthi condiderunt. Vocabulum ſumpſit à Babylone Medi filio. Plura leges apud Solin. Strabonem, Herodotum, Diodorum. Plin. *Perſarum vrbs*, Prop. *Alta*, Ouid.

BACCHVS Iouis & Semeles filius, Homero, Euripidi, Heſiodo. Praxilla Sicyonia ex Venere natũ cecinit. Plutarchus ex Ioue & Arge nympha è Lycto Cretæ vrbe rapta natum tradit, vnde Argillus mons AEgypti dictus eſt, vbi Bacchum illa edidit. Cicero plures connumerat, Dionyſios inquit plures habemus. Primum è Ioue & Proſerpina natum. Secundum Nilo, qui Nyſam dicitur interemiſſe. Tertium Caprio patre, eumque regem Aſiæ præfuiſſe dicunt. cuius Sabazea ſunt inſtituta. Quartum Ioue & Luna, cui ſacra Orphica putantur confici. Quintum Niſo natum & Thyone, à quo Trieterides conſtitutæ putantur. Bacchum à mulieribus quæ illum bacchantes ſequebantur dictum fuiſſe tradidit Diodorus. *Euius*, & apud Suidam, & Heſychium & magnum Etymologicon, vbi & Euſius Laconum lingua dicitur. *Euan*, Lucretius. vel ab Euan vocabulo quo Indi hederam ſignificant, vt ſcribit Heſychius, vel à voce bacchantium. nam, vt ait Euſebius, Bacchæ crudas carnes comedentes ſacro furore initiantur Euan Euan conclamantes, ſiue quia Phryges Bacchũ Euan appellant. *Florens*, aut propter hederam qua ornatus eſt, vt Claudianus.

Lenis volitabat Iacchus
Crinali florens hedera.

aut quia florida ætas Baccho & Apollini attribuitur, dicente Tibullo.

Solis æterna eſt Phœbo. Bacchoque iuuenta,

Nam decet intonſus crinis vtrumque Deum.

Iacchus. Carull. à clamore, & ſonitu. nam ſacrificantes clamare ſolebant Io Bacche. ἰάχχω græcis vociſero. *Liber.* vt ſcribit D. Auguſtinus quod mares in coeundo per eius beneficium emiſſis ſeminibus liberentur, hoc idem dicunt in fœminis agere Liberam, hoc eſt Ariadnam: & ob hoc Libero virilem corporis partem in templo poni, fæmineam Liberæ. Alexander verò ita vocatum tradit, quod pro communi Bœotiæ libertate pugnauit. Nec me latet eſſe qui affirment Liberum ideo dici, quia vinum liberiorem hominem faciat, & curis ſolutum. *Lyæus.* eadem ratione, ſcilicet quia animi curas diſſoluit, id quod Vticenſis Caro in ſe quandoque periclitatus eſt. vt ſcribit Plutarchus. λύω Soluo. *Lenæus*, Apollodorus aſſerit Lenæos Bacchi Ludos qui circum torcularia, quæ græci λήνα vocant, exhibebantur. vnde liberi patris per epitheton nomen eſt. vel, vt Diodoro placet, quia primus vinum ex torculari educere monſtrauit. *Dator lætitiæ.* Virg. *Prælijs audax.* Africam enim exercitu expugnauit. AEgyptumque & reliquos fines regno tenuit. Hyginus teſtis. Gigantes quoque deuicit quum Ioui diiſque bellum intuliſſent, Diodorus. *Semeleius, Thyoneus.* à matre Semele Thyone ob furorem appellata, AEſchylo authore, *Baſſareus*, à genere veſtis Baccharum, vnde & Bacchæ Baſſarides dictæ. Baſſaris enim veſtis genus eſt vſque ad pedes demiſſa, qua Bacchæ induebantur. dicta à Baſſara loco Lydiæ vbi fit. hæc apud Acronem & Heſychium, & Etymologicon. *Verecundus, candidus, vuidus, iocoſus*, Horat. *Tener, conſitor vuæ*. Bacchus apud græcos docuit vini vſum, vt teſtis Martianus Capella, Euſebius ſcribit vitem inuentam à Dionyſio. ſed non Semeles filio anno regni Cecropis quinquageſimo, qui fuit vltimus. hoc idem affirmant Varro, & Virgilius in deorum inuocatione. *Proles Semeles. Oſiris.* Tibullus. ita ab AEgyptiis nominatus. Diodorus, Auſonius poëta, Suidas, hunc vulgus Serapim, & Serapidem appellat, vt ait Firmianus. *Proles Semeleia, Niſæus.* Diodorus, ita ſcribit. Infantem Iuppiter Mercurio dedit ad antrum Nyſæ, quod inter Phœniciam, Nilumque eſt, deferendum: à nymphiſque omni ſtudio, curaque educandum: vnde ab Ioue Nyſaque Dionyſium dixerunt. quod etiam Homerus in Hymnis teſta-

tur

tur inquiens. Eſt Nyſa ſupra montem floridum ſilua procul à Phœnicia fermè AEgypto fluente. hæc ille. Siue à Nyſa vrbe, quam ipſe in India in huius memoriam in qua nutritus eſt condidit, idem Diodorus. *Ignigena,* Semelem Iupiter, vt Diodorus tradit, ob pulchritudinem in forma hominis cognouit. Quod exiſtimans ab Ioue in ſui contemptum agi rogauit vt ſecum quemadmodum cum Iunone aſſueuerat coiret. Iuppiter Dei maieſtate aſſumpta cum tonitribus, ac fulgure ad eam deſcendit. at illa prægnans quum neque fulguris neque tonitrui vim ferre poſſet, filium aborſa igne expirauit. Iupiter adhuc imperfectum infantem femori ſuo inſeruit vt maternos menſes ibi compleret: vnde & natus eſt. nota fabula apud Ouidium. Quod Diodorus ita interpretatur. In India quum peſte Bacchi exercitus vexaretur in monte ſalutem inuenit qui Femur dicitur. *Biſgenitus, iterum ſatus, bimater, Bromius*, à tonitru qui in eius ortu cõtigit, vt ait Diodorus. βρέμω enim fremo. *Indetonſus, puer æternus, formoſiſſimus, venerandus, de pellice natus, racemifer, vitis repertor, Corymbifer,* hedera Liberi ſacerdotibus, ipſiſque etiam Deo quum inter homines ageret in vſu coronæ fuit. & Alexander eius exemplo hedera coronato exercitu ex India victor rediit. author Plinius. Mirum quod Plutarchus in quæſtionibus refert. Ineſt, inquit, hederæ ſpiritus qui mentes in furorem concitat, & loco mouet, & ebrietatem abſque vino inducit. *Nyctelius,* quia eius ſacra noctu fiebant. Νυκτελεῖν namque apud Heſychium noctu perficere & initiare. *Eleleus,* à voce bellica quæ dicitur Eleleu. accedentes enim ad bellum ἐλελῶ acclamabant, author Suidas. *Corniger,* dicitur, liber pater propter ingenij acumẽ prius boues ad iugum iunxiſſe, eorumque opera frugem iacta ſemina reddidiſſe, qua ex re illum cum cornibus finxere, vt docet Diodorus. Feſtus verò ait, Cornua Liberi patris ſimulacro adduntur, quoniam inuentorem vini dicunt. eo quòd homines nimio vino truces fiant. *Vuæ commentor, pulcherrimus, intonſus, Ogygius.* Bacchus patriam habuit Thebas Bœotias; vt ſcribit Plinius, quæ Ogygiæ ab Ogyge primo Thebarum rege dictæ ſunt. author Suidas. Bœotiam quoque Cecrope regnante quum eam ditione ſubactam haberet Ogygiam appellatam teſtatur Strabo. *Aonius,* Ouidius.

BACCHI capilli, *racemiferi,* Ouidius.

BACCHI ſacra, quæ & Orgia appellantur apud Poëtas, ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id eſt à furore, licet omnia ſacra à græcis hoc vocabulo nuncupentur, quia qui Sacrificant diuino quodã corripi furore videntur Erant & Liberi patris ſacraque Phallagogia dicebantur, vt Iouis Pandia, & Diaſia, Iunonis Heræa, Mineruæ Panathenæa, Bacchi quoque Dionyſia, Cereris Eleuſinia, ac Theſmophoria, Apollinis Delia, & Pythia, Mercurij Hermea, Neptuni Poſidonia, Herculis Heraclea, AEſculapij Aſclepia, & Panacia. Theodoretus, & Euſeb. *Obſcura*. Cat. de quib. Ouid.

Tempus erat quo ſacra ſolent Trieteria Baccho,
Sithoniæ celebrare nurus, nox conſcia ſacris:
Nocte ſonat Rhodope tinnitibus æris acuti.

Aſtipulantur Euſeb. Liu. *Sacra occulta*. Tib. noctu enim clam à ſolis mulierib. celebrabantur. *Trieterica Triennia*. Ouid. quia tertio quoque anno colebãtur. Quæ Bœotij cæterique græci Thraces quoque in memoriam Indicæ expeditionis cõſtituerunt. author Diodorus.

BACCHAE, *Thyades*, à Thya Celænus & Apollinis filia quæ primum Bacchi orgia egit. vt ait Pauſanias. *Mænades*, à furore & inſania, vnde & ipſe Bacchus Mænoles id eſt totus furens ac inſanus dictus eſt apud Euſebium. *Hederigeræ*, Catull. *Euiades*, ab Euio. *Peruicaces, biſſonides*, Horatius. *Edonides*, Propertius. *Eleleides, Thraciæ, Mimallones, Mimallonides*, vt ait Suidas ἀπὸ τῆς μιμήσεως, hoc eſt, ab imitatione, quia Bacchum imitarentur: Nã & ipſæ cornua ferunt. Porrò Taurino vultu fingitur Bacchus. *Phylleiæ*, à Phyllidæ regione Thraciæ, authore Stephan. & Herodoto. *Threiciæ*, Ouidius.

BACCHIADAE qui annis fermè ducentis Corinthium dominatione tenuerunt, & tyranni locupletiſſimi, & numero plurimi & genere clari euadentes. Cypſelus autem hiſce deſtructis tyrãnidẽ occupauit, author Strabo. *Gens orta Corintho*. Ouid.

BAIAE Campaniæ ciuitas, Lucrino Sinui contiguæ, ab Vlyſſis ſocio nomine Baio ſic dictæ. Erant ibi calidæ aquæ & ad voluptatem & ad ſanandos morbos accommodatæ. Strabo. *Liquidæ, amœnæ*. Horat, *Tepentes*. Propertius.

BARATHRVM, *abruptum*, Catul. *Immane*. Virg.

BARBA, *hiſpida*, Tibull. *Hirſuta*, Ouidius.

BARBARIA, *inhumana*, Ouidius.

BACTRA oppidum ſupra Perſidẽ, quod & Zariaſpa dictũ eſt, per

eſt, per quod flumen eiuſdem nominis fluens emittit in Oxum, vnde ei nomen. Plin. Strab. Virg. *Regnata Cyro*, Horat.

BATTVS Cyrenarum vrbis conditor, vt Iuſtinus Polymneſti ex Phronime filius, Battus verò à Pythia appellatus, quum eam de ſua voce exili, atque impedita lingua conſuleret. βατταρίζειν enim græcis balbutire. author Herodot. Aceſander autem ſcribit Battum ſua ſponte linguam ſibi obligauiſſe. alij Battum, hoc eſt regem cognominatum exiſtimauere, Battos namque Libyes reges nuncupant. Battus præterea Cyrenis in excelſiſſimo fori loco ſepultus eſt, manu Laſerpicium geſtans. Pauſan. Pindarus, eiuſque & Callimachi interp. *Vetus*, Catul.

BATTVS poëta familiariſſimus Ouidio poetæ, vt ipſemet Ouid. teſtatur. *clarus Iambo*, Ouid.

BATILLVS puer ab Anacreonte poeta amatus, authore Maximo Tyrio. *Samius*, Horat.

BATTIS Philetæ poetæ amica, vt canit Hermeſianax Colophonius apud Atheneum, οἶσθα δὲ καὶ τὸν ἀοιδὸν τὸν εὐρυπύλου πολιῆται κῶοι χάλκειον θῆκαν ὑπὸ πλατάνῳ βιττίδια μολπάζοντα θοὴν περὶ πάντα φιλητᾶν. Illud animaduertendum ex his verſibus ſi tamen hæc verior vetus lectio eſt, Bittida non Battida apud nos legendum. *Coa*, à Co inſula. Ouid.

BELLEROPHON vir Corinthius Glauco Siſyphi filio natus. Homero authore, ideo dictus, quia Bellerum fratrem inuitus occidit, cũ antea Hipponus nominaretur, vt ſcrib. Lycop. interp. quem nonnulli tradiderunt cũ ad Proetũ Abantis, vt alij Therſandri filium deueniſſet, Anteam quæ & Stenoboea, Amphianactis, ſiue Iobatæ filium, coniugem regis hoſpitis amore inductam petiiſſe ab eo vti ſibi copiam ſui faceret; promittens ei coniugis regnum. quæ cum impetrare non potuiſſet, verita ne ſe apud regẽ criminaretur, præoccupat eum ſibi vim afferre voluiſſe. Proetus qui eũ dilexerat noluit ipſe ſuppliciũ ſumere, ſed quod æquũ eſſe ſciebat, mittit eũ ad Iobaten Anteæ reginæ patrẽ, vt ille filiæ pudicitiam defendens Bellerophontẽ obijceret Chimeræ, quæ eo tẽpore Lyciorũ agros vaſtabat flamma. Hãc Bellerophontes equo inſidens alato telo confixit confecitque. vnde victor profugiens, poſt fontis inuentionem, cũ ad cœlum contenderet euolare, neque longè iam abeſſet, deſpiciẽs ad terrã timore permotus decidit, ibique periiſſe dicitur, Equus autem

 ſubuolaſſe,

ſubuolaſſe, atque inter ſidera ab Ioue conſtitutus exiſtimatur. Alij non criminatum ab Antea, ſed ne ſæpius audiret quod nollet, aut precibus eius moueretur, profugiſſe Aegis dixerunt. Hæc quidem apud Strabonem, & Hyginum, & Homer. interp. Zenodotus verò refert Proetum vires iuuenis victoris admiratum, & ex euentu illius innocentiam coniectantem literas Proeti oſtendiſſe Bellerophonti, generumque aſciuiſſe, ac morientem eidem imperij ſucceſſionē tradidiſſe. Notum prouerbiū ex hac hiſtoria: Βελλεροφόντης τὰ γράμματα. aut Βελλεροφόντης κατὰ σαυτοῦ. *Caſtus*, Hor. *Tetricus*, propter illud Hom. de Bellerophonte.

Qui miſer in campis ameni errabat Aleis

Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.

Domitor Chimeræ, Ouid.

BELLONA, quæ & Duellona, belli præſes, græcis Enyo, Martis nutrix vt quidam tradidere, vt alij, ſoror, vt alij mater. *Cornutus*, Homerus, Varro. *Magna*, Tibullus.

BELLVM, *ſæuum, creperum*, Lucret. hoc eſt dubium, vt exponit Varro. *Triſte, horridum, mortiferum, inſanum, infandum, lacrymabile, crudele, durum, dirum*, Virg. *Lacrymoſum, cruentum, impium, lugubre*, Horatius. *Diſcors, ferox, miſerabile, ferreum, forte, acre, violentum, aſperum, martium, animoſum, irrequietum*, Ouidius.

BENACVS, Italiæ lacus, ſtadiorum quingentorum longitudinem habens, latitudinem verò triginta, de quo Mincius amnis effluit. Plin. Strabo. *Limpidus*, Catul. *Aſſurgens fluctibus, & fremitu marino*, Virg.

BETA, *tenera*, Catul.

BIDENS, *validus*. Lucret. *Durus*, Virg. *Tenax*, Ouid.

BIDENTES, *lanigeræ*, Virgilius.

BILIS, *difficilis*, Horatius.

BITVMEN, quod Græci Aſphalton dicunt, vnde lacus Iudææ vbi naſcitur, Aſphaltites vocatus, quo Iordanes amnis è Tiberiade lacu altero profectus influit lacum Aſphaltitem, vt ait Solinus. Galenus in Syria Coelē ſalſum, & propterea Mare mortuum vocari prodidit. Vitruuius ſub Babylone, inquit, lacus ampliſſima magnitudine Aſphaltites appellatur, habet ſupra natans bitumen liquidum, quo Semiramis ſit vſa, cùm Babylonem circumdedit muro. Item Ioppe in Syria Arabiaque lacus, inquit, ſunt immani magnitudine, qui emittunt bituminis

minis maximas moles. *Tetrum*, Lucr. *Nigrum*, Virgilius. *Tenax*, Ouidius.

BLANDITIAE, quæ & Illecebræ, *dulces*, Virg. *arguta*, Prop. *leues*, *molles*, Ouid.

BLATTA, *lucifuga*, Virg. E contrario, inquit Plinius, tenebrarum alumnæ Blattæ lucem, diemque fugiunt, in balneis maxime humido vapore prognatæ.

BOMBVS, *raucisonus*, Catul.

BOMBYCINA veſtis, à bombyce verme qui in Aſſyria prouenit, ex qua conficitur. de quo multa apud Plinium, Ariſtotel. Ambroſium, Baſilium. *Cea*, Tiball. Idcirco quia in Ceo inſula cupreſſis, terabinthis, fraxinis, quercubus depectuntur bōbycina. quodque Paſaphile Latoi filia, vel vt alij codices habēt, Pamphile Platis filia prima bombycum telas retorqueri, rurſuſque texere inuenerit. Illud meminiſſe oportet in exemplaribus Ariſtotelicis in Co ſcriptum videri, quod Propertius affirmare videtur, cum ait:

Eurypylique placet Coa textura Mineruæ.

Co enim tenuit Eurypylus, vt patet ex illo Homeri carmine:

Καὶ χῶν εὐρυπύλοιο πόλιν, νῆσάς τε χαλύδνας.

Plinium verò ita ſcripſiſſe: Ex Ceo inſula profectam delectationi fœminarum veſtem, author eſt Varro. Quaſi & Ariſtoteles de Co inſula non de Ceo ſentiat: quaſi & Varro ab Ariſtotele diuerſa prodiderit, aut in vtraque inſula id genus veſtis celebratum fuerit. Verum vtcunque legatur teſtari tamen debemus in Ceo non in Co veſtis eius originem à pleriſque tradi. Porrò Ceos inſula eſt in Aegeo mari, ex aduerſo Atticæ, à Sunio quinque millia paſſuum diſtans, quam noſtri quidem dixere Ceam. author Plin. *Bombyx Arabius*, Propert.

BOOTES ſidus, qui & Arctophylax & Arcturus græcis dicitur, cœleſti plauſtro proximum. Initio enim qui ſidera peruiderunt, & numerum ſtellarum in vnaquaque ſpecie conſtituerunt, vt ex ſeptem ſtellis duæ quæ pariles, & maximè in vno loco viderentur, pro bobus haberentur voluerunt, reliquæ vero quinque figuram plauſtri ſimularent. Itaque & quod proximū eſt huic ſignum Bootem nominari. Arctophylax verò ideo dictus, quod maiorem Arctum, quam cōplures plauſtro ſimilem dixerunt, & ἅμαξαν græci appellant, quaſi quidam cuſtos adhibitus obſeruet, Hygin. *Tardus*, Catul. Ideo ſero occidere dicitur

ait Hygin. quod magis erectus à pedibus peruenit ad terram, at exoriẽs citius quàm Chelæ videtur. *Serus verſare boues, & plauſtra. Sidus tardum, boues Icarij*, Proper. Nonnulli enim, vt latius Hygin. proſequitur, hunc Icarum Erigones patrẽ eſſe dixerunt. *Cuſtos Erymanthidos Vrſæ*. Ouid.

BORYSTHENES amnis, ſecundum Meotim paludem & Tanaim labens, quo etiam nomine primum dictus eſt Helleſpontus. Steph. Strab. Plin. *Amnis Boryſthenius*, Ouid.

BORYSTHENIDAE populi à Boryſthene fluuio, Stephan. *Hiberni*, Proper.

BOSPHORVS duplex, Thracius ſcilicet & Cimmerius. Primi ita Polybius meminit. Poſt oſtium Boſphorus Thracius appellatur. cuius longitudo ad 120. ſtadia extenditur, latitudo non eſt eadem vbique. nam à Propontide quidem quod inter Chalcedonem, & Byzantium ſpatij eſt, quatuordecim continet ſtadia: à Ponto vero quod Fanum appellatur, vbi primum Iaſon cum è Colcho rediret duodecim dies fertur ſacrificaſſe, in Aſia poſitum decem ſtadiis diſtat ab Europa. Boſphorus autem appellatus fuit, vt Plin. Solinuſque docent, propter anguſtias freti, quaſi bouis tranſitus. Valer. Flaccus à traiectu Iouis in bouẽ mutati. Alij, vt Dionyſ. Afer, & Sext. Rufus Auienus in eo poëmate quod Orbis terræ inſcribitur, ab Io Inachi filia in bouem conuerſa. Vnde etiam Polybius ſcribit locum Aſiæ vbi primũ Io conſtitiſſe dicitur bouem appellatum fuiſſe. Alter vero Meotidis oſtium appellatur, cuius latitudo eſt 30. ſtadiorum, longitudo 60. *Gemens, inſaniens*, Horat.

BOVES, *tardi, validi, aratores*, Tib. *Ruricolæ, innocui*, Ouid.

BOVES Marti conſecrati & à Iaſone edomiti. vt apud Ouid. quos à Vulcano conſtructos teſtatur Antimach. in Lyda, & Apollon. Rhod. *Spirantes naribus ignem*, Virg. *Flagrantes*, Prop. *Aeripedes*, epitheta ex Pherecyde, Sophocle, Pindar. Apollonio Rhodio ſumpta. Pindari verſus hi ſunt: Καὶ βόας οἱ φλόγ' ἀπὸ ξανθᾶν γενύων πνέον καιομένοιο πυρός. χαλκέαις δ' ὁπλαῖς ἀράασέσκον χθόνα ἀμειβόμενοι. Apollonij verò: Δύω πεδίον τὸ ἄρηιον ἀμφινέμοντο ταῦροι χαλκόποδες στόματε φλόγα φυσιόωντες. *Sæui, furentes, Martis Sacri, feri*, Ouid.

BRACHIVM, *molle*, Lucret. *Teres*, Catul.

BRACAE, indumẽti genus. Diod. ſcribit Galatas ad Septẽtrionem

tentrionem ſitos veſtes ad terrorē intonſas ac caloris varij ferre, quas illi vocāt bracas. Hyginus quoque hos qui proximi ſunt Arctico fini bracis vti teſtatur. *Virgatæ*, Prop. Intexebantur, inquit Iulius Pollux, in tunica virgæ purpureæ, quas Græci parhyphos appellabant. Virgata ſagula interpretatur Seruius apud Virgilium Purpurea, propterea quòd virgæ Gallorum lingua dicerentur purpureæ. *Hirſutæ*, *laxæ*, *Perſicæ*, Ouidius. Nam his quoque Orientales gentes veſtiebantur. vnde Propertius Parthos bracatum militem vocat. Et in obſcæno carmine ſcriptum eſt. *Medis laxior indiciſue bracis*. Et Tacitus inquit, Cecinna verſicolori ſagulo bracas barbarum tegmen indutus ad togatos loquebatur. Ouidius quoque Ponticos populos vſos eſſe bracis ad frigus arcendum ſæpe teſtatur. bracatam etiam Galliam commemorat Plinius.

BRENNI, populi Alpini teſte Pli. & Luc. Flor. *Veloces*, Hor.

BRENNVS, Gallorū dux, qui incenſus cupiditate denariorum Delphici templi cum ſexaginta millibus peditum in Aſiam tranſgreſſus Delphis bellum intulit. Delphi quatuor millibus hominum ope diuina Gallorum impetum ſuſtinuerunt. Nam ſuſcepta eſt opinio iuuenem mortali ſtatura auguſtiorem, & duas Virgines armatas Dianam, & Mineruam eo in bello affuiſſe. tempeſtate præterea & terræ motu Galli repreſſi ſunt. Demum Brennus vulnerum dolorem nō ferens manum in ſe vertit. hiſtoria ſcripta à Iuſtino, & Pauſania in Phocidis. *Sacrilegus*, Propertius.

BRITANIA, inſula media inter Septentriones & Solis occaſum. Albion alio nomine appellata à quibuſdam albis montibus, qui ad eam nauigantibus primò apparēt. Cæterum à Britone rege, Britania poſtea nuncupata. Plura Solinus, Strabo, Plinius, Diodorus, Ab ortu, Germanico Oceano, ab occaſu Hibernico alluitur, ab omni continēte diuiſa, vt refert Ptolemæus. *Vltima*, Catull.

BRITANI populi, *vltimi*, *horribiles*, Catul. *Feri*, *remoti*. Horat. *Infecti*, Propert. Omnes nanque ſe Britani Glaſto inficiunt quod ceruleum efficit colorem: atque hoc horribiliores ſunt in pugna aſpectu. Cæſar author *Aequorei*, *virides*, Ouidius.

BRIAREVS gigas, Neptuno genitus, vt ait Heſiodus, Eumelus verò in Titanomachia Terra Marique procreatum ſcribit. ex quo etiā arma in deos intuliſſe. Ion quoque in dithy-

iambis, & Didymus tradunt ex pelago à Thetide euocatum Ioui ſuppetias tuliſſe. Alij marinam feram hunc eſſe volunt. Quidam inter maris numina connumerant. Tarrhæus prodidit Briareum ex Euboea in Phrygiam profugiſſe, ibique extremum vitæ ſpiritū edidiſſe. Hunc Homerus à diis immortalibus Briareum, ab hominibus AEgæona vocitatum canit. Opyiam præterea Neptuni filiam in matrimonio habuiſſe teſtis eſt Heſiodus, Orcique veſtibulo cuſtodem additum ne Titanes vincula fruſtrētur. ex quo à Virgilio in foribus inferorum ſtabulare dictus eſt. *AEgæon, centum geminus.* Virg. *Centimanus*, Horat.

BRIXIA nobiliſſima Galliæ Ciſalpinæ ciuitas. *Cydnea ſuppoſita in ſpecula, amata Veronæ*, Catullus. de tota hac re ſatis accuratè, atque eleganter Ioannes Chryſoſtomus germanus frater meus diſſeruit, iis libris quos ad Petrum Bembum de Origine Orobiorum ſiue Cenomanorum inſtituit, inde igitur ſcire volentes petent.

BRVTVS Lucretiæ auunculus. *vltor, ſuperba anima*, Virg.

BRVMA, *intractabilis, horrida, frigida*, Virg. *Hiberna*, Tibullus. *Gelida, niualis*, Ouidius.

BVBASTIS dea, vt ait Herodotus, quæ noſtra lingua dicitur Diana. Eius tēplum in Bubaſti AEgypti vrbe, quod omnium maxime memorabile eſt, quo & ſi alia ſint tum grandiora, tum ſumptuoſiora, nullum tamen eſt aſpectu iucundius. *Sacra*, Ouidius,

BVBO auis. *feralis*, Virg. *Fœdus, profanus, funereus, Stygius, nocturnus, raucus*, Ouidius.

BVBVLCVS, *tardus*, Virgilius.

BVCCINA, *rauca, cornu recuruum.* Virg. *Caua*, Ouid.

BVLBVS eſculentus, qui vulgo manditur, quē nemo non ſcit: laudatur maximè ex Megaris ciuitate à Pauſania. M. Catone, Columella, Ouid. qui & Daunium, & Libycum addit. *Daunius, Candidus*, Ouidius.

BVRA Achaiæ vrbs, quam Dexamenus centaurus tenuit. cuius bouilia illic ſeruabantur. vnde nomen. Callimachi interpres, Plinius. *Achæis*, Ouidius.

BVSIRIS Phœniciæ & maritimæ oræ præfectus, Neptuno & Libya Epaphi filia natus, vt Iſocrati placet, vt Agathoni Samio ex Anippa: Hunc Hercules cum claua adortus interemit, vnà cum filio Iphidamante; & præcone Chalbe, propterea quod mactatos

mactatos aduenas Ioui ſacrificaret. authores Apollonij interpres, Strabo, Plutarchus, Diodorus, Euſebius, Liuius. *Illaudatus*, Virg. *Frater Antæi, Sæuus, triſtis*, Ouid.

BVSTVM, *horrificum*. Lucret. *Mæſtum, cauum*, Ouid.

BVTHROTVS inſula, & vrbs iuxta Corcyrã. Stephanus. Scribitur & ſine aſpiratione, vt apud Lepidum. *Celſa*, Virg.

BVXVS arbor, *pallida, perpetuo virens, denſa foliis*. Ouid.

BVXVM, *torno raſile*, Virgilius.

BYBLIS Mileti ex Area filia, Cauni ſoror, à qua vrbs Byblos in Phœnicia. item mons, & fons eiuſdem nominis, vt ait Steph. & Theocriti interpres. Ouidius autem ex Mileto & Cyanea Mæandri amnis filia genitos canit Byblida & Caunum, fabulam præter Ouidium perſequitur Parthenius. *Miletis, Phœbeia*, Ouidius. Miletum nanque nonnulli Apollinis filium credidere, vt ait interpres Apollonij.

C.

CACHINNVS, qui Virgilio Riſus ſolutus dicitur. *Dulcis*, Lucretius.

CACVMEN, *altum*. Virgilius. *Summum, ſublime, acutum*, Ouidius.

CACVS Vulcani filius, de quo longum Maronis, Propert. Ouid. carmen, itemque latè Dionyſius Halicarnaſſ. *Semihomo, ſemiferus, fur*, Virg. *Monſtrum horrendum, ferox, ferus*, Ouid.

CADAVER, *rancidum, tetrum*, Lucretius. *informe*, Virgilius. *Turpe*, Ouid.

CADMVS, ex Agenore, vt Diodorus, vt alij ex Phœnice natus. Pherecydes tradit Agenorem Neptuni filium Damno Beli filiam vxorem habuiſſe, & ex ea Phœnicem, Iſæam, & Meliam ſuſtuliſſe. Iſæam AEgypto, Meliam Danao nupſiſſe. Agenorem verò ex Argiopa Nili fluminis filia Cadmum procreauiſſe: Cadmus verò Harmoniam Venere & Marte genitam in matrimonium ſibi coniunxit, eique monile aureum, & alia complura dona Dij attulere. authores Theognis, Pindarus in Pythiis, Heſiodus, Euripides. Pauſanias in Bœoticis, Diodorus Siculus. *Agenorides*, Agenore natus: ex Agenore nati ſunt Cadmus, Thaſus, Cepheus, Cilix, à quo Cilicia, Phœnix, à quo Phœnice, Europa, Phineus. *Sidonius*, à Sidone vrbe Pheniciæ. Porro Cadmum ex Phœnicia aduexiſſe literas, primumque græcam linguam inueniſſe, ac rebus dediſſe nomina ſatis liquet

ex Diodoro Siculo, Plinio. *Hyantius, exul*, Ouid.

CADVCEVS virga Mercurij qua pax ſignificabatur: cuius originem ita enarrat Hyginus. Alij autem dicunt Mercurium quum primum lyram feciſſet in Cyllene monte Arcadiæ ſeptem chordas inſtituiſſe ad Atlantidum numerum, quod Maia vna ex illarum numero eſſet, quæ Mercurij eſt mater. Deinde poſtea quum Apollinis boues abegiſſet, deprehenſus ab eo, quo ſibi faciliùs ignoſceret, petenti Apollini vt liceret ſibi ſe dicere inueniſſe lyram, conceſſit, & ab eo virgulam quandam muneri accepit, quam manu tenens Mercurius quum proficiſceretur in Arcadiam, & vidiſſet duos dracones inter ſe coniuncto corpore alium alium appetere, vt qui dimicare inter ſe viderentur, virgulam inter vtrumque proiecit: itaque diſceſſerunt. quo facto eam virgulam pacis cauſa dixit eſſe conſtitutam. Nonnulli etiã quum faciunt Caduceos, duos dracones implicatos virgula faciunt: quod initium Mercurio fuerit pacis. Eius exemplo & Athlete in reliquis eiuſmodi certationibus virgula vtuntur. hæc Hyginus. *Virga aurea*, Horatius. *Virga ſomnifera, virga potens*, Ouidius ex Odiſſeæ vltimo.

CADVCVS. *fragilis*, Ouid.

CAELVM, *lucidum, immenſum, profundum, magnum, altum, æternũ, patens*, Lucretius. *Dîum, apertum, ſuperum, clarum, regnum ſuperum, hudum, ſupera alta, ſtellans, ſummum, aureum, ſupera ardua, orbis ætherius, ætherium, omnipotens, ſedes ſiderea, Deûm domus alta, ſedes ſupera, ſedes aeria*, Virgilius. *Domus aeria, domus fulgens, arces igneæ, ſedes lucida, colendum*, Horatius. *Purum*, Tibullus. *Domus ætheria*, Propertius. *Liquidum, connexum, ſerenum, fulgens, vaſtum, orbis velox, varium, ingens, ſedes ætheria, longum, decliue, ſidereum, arx ſiderea, cliuoſum, pendens*, Ouidius.

CAEDES, *infanda*, Virgil. *Impia*, Horat. *Sæua, dira, ſu'ialis, acris, fera, ſanguinea*, Ouid.

CAENEVS, vir inuulnerabilis, Elati filius, Lapitharum rex, quem concertauiſſe cum Apolline, ab eoque ſuperatum accepimus ex Apollonij interprete, qui adiicit huic morem fuiſſe vt prætereuntes per haſtam ſuam iurare iuberet. inde natum adagium. Cænei haſta. *Proles Elateia, Elateius, Perrhæbus, validus, Lapithææ gloria gentis, Phylleus iuuenis*. Eſt enim Phyllus quæ & Phyllos Theſſaliæ vrbs. Stephanus, Strabo. *Atra ides*, Ouid.

Ouid. Atrax Theſſaliæ oppidum, Plin. Strabone, Atraces quoque Aetoliæ populi, à quibus Atrax amnis Ionio mari infunditur. author Plin. Atraces Ptolemæus & Steph. in Theſſalia conſtituunt quibus nomen dedit Atrax Penei amnis filius ex Bora nympha ſuſceptus. vt ait Euſtathius in Dionyſ. Afrum.

CAESTVS, *crudus, durus*, Virg.

CAICVS Myſiæ flumen, cui antea Aſtræo nomeǫ fuit, ab Aſtræo Neptuni filio, cum prius Adurus diceretur, poſtremo Caicus à Caico Mercurij & Ocythoes filio, vt ait Plutarchus, Pſi. ſupra Aeolida, inquit, & partem Troiadis in Mediterraneo eſt quæ vocatur Teuthrania, quam Myſi antiquitus tenuere. Ibi Caicus amnis iam dictus oritur. Adhæc Strabo ita ſcribit. Inter Eleam, Pitanam, Ataneum & Pergamum eſt Teuthrania diſtans à qualibet harum citra Caicum ſupra ſtadia 75. Teuthras Cilicũ & Myſorum rex memoratur. Euripides dicit Augen ab Aleo patre, cum ab Hercule corrupta deprehenderetur in vrna quadam cum Telepho filio impoſitam, & in mari demerſam eſſe, ſed Palladis prouidentia vrnam ad Caici oſtia trãſmiſſam euaſiſſe, Teuthantem cum eos excepiſſet Augen in vxorem, Thelephum etiã pro filio habuiſſe. quæ cum fabuloſa ſint, aliam profecto cauſam fuiſſe par eſt: Quamobrem Herculis filia cum Myſorum rege congreſſa fuerit, quique ex ea natus eſt regno ſucceſſerit, creditũ eſt Teuthrantem & Thelephum regioni imperaſſe quæ Teuthraniæ & Caico proxima eſt. hæc Strab. *Myſus*, Virg. *Teuthranteus*, Ouid. Eſt & Teuthras Myſiæ mons à Teuthrante rege, qui Dianæ ira in caprum conuerſus eſt, antea Thraſyllus dictus ex Stobœo, Plut.

CAIETA Aeneæ nutrix, quæ Caietæ vrbi nomen dedit, quæ quondã ſinus erat, quẽ Caiatan Lacones vocant: ſtadiorum autẽ centum longitudinẽ habet, à Tarracina vſque in eiuſdẽ nominis promontorium inchoãs. Strab. Plin. *Aeneia nutrix*, Virg.

CALAIS, & Zetes Borea, & Orithyia nati, vt author eſt Simonides in Naumachia: quos Ouid. alatos canit ex Pindaro in Pythiis Καὶ γὰρ ἑκὼν θυμῷ γελανεῖ ἐν τυεν βασιλεὺς ἀνέμων. ζήταν κάλαιντε παλὴρ βορέας πλεροῖσι νῶτα πεφρίκοντας ἄμφω πορφυρέοις. *Aquilonia proles, genus Orithyiæ*, Propert. *Aquilone creati*, Ouid.

CALATHVS, & Calathiſcus, quo verbo & Menãder vſus eſt,

eſt,& Caniſtrum. *Virgatus*,Catul. *Raſilis,patulus,leuis*,Ouid.

CALAMVS, *leuis*,Virg. *paluſtris*,Ouid.

CALABRIA Italiæ regio poſt Lucaniam ſita,Plin.Strabo: *æſtuoſa*, Horat.

CALAVREA parua inſula non longè à Creta, à Calauro Neptuni filio cognominata. alio nominę Erene dicta. morte Demoſthenis inſignis, alias ignobilis. Hanc primus Neptunus poſſedit pro Delo commutatione facta cum Latona, ſicut Tænarum pro Pythone,vt in prouerbium res abierit,vel permutationis vel actionis eius quæ præſcriptis verbis fit. Do vt des. Plin. Mela, Strab. Ptolemæus, Steph. Plutarch. Pauſan. in Corinthiacis,Apollonij int. *Latois*,Ouid.

CALCHAS vates Græcorum in bello Troiano, Theſtore Idmonis vatis, & Laothoes filio natus, vt Apollonij interpres. vt Lycophronis,Aglaia & Apolline. *Theſtorides, veri prouidus augur*, Ouid.

CALENDAE, *feſtæ*,Tibul.

CALIGO, *craſſa,terribilis,cæca*,Lucret. *picea,humida, atra*, Virg. *ſpiſſa,opaca*, Ouid.

CALLISTO Lycaonis Arcadum regis filia,in vrſam cōuerſa:& ab amatore Ioue inter ſidera collocata. quæ Vrſa maior dicitur. Callimachus, Hyginus,Ouid. Fuit & Calliſto Vlyſſis filia,quam alij Phacem vocant. Mnaſeas & Lyſimachus.*Lycaonia*. Catull. *Nonacrina, Parrhaſis,Erymanthis, Lycaonis, virgo Tegeæa,parrhaſia virgo*. Ouid.

CALLIOPE prima muſarum, à vocis ſuauitate dicta, ex qua Oeagrus Orpheum, & Cymothoona ſuſcepit. Lycophronis interp. Diod. *Requies hominum,diuumque voluptas*,Lucr.

CALLIMACHVS poeta, qui primas in Elegia tenuit. Battum Cyrenæ conditorem progenitorem habuit, vt ipſemet ſcribit. Fuit autem ex Cyrene quàm Theræi condidere, qui ex Laconica profecti Theram inſulam coluerunt: nam Thera olim Calliſte dicebatur:vt Callimachus his verſibus teſtatur:

Nomine Calliſte primum, ſed poſtmodo Thera
Dicta fuit tellus vrbis origo meæ.

Is autem non ſolum poeta, ſed etiam inſignis grammaticus ab Aegypti regibus in honore habitus eſt. author Strab. *Battiades*, Catul. *Cyreneus*, Proper.

CALLISTHENES philoſophus Ariſtotelis ex ſorore nepos,

pos, Alexandri magni comes, qui cum ferre regis inſolentiam non poſſet, qui ſibi Ammonem patrem aſſereret, in odium eius incidens, tanquam coniurationis Macedonicæ concitator, inedia mori coactus eſt, caueæ cum cane incluſus, & ad ludibrium diu geſtatus, illi verò hiſtoria de Alexandri rebus geſtis conſcripta parum profuit, Cic. Senec. Iuſtinus. *Non profectura conditor hiſtoriæ*, Ouid.

CALLIS, *anguſtus*, Virg.

CALLIRHOE Acheloi filia, de qua ſuperius ſatis diximus. *Acheloia*, Ouid.

CALOR, *aridus, feruidus*, Horat.

CALTHA flos violæ Luteæ proxima, concolori amplitudine: vincit numero foliorum marinam quinque folia non excedentem. Eadem odore ſuperatur. Eſt enim grauis. Caltha. author Plin. Non deſunt tamen viri doctiſſimi qui Calcham nō Caltham dicendum velint, ex Athenæo, Alcmane poeta, Nicandri interprete, Photione grammatico. Suida, Etymologico. Eſt autem Calcha apud eos tingendis purpuris accommoda: vnde & eodem vocabulo Purpura ipſa appellatur. *Luteola*. Virg.

CALVVS poeta & orator, qui, authore Seneca, diu cum Cicerone iniquiſſimam litem de principatu eloquentiæ habuit. Violentus accuſator, & concitatus fuit. Carmina quoque eius, quamuis iocoſa fuerint, plena tamen fuere ingentis animi. Calui meminit Cicero in Bruto, & Tranquillus in C. Cæſare. Amauit autem Quintiliam de qua ſcripſit Elegias. eiuſque etiam mortem carmine elegantiſſimo defleuit, vt ſatis conſtat ex Catullo, Propertio. *Doctus*, Propertius. *Exiguus*, Ouidius, vel propter operis exiguitatem, vel quia, vt ait Seneca, ſtatura puſillus fuit.

CALYDON Aetoliæ vrbs, à Calydone Endymionis, vel. Aetoli, vel, vt alij, Pleuronis filio. cum eiuſdem nominis monte, cui Calydon Martis & Aſtynomes filius, propterea quod Dianam ſe lauantem vidiſſet in ſaxum conuerſus nomen dedit, cū antea Gyrus diceretur. Plutarch. Steph. Hom. interp. *Antiqua*, *pulchra*, Virg. *alta*, Ouid.

CALYDNA vna ex duabus Calydnis, hoc eſt, Sporadibus inſulis, nam altera Leros eſt. Sunt autem circa Rhodum. Plinius, Strabo. Repetuntur tamen à Plinio Calydnæ in Aſia. itemque à Strabone duæ prope Tenedum conſtituuntur, aliæ omnino

ab

ab his quæ circa Rhodum redduntur. *Fœcunda melle*, Calymnium mel Euſtathius & Plinius præcipuè laudant. *Siluis vmbroſa*, Ouidius.

CALYPSO Atlante, vt Homero placet, vt Heſiodo, Oceano, & Tethy procreata. *Pulchra, æquorea*, Ouid. Vt enim ſcribit Homerus in Odyſſea, Calypſo in inſula Ogygia, quæ & AEæa Pomponio Melæ, regnauit. quæ Vlyſſem naufragum hoſpitio ſuſcepit, cuius contubernio diuiſſimè oblectata, tandem voluntati Iouis obtemperare coacta eſt, iubentis per Mercurium vt Vlyſſem in Ithacam patriam reuerti ſineret.

CAMARINA Siciliæ vrbs, quondam Syracuſanorum colonia, Straboni, & eiuſdem nominis palus iuxta vrbem, quæ cũ olim ſiccata peſtilentiam creaſſet, conſuluerunt oraculum, an penitus eam deſiccare præſtaret, vetuit. at illi exſiccarunt, & ceſſauit quidem peſtilentia, ſed per eam ingreſsis hoſtibus pœnas dedere. inde natum adagium. Camarinam mouere. hoc eſt ſibi ipſi malum accerſere. Suidas, Seruius. *Fatis nunquam conceſſa moueri*, Virg.

CAMELOPARDALIS animal ex Camelo & Panthera, quam Græci pardalim vocant, compoſitum. Collo ſimilis equo, pedibus & cruribus boui, camelo capite, colore maculoſo ceu panthera maculis albis rutilum colorem diſtinguentibus. Dictatoris Cæſaris Circenſibus primùm viſa Romæ, authores Heliod. Dion, Varro, Plinius, Solinus, Iulius Capitolinus.

Diuerſum confuſa genus panthera camelo. Horat.

CAMILLVS Romanus, qui à Gallis ſublata ſigna recuperauit. Liuius. *Magnus*. Virg.

CAMILLA Maronis carmine celeberrima. *Bellatrix, horrenda, Amazon, pharetrata, dia, velox, venatrix*, Virg.

CAMPANIA Italiæ regio feliciſſima, Plinius, Strab. *Pinguis*, Propertius.

CAMPI, *virentes, plani*, Lucretius. *Lati, aperti*, Virgilius *Herboſi*, Horat.

CANACE Aeoli & Cleopatræ, vt alij Amphiteæ filia, Diodor. Plutarch. Ouid. *Aeolis*, Ouid.

CANCER, *rubens*, Virg.

CANCER ſidus, Iunonis beneficio inter aſtra collocatus, qui quum Hercules contra Hydram Lernæam conſtitiſſet, ex palude pedem eius mordicus arripuit, qua de re Herculem permotum

permotum cum interfeciſſe ferunt, Iunonem autem inter ſidera conſtituiſſe vt eſſet cum duodecim ſignis quæ maximè ſolis curſu continentur. In eius deformationis parte ſunt quidam qui Aſini appellantur, à Libero in teſta Cancri duabus ſtellis figurati. Fabellam habes apud Hyginum. *Obſipes*. Propertius. *Littoreus*, Ouidius.

CANDOR, *marmoreus, clarus*, Lucret. *Niualis*, Virgilius. *Niueus*, Ouidius.

CANTABRI populi in Hiſpania Tarraconenſi ad Oceanum, vt docet Ptolemæus. Eos autem, & vicinas illis gentes quæ latrocinia exercebāt Auguſtus oppreſſit, vt ſcribit Strabo, Suetonius quoque de Auguſto ait. Æterna bella duo omnino per ſe geſſit. Dalmaticum adoleſcens adhuc, & Antonio deuicto Cantabricum. *Bellicoſi*, Horat.

CANES, *leuiſomna corda, fidi*. Lucret. *Gallicani*, Catull. de quibus ita Gratius canit.

Magnaque diuerſos extollit gloria Celtas.

Vmbri, viuidi, Amyclæi. Virgil. hoc eſt Laconici. Nam vt ait Varro. Item videndum vt boni ſeminij ſint. Itaque à regionibus appellantur *Lacones, Epirotici, Salentini*. Laconicos canes Plinius quoque & Nemeſianus poeta commendant. *Fideles, vigiles*. Horat. *Celeres*. Tib. *Audaces, Sæui, vocales*. Propert. *Acres, ſolliciti, auidi, tutela Dianæ, turba Diania, rapidi, ſedula turba, ſagaces, Gallici, Mænalij*. Ouidius.

CANIS vnus ex talis, *damnoſus*. Propert. Itemque ab Ouidio, & Perſio damnoſa Canicula: iactus enim in talis damnoſus canis vocabatur, ſicut contrà fœlix, Senio, Venus, Hercules baſilicus, apud Perſium, Plautum, Suetonium.

CANIS ſidus, quem Homerus Orionis, aliis Iſidis, aliij Europæ, deinde Procridis Cephali vxoris, nonnulli Icari Mœram nomine, veluti Eratoſthenes canem eſſe dixerunt. Hic canis in lingua ſtellam vnam habet, quæ & ipſa Canis appellatur. in capite autem alteram quam Iſis ſuo nomine ſtatuiſſe exiſtimatur, & Sirion appellaſſe propter flammæ ardorem, quod eiuſmodi ſit vt præter cæteras lucere videatur. itaque quo magis eam cognoſcerent Sirion appellaſſe. σειριάω enim græcis eſt, luceo, & ſicco. lege Hyginum. *Æſtifer*, Virgilius. *Æſtiuus, calidus*. Tibullus. *Icarius, Sidereus, Erigoneius*, Ouidius. Non re abfuerit Icarij canis fabellam ex Hygino referre. quia

& Ouidij ſenſus colligitur, itemque Propertij carminum, quum ait.

Icare Cecropiis merito iugulate colonis
Pampineus noſti quam ſit amarus odor.

Nonnulli tradiderunt Icarum quum à Libero patre vinum accepiſſet ſtatim vtres plenos in plauſtrum impoſuiſſe, hac re etiã Booten appellatum, qui quum perambulans Atticorum fines paſtoribus oſtenderet, nonnulli eorum auiditate pleni noue genere potus inducti ſomno conſopiuntur, atque vt alij aliã ſe in partem reiiciunt vt ſemimortua membra iactantes, alia ac decebat loquebantur, reliqui eorum arbitrati venenum ab Icaro datum paſtoribus, vt eorum pecora abigeret in ſuos fines, Icarum interfectum in puteum deiecerunt: ſed vt alij demonſtrant ſecundum arborem defoderunt. qui autem dormierant experrecti quum ſe nunquam melius quieuiſſe faterentur, ac requirerent Icarum vt pro beneficio munerarent, interfectores eius animi conſcientia permoti, ſtatim ſe fugæ mandauerunt: & in inſulam AEtolorum peruenerunt, à quibus vt hoſpites recepti domicilia ſibi conſtituerunt. At Erigone Icari filia permota deſiderio patris quum eum non redire videret, ac perſequi eum conaretur, canis Icari, cui Mœra fuerat nomen, vlulans vt obitum domini lacrimare videretur redit ad Erigonem, cui non minimam cogitatæ mortis ſuſpitionem oſtendit. neque enim puella timida ſuſpicari debebat niſi patrem interfectum, qui tot dies ac menſes abeſſet. at canis veſtem eius tenens dentibus perducit ad cadauer quod filia ſimulac vidit deſperata ſpe, ſolitudine, ac pauperie oppreſſa, multis miſerata lacrimis in eadẽ arbore ſub qua parens ſepultus videbatur ſuſpendio mortem ſibi conſciuit. Cui mortuæ canis ſpiritu ſuo parentauit.

CANICVLA ſidus, quæ ante maiorem canem exoriri videtur: & à nonnullis Orionis eſſe exiſtimatur, hac etiam de cauſa Procyon, hoc eſt Antecanis, vt Cicero interpretatur, appellata, ſed iiſdem hiſtoriis quibus ſuperior canis annumeratur. hæc ex Hygino. *Flagrans, atrox.* Horatius. *Sitiens*, Ouid.

CANOPVS vrbs AEgypti, centum & viginti ſtadiis diſtãs ab Alexandria iis qui pedibus iter faciunt. In ea erat Serapidis templum & cultu & religione excellens. E ſeptem præterea Nili oſtiis præcipuè Canopico hoſtio vtebantur AEgyptij tanquam Emporio occluſis Alexandriæ portubus. Nomen accepit

à Cano-

à Canopo Menelai gubernatore, qui quum ad Nili fluminis ripam arctè dormitaret, Hemorrhoidis ſerpentis morſu exanimatus eſt, Strabo, Mela, Nicandri interpres. Eſt & Canopus ſideris nomen clarius cæteris lucens infra fluuium cæleſtem: quem alij Eridanum, nonnulli Nilum eſſe autumant, ex Hygino, Plinio, Strabone. *Pellæus*, Virg. Nam, vt ait Solinus, Canopus vrbs ab Alexandro condita eſt, qui fuit ex Pella Macedoniæ vrbe, quam maximè illuſtrem, vt verbis Melæ vtar, alumni effecerunt, Philippus Græciæ domitor, Alexander etiam Aſiæ. *Inceſtus*. Propert. Inceſtum Canopum appellat, quia laſciui & molles fuerūt Canopitæ. Nam, vt ſcribit Strabo, Canopi erat foſſa die ac nocte nauiculis plena virorum ac mulierum impudenter canēnū, ac ſaltantium cum omni luxu, quod Canopiticæ luxuriæ ſignū eſt. Hinc ait Varro. Nobis ſapere videmur cum ſimus Canopitici. *Genialia arua*, Ouidius.

CANENS Iani filia, Pici vxor, quæ erepti coniugis dolore abſumpta loco nomen dedit apud Ouidium. *Ianigena*, Ouid.

CANITIES, *moroſa*, *rarida*. Horat. *alba*. Ouidius.

CANI, *honorati*, Ouidius.

CANNA, *paluſtris*, *tremula*, *longa*, *leuis*, Ouidius.

CANTIO, *valens*, Horatius.

CAPANEVS Hipponi filius ex Aſtynome Talai filia Adraſti ſorore, qui quoniam contra Iouis voluntatem Thebas ſe capturum diceret, cum murum aſcēderet fulmine eſt percuſſus ad portam Electræ quæ plateam ſpectat ciuitatem. Philoſtratus, Pauſ. niat. Hyginus. *Temerarius*, Ouidius.

CAPRAE & Gapellæ, *barbigeræ*, Lucret. *Laſciuæ*, *ſimæ*, *hirtæ*, Virg. *Olidæ*, Horat. *Graciles*, Ouidius.

CAPREA, *ſequax*, Virg. *Laſciua*, Horatius. *Fugax*, *imbellis*, Ouidius.

CAPRA ſydus, quæ Ophiuchi humero ſiniſtro inſtare, cuiuſque in manu ſiniſtra Hedi formati videntur. hāc Oleno Vulcani filio natam tradunt, à quo Olenus Achaiæ vrbs, Iouiſque nutricem fuiſſe, alij Nympham, alij Capram Amaltheam nomine prodiderunt, quæ Iouem educarit, ob idque inter ſydera collocatam, Hyginus, & Germanicus Cæſar, Arati & Home. Interpres. *Olenia*, *pluuialis*, Ouidius.

CAPER, *vir gregis*, Virg. *Olens*, *libidinoſus*. Horat: *Biformis*, *immundus*, Ouidius.

CAPREAE, maritima Campaniæ ciuitas à Surrento octo millia paſſuum diſtantes, Tiberij principis arce nobiles, circuitu 40. millia paſſ. Olim Capreatum duo oppidula fuerant, nunc vnum. Strab. Plin. *Teleboum regna*, Virgil. Teleboæ populi qui primi Acarnaniam tenuerunt, dicti à Teleboæ Pterela filio, Taphij fratre, vt alij malunt. ex Pterela Teleboæ filio nati ſunt Teleboæ. qui Capreas tenuerunt, ex Apollonij interp. Statio, Silio Italico, Seruio, Steph. Strabone.

CAPRICORNVS ſidus, qui & AEgoceros dicitur, quem nonnulli Pana, Deum eſſe autumant, ob eam cauſam ab Ioue inter ſidera relatum, quod Dij ſe in varias ferarum formas, vt Typhoeum ſiue Typhonem facilius deciperent, Panos monitu conuertiſſent. quod Pan ſe in Capram per id temporis transformaſſet, quare & AEgoceros & AEgipan appellatus eſt. hæc & alia apud Hyginum. Germ. Cæſ. & Arati interpret. *Tyrannus Heſperiæ vndæ*, Horat. vel quia ad occaſum ſpectat authore Hygin. vel quia cùm occidit magnis tempeſtatibus in mari ſæuit.

CAPISTRVM. *ferratum*, Virg.

CAPILLI, *nitidi, flauentes, flaui*, Virg, Vagi, *longi*, Ouid. Cæterum capilli libertatis indicium ſunt, quare Græci ſeruis comam tondebant, vt ait interp. Rhetoricæ Ariſto.

CAPVT, *altum*, Virg.

CAPITOLIVM, mons Romæ, dictum quod hic quum fundamenta foderentur ædis Iouis, caput hominis nomine Toli inuentum dicitur. hic mons antè Tarpeius dictus, à virgine Veſtali Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata armis, & ſepulta eius nominis monumentum relictum, quod etiam nunc eius rupes Tarpeium appellatur ſaxum. Hunc antea montem Saturnium appellatum prodiderunt, & ab eo latè Saturniam terram author Varro & Arnobius ex Sammonico. Fabio, Granioq; Liciniano. *Altum, aureum, celſum, immobile ſaxum*, Virg. *Fulgens*, Horat.

CAPHARAEVS, mons Euboeæ, apud quem Nauplius, Neptuno, vt ait Apollonius, & Amymone Danai filia genitus, in vltionem Palamedis filij naues Græcorum grauiſſimo naufragio interire compulit. nam eleuata facula ſignũ dedit ex Caphareo promontorio Græcis naufragio laborantibus: qui credentes ignes indicare portum tutiſſimum inter aſperrimos ſcopulos naufragium fecere. Homer. Callimach. in Aetiis. Solinus ſcribit Caphareum promontorium prominere in Helleſpontũ, vbi poſt

poſt Ilij excidium Argiuam claſſem vel Mineruæ ira, vel, quod certior prodit hiſtoria, Sidus Arcturi grauibus affecit caſibus. *Vltor*, Virg. *importunus*, Ouid.

CAPVA primaria vrbs Campaniæ, dicta à Capy Troiano. Strabo, Plin. Virg. *Diues, vrbs Campana*, Virg.

CARDVVS herba vulgo nota, olim tam celebris vt Carthagini in Hiſpania Cordubæq́ue ſeſtertia ſena millia redderet. ita aliquando in ganeam vertimus ea quoque quæ à feris non tanguntur, Plin. *Segnis*, Virg.

CARBASVS, *tenuis*, Virg. *alba*, Proper.

CARCER, *cæcus*, Virg. *obſcurus, mæſtus, ſollicitus, ſqualidus* (Ouid.

CARYCA, *rugoſa*, Ouid.

CARIES, *tenera*, Ouid.

CAREX, *acuta*, Virg.

CARINA, *panda*, Virgil.

CARMEN, *verſus Pierium, Phœbeum, ſuauiloquum, politum, ſuauidicum*. Lucre. *Fœtus dulcis Muſarum*, Catul. *Diuinum, lætum*, Virg. *canorum*, Hor. *Doctum*, Tibul. *vocale*, Ouid.

CARMENTIS Ionij Arcadum regis filia, quæ & Nicoſtrata, & Themis dicta eſt. Euandri item regis mater, vateſque inſignis, quæ ventura eſſent populo Romano ſolita carmine prædicere. Plutar. Dionyſius Halicarnaſ. Eam Strabo ſcribit à Romanis vtpote vnam è nympharum numero miro honore coli ſolitam. Ex quo Virgil. Carmentim nympham appellat. Præterea A. Gellius Carmentas duas fuiſſe tradit; alteram Proſam, alteram Poſtuertam *Vates fatidica, ſanctiſſima*, Virg. *Dea Arcadia, ſacra, docta, Parrhaſis, Tegeæa, Mænalis*, Ouid.

CARTHAGO Libyæ vrbs, alterum poſt vrbem Romam terrarum decus, quæ à Scipione Africano poſt annos ſeptingentos triginta ſeptem quàm fuerat extructa, vt Solino placet, euerſa eſt. Phœnices eam condidere Didone duce ex Tyro profecti. Strabo, Mela, Liuius. Hæc Byrſa quoque dicta eſt, cuius nominis rationem Virg. aſſignat. *Antiqua diues opum, ſtudiiſque aſperrima belli, vrbs Agenoris*, ab Agenore Phœnicum rege. *Tyria* à Tyro, ex qua, vt diximus, Phœnices profecti eam condiderunt. *Sidonia, alta, Libyca*, Virg. *Magna, impia, inuida*, Horat.

CARTHAGINENSES, *Pœni*, Lucret. *Feroces, genus intractabile bello, Tyrij, bilingues, Sidonij*, Virg. *Perfidi*, Ouid.

CARNVTI populi inter Celtas Andegauẽſib. Turonibuſque

que finitimi. Cæſar, Ptolemæus. *Flaui*, Tibul.

CASA, *humilis*, Virg. *parua*, Tibul. *Graminea, putris, immunda*, Prop. *exigua, contecta ſtramine, frondea*, Ouid.

CASEVS, *pinguis*, Virg. *candidus*, Tibul.

CASIA herba, cuius duo genera, alia enim candida, alia nigra: candida magis ſe humi ſpargit, odorataque eſt: nigra odore caret. Ambæ florent poſt æquinoctium autumni: & multum denique temporis florent. Theophraſtus. Plinius adiicit Caſiæ auidiſſimas eſſe apes. Eſt & Caſia frutex, de quo Plinius, Dioſcorides. *Suauis*, Virg.

CASTALIA fons Bœotiæ in Pythone dulciſſimus, cui nomen dedit mulier quædam indigena. vel, vt quibuſdam placet, vir Caſtalius nomine. author Pauſanias. Panyaſis in Heraclea Caſtaliam Acheloi filiam canit his verſibus,

Παρνησὸν νιφόεντα θοοῖς διὰ ποσὶ περήσας
ἵκετο κασαλίης ἀχελωίδος ἄμβροτον ὕδωρ.

Alexus poeta Caſtaliam ex Cephiſo deriuari tradit. Strab. verò ſcribit Caſtaliam fontem eſſe in Parnaſſo, ad cuius fontis fines Delphi vrbs locata erat ipſius Strabonis tempore. Itemque Probus adiicit, Caſtaliam fontem eſſe Delphis in Apollinis oraculo qui abluebat ipſam Dei aram. *Pura*, Horat.

CASSIS, & Caſſida apud Virgilium & Propertium, *criſtata*, Ouidius.

CASTANEAE à Caſtanæa Theſſaliæ vrbe, vel vt alij Põti, vbi maximè proueniunt, vt nonnulli à Caſtano Magneſiæ oppido. Nicandri interp. *Molles, hirſutæ*, Virg.

CASTRA, *horrida*, Virgilius. *ſignis fulgentia*, Horat. *Martia*, Tibullus.

CASVS, *dubius*, Cat. *durus*, Virg.

CASSANDRA Priami & Hecubæ filia, quam vno tempore cum Heleno fratre vatem euaſiſſe ſcribit Anticlides. Eam Aiax Oilei in templo Mineruæ violauit. Ex quo Minerua Græcorum claſſem fulmine ab Ioue accepto apud Euboeam percuſſit, & grauiſſimum pati naufragium compulit, Aiax verò prope Gyradas petras extinctus à Thetide ſepultus eſt. Caſſandram demum Clytæmneſtra occidit. ex authorib. Callimacho in Aetiis & Euripide in Troiadibus & Athenæo. *Priameia virgo*, Virgil. *Ilia Mænas*, *vates Pergamea*, *Phœbas*, Propertius. *Antiſtita Phœbi*, Ouidius.

CASTOR

CASTOR, & Pollux Tyndarei, & Ledæ filij, vt Homerus, vt Heſiodus Iouis & Ledæ. Pindarus verò ſcribit Pollucem ex Ioue, Caſtorem ex Tyndaræo genitum. quemadmodum Hercules ex Alcmena & Ioue, Iphiclus ex Amphytrione. Hos Epicharmus, & Pindarus in Pythiis tradunt ſaltationem armatam primùm excogitaſſe. In Ponto præcipuè coluntur, vt ait Strabo. & Occidens eos plurimum veneratur, vt ſcribit Diodorus. prætereà ſciendum Caſtorem mortalem natum, Pollucem verò immortalem, ſed Pollucis precibus ipſum quoque immortalitate donatum, authores Pindarus, & Lycophronis interpres. Hi & Anaces, & Epheſtij dicti ſunt, vt ait Theodoretus. *Pileati fratres*. Catull. Pilea, inquit Feſtus, Caſtori & Polluci dederunt antiqui quia Lacones fuerunt. quibus pileatis pugnare mos eſt. *Lucida ſidera* Hyginus ita ſcribit. Gemini, hos complures Aſtrologi Caſtorem & Pollucem eſſe dixerunt. quos demonſtrant omnium fratrum inter ſe amantiſſimos fuiſſe, quod neque de principatu contenderunt, neque vllam rem ſine communi conſilio gesſerunt, pro quibus officiis Iupiter inter notiſſima ſidera eos conſtituiſſe exiſtimatur: Neptunum autem pari conſilio muneraſſe. nam equos his quibus vtuntur donauit: & dedit poteſtatem naufragis ſaluti eſſe. *Fratres Helenæ*, *Ledæ pueri*, *Tyndaridæ*, à Tyndareo patre, Oebali filio vt Pauſanias ſcribit, ſiue Bali Perieus filij qui Balus Icarum quoque & Arnen, & ex Nicoſtrata Hippocoontem genuit. Euripidis int. *magni* Horatius. *Optati*. Propert. à naufragis ſcilicet, nam vt diximus naufragis ſaluti ſunt. quod & manifeſtius his verbis Plinius explicat. Vidi in nocturnis militum vigiliis inhærere pilis pro vallo fulgurum effigies. Eæ & antennis nauigantium, aliſque nauium partibus ceu vocali quodam ſono inſiſtunt, vt volucres ſedem ex ſede mutantes, graues quum ſolitariæ venere, mergenteſque nauigia: & ſi in carinæ ima deciderint exurentes. geminæ autem ſalutares, & proſperi curſus prænuntiæ. quarum aduentu fugari diram illam, ac minacem, appellatamque Helenam ferunt. Et ob id Polluci, & Caſtori id numen aſſignant: eoſque in mari deos inuocãt. Hominum quoque capita veſpertinis horis magno præſagio circumfulgent. Itemque Seneca. In magna, inquit, tempeſtate apparent quaſi ſtellæ velo inſidentes, adiuuarique ſe tunc, periclitantes exiſtimant Caſtoris & Pollucis numine. Huiuſ rei meminit Pauſanias, & Diodorus Siculus. Cæterum qui nau-

Vt primum tolli feralia viderat arma,
Intonſos rigidam in frontem deſcendere canos
Paſſus erat, miſeramque genis increſcere barbam.

Intonſus. Horatius, quanquam nō deſint qui de Catone maiore hoc intelligi velint. quia veteres propter ſeueritatem hirſuti erant. nam & non niſi poſt 454. annos vrbis Romæ tonſores fuerunt, ſed intonſi manebant, vnde intonſum & barbatum pro vetuſto, & priſco ponunt.

CATENA, *ſæua*, Horat. *Valida*, Tibullus. *Aerata, dura.* Prop. *Grauis*, Ouidius.

CATASTA, locus vbi ſerui venales cretatis pedibus exponebantur. Quod Plinius indicat quum de generibus terræ ſcribit. *Barbara*, Tibullus.

CATVLLVS poeta Veronenſis Olympiade centeſima ſeptuageſima tertia natus, anno antequam Criſpus Saluſtius hiſtoriarum ſcriptor in Sabinis Amiterni. Sextodecimo verò antequam Virgilius, vt ex Chronicis Euſebij colligimus. Ortus eſt Valerio patre honeſtæ conditionis viro, qui Iulij Cæſaris, vt Suetonius inquit, hoſpitio familiariter vſus eſt. Clodiam ſub nomine Lesbiæ, vt Apuleius author eſt, carminibus celebrauit. Mortuus eſt Romæ trigeſimo ætatis ſuæ anno, quo tempore Virgilius Cremonæ ſtudiis eruditur, vt Euſebius docet. *Doctus*, Tibull. *Laſciuus*, Ouidius.

CAVERNAE, *caua, curua, vmbroſa*, Virg. *Cæca*, Ouid.

CAVTES, *alta, dura. Marpeſia.* Virg. à Marpeſſo monte Pari inſulæ in quo lapides exſcinduntur. Stephan.

CAVCASVS omnium montium maximus, Indiam à Scythia diuidens, Steph Herod. Hunc Scythæ Graucaſum, hoc eſt niue candidum appellāt, ſi Plinio credimus. Caucaſus, à Caucaſo paſtore dictus eſt, quum antea Boreæ cubile diceretur, vt ait Plutarchus. *Horrens.* Virgilius. *Inhoſpitalis*, Horat. *Promethea iuga.* Propert. ob Prometheum ibi conſtrictum. *Rigidus*, Ouid.

CAVNVS Byblidis frater, à quo Caunus vrbs in Caria dicta eſt. Stephan. *Mæandrius*, à Mæandro Cyanæ matris patre. *Apollineus*. Ouid eadem ratione qua Byblis Phœbeia.

CAYSTER Lydiæ amnis, Plinius, Stephanus, Strabo. *Gygæus.* Propertius. Strabo ita ſcribit. Vrbi autem Sardiani planicies ſubiacet, & Cori, & Hermi & Cayſtri campi qui continui ſunt & camporum omnium optimi. 40. ſtadiis ab vrbe

lacus diſtat qui à poeta Gygæus appellatur, poſtea mutato nomine dictus eſt Colous, vbi Colbenæ Dianæ tēplum eſt, quod in religione maxima habetur. Hos campos Virgilius ex Homero *Aſia prata* appellat, hoc eſt Mæonia. Scepſius enim vt ait Strabo, Eſionenſes pro Aſionenſes Ionice proferri putat. Nam fortaſſe, inquit, Mæonia Aſia dicebatur. Vnde Homer. ait.

Aſia prata ſuper, circumque fluenta Cayſtri.

Interpres Homeri Lydiam ab Aſio Cotyis filio qui ei imperauit Aſiam dictam affirmat.

CEA inſula, quæ & Ceos, de qua ſupra meminimus, nunc illud adijcimus ex Strabone, Plinioque, Ceos quaternas vrbes continens, inde Tetrapolis vocitata eſt. Duæ vero reſtant, Carthea ſcilicet, & quam Iulidem appellant: ad quas reliquarum habitatores concurrerunt. Duæ interierunt Coreſſa, & Pœeſſa, hoc eſt herboſa. Ex Iulide Simonides cōdendorum author carminum duxit originem, necnon illius ex fratre nepos Bacchylides, & poſtea Eraſiſtratus medicus inſignis, & ex Peripateticorum ſecta philoſophorum Ariſto Bionis Boryſthenenſis æmulus. *Antiqua*, Ouidius.

CEBRENVS amnis in Troade, à quo Cebrenia regio magna ex parte campeſtris, quæ quodammōdo pariter cum Dardania progreditur, & eiuſdem nominis vrbs. Herodian. Didymus, Strab. Plin. *Magnum flumen*, Ouid.

CECROPS Athenarum rex, Pandionis, vel vt alij, Erechthei filius, ex Praxithea, vt quidam, terra genitus. Filium Eryſichthonem ſuſtulit ex Actæi Athenarum regis filia; filias verò Erſen, Aglauron, Pandroſon, vt ſcribunt Tzetzes, Pauſa. Apollon. int. adiicit Creuſam, Procrin, Orithyiam. Scamnon verò libro ſecundo de inuentoribus ſcribit Actæonem filias genuiſſe Aglauron, Erſen, Pandroſon, & Phœnicen, atque in eius memoriam ſempiternam Phœniceias literas denominaſſe, quanquam Lydi & Iones à Phœnice Agenoris filio earum inuentore dictas velint: Cretes autem quod in folijs palmarum, quæ Phœnices vocantur, ſcriberent. Præterea oppidum, vt inquit Plinius, Cecrops à ſe appellauit Cecropiam, quæ nunc eſt arx Athenis. *Geminus*, Nam, vt author eſt Charax, Cecrops Athenas ex AEgypti oppido Sai profectus eſt. Is græcorum conſuetudine, cū barbaros & inconditos mores emolliſſet, Gemini cognomē ū ſortitus eſt. vt contra Cadmus quum Thebis ob Lini cædem profu-

Digitized by Google

profugus in Illyricum conceſſiſſet, vt tradit Zenobius, verſus in anguem dicitur, quod à priſtina manſuetudine ad barbaram immanitatem deſciuit. Hanc verò de Cecrope opinionem quod laterum tenus homo in ſerpentem deſineret, in vulgus manaſſe Demoſthenes arbitratur, quoniam vbi conſulto opus erat, prudentia, vbi facto viribus & audacia præſtaret. Euſebius, quod vtraque lingua Græca Aegyptiaque commodè loqueretur. Alij cum Trogo, quoniam author connubij primus extiterit, quumque vaga prius Venere matres tantummodo mortales noſſent, inuentis nuptiis duplici quaſi natura maris & fœminæ homines conſtare ducuerit. Nonnulli quod ingenti corporis indole duorum ſimul hominum ſtaturam impleret. Huius ſepulchrum, vt ait Theodoretus ex Antiocho, in ipſa Athenarum arce ſitum erat iuxta Mineruam ciuitatis cuſtodem. *Rigidus*, Ouid. Audi Plutarchum de ſera numinis vindicta loquentem. Vnde & conuerſio dicta eſt quum quis à vitiis ſe auertit, ſanioreſque induit mores. Proinde ambiguè priſcos de Cecrope fabulatos arbitror, non vt aliqui aſſerunt, ex optimo rege crudelem & immitem factum eſſe tyrannum, ſed contra cum ſub initium moroſus ac terribilis fuiſſet, poſtea perquàm humanè & placidè imperaſſe.

CEDRVS arbor, vt inquit Dioſcorides, vna de magnis arboribus. De Cedro authores variant. Theophraſtus alteram Phœniciam, alteram Lyciam appellat, ſimiles Iunipero, niſi quod folium cedro acutum, ſpinoſum, & durum, Iunipero ſimplicius ac mollius, excelſior & hæc quàm cedrus. Alij vtramque cedrum, inquit nominant. Sed quæ propriè ſit cedrus acutam cedrum malunt, id eſt, Oxycedron. Cedro æterna materies, medulla rubens, odorata ſicut & fructus, qui & flauus, & magnitudine baccarum Myrti cernitur eſculentus hilariſque. Plin. cedri ſumma genera duo facit, maius & minus. minoris iterum duo. quæ floret fructum non fert, quæ fructifera eſt non floret, & in ea antecedentem fructum occupat nouus. Semen eius cupreſſo ſimile. Quidam Cedrelaten vocant. Ex hac reſina laudatiſſima. Minoris quoque ſpecies binæ, Lycia & Phœnicia. Iuniperi ſimilitudine differunt folio. nam quæ acutum, durum, ſpinoſumque habet, Oxycedros, inquit, appellatur, ramoſa & nodis infeſta, altera odore præſtat. Fructum ea ferunt Myrti amplitudine, dulcem ſapore. *Odorata, olens, vtile lignum domibus.* Virg.

bus. Virgilius. *Ardua*, Ouidius.

CELAENO vna ex Harpyis. *Dira, Furiarum maxima*, Virg.

CELAENAE vrbs Phrygiæ, cui nomen dedit Celænus Neptuno & Celæno Danai filia natus. Eodem nomine locus eſt Atticæ & Bœotiæ. Strab. Suidas. *Alta*, Ouid.

CELTIBERIA regio citerioris Hiſpaniæ, cuius nominis rationem hanc Diodorus attulit. Iberi quondam, Celtæque pro agris bello certantes pace demum conſtituta, communicataque inuicem patria quum mutua connubia permiſiſſent, dicuntur hac rerum communione id nomen ſortiti. Duæ igitur robuſtæ nationes in patria fertili coniunctæ effecere vt magnum eſſet Celtiberorum nomen. à Romanis poſtmodum certè multo poſt tempore bello cùm eis geſto vix tandem ſubiecti ſunt. Plura apud eundem de Celtiberis leges. itemque apud Plinium, Strabonem. *Cuniculoſa*, Catul. Strabo enim docet maximam cuniculorum copiam in Hiſpania eſſe, qui Lepuſculi etiã vocantur. adeo vt M. Varro à Cuniculis oppidum in Hiſpania ſuffoſſum, atteſtetur.

CENCHREAE, ſiue Cenchræ Ouidio, Corinthiorum nauale ad orientem ſpectans, alter terminus alter. Nam primus Lechea dicitur, longo & ancipiti nauium accubitu, quas magnitudo plauſtris tranſuehi prohibet. Pauſan. Ptolem. Strabo, Plin. *Corinthiaca*, Ouid.

CENTAVRI Ixione & Nebula geniti. Lucianus, Diodor. Palæphatus, Pindarus in Pythiis. *Fœdi*, Lucret. *Nubigenæ, bimembres*, Virg. *Sæui, Ixione nati, ſemihomines, ambigui viri, populus biformis, homines quadrupedes, Semimares*, Ouid.

CENTAVREON maius herba, qua curatus dicitur Chiron centaurus quum Herculis exceptus hoſpitio pertractanti arma ſagitta excidiſſet in pedẽ. vnde centaureon, & à nonnullis Chironion appellatur. folia ſunt lata & oblõga ſerrata ambitu, denſa ab radice, caules trium cubitorum geniculati. In iis capita ceu papauerum, radix vaſta, rubeſcens, tenera, fragiliſque ad bina cubita madida, ſucco amara, cum quadam dulcedine. Naſcitur in collibus pingui ſolo. Laudatiſſima in Arcadia, Elide, Meſſenia, Pholoe, Lycæo, Smyrna, atque in alpibus, pluribuſque locis in Lycia. Plinius, Dioſcorides. *Triſte*, Lucret. *Graueolẽs*, Virg.

CENSOR, *rigidus*, Ouidius.

CEPHEVS Aethiopum rex, Io Inachi filia, & Agenore editus,

editus, ex quo Iaſides ab Arato dicitur, vt eius att interpres. Pauſanias vero in Corinthiacis ſcribit ex Argo Piraſum, & Phorbantem, Phorbante Triopam, Triopa Iaſum, & Agenorē, & Io, quam alij Inachi filiam dixere, genitos. Euripides Cepheum Phœnicis filium canit. ipſum quoque Cepheum inter ſidera ſuperiores humerauere. Hyginus. *Andromedes pater*. Horat.

CEPHALVS Deioneo, qui & Deion, AEoli filio natus, tametſi Seruius Cephalū AEoli filium dicat, Hyginus Mercurio, & Creuſa Erechthei filia natum ſcribit, qui geminas habuit vxores Procrin, & Clymenen Orchomeni filiam, ex qua Iphiclum genuit. Suſtulit quoque ex Aurora Phaethontem, quem Venus raptum in templo collocauit, & Aoum à quo Aōium mons. Strab. Pauſ. in Phocicis. Suid. Heſiod. Etym. *AEolides, proles Cyllenia*. Ouid. quæ quidem duo Epitheta nonnulli non obſcuri nominis viri immutanda non ſatis doctè tradiderunt.

CERVA ab Hercule capta vt alij tetibus, vt alij ſomno depoſita, vt quibuſdam placet curſu defeſſa, quam Dianæ Orthoſiæ Taygete cōſecrauit. Diod. Pindarus in Olympiis. *Aeripes*, Virgilius. vt exponit Apronianus habens pedes ex ære ſolidos & inde fatigabiles, quemadmodum & boues Martis vt ſupra oſtendimus.

CERVA, *ſiluicultrix, flammea, celeris*, Catull.

CERVI, *cornigeri, alipedes*. Lucret. *Celeres*, Catullus. *Leues, viuaces, imbelles, fugaces* & *veloces*, Virgilius. *Trepidi, celſi in cornua, pauidi*. Ouidius.

CERVI cornua, *ramoſa*, Virgilius.

CERES Saturno & Rhea nata, quæ prima frumenti vſum oſtendit, docuitque naſcendi, ſeruandi, ſerendique modū. teſtes Diod. Heſiodus, Ouidius. *Alma, flaua*, maturæ ſegetis is color eſt, ex cuius primitiis corona Cereri texebatur. Tibullus.

Flaua Ceres tibi ſit noſtro de rure corona.

Eleuſina mater. ab Eleuſi oppido. *Magna*, Magnæ deæ græcis. Ceres & Proſerpina, Pauſanias. *Legifera*, Virgilius. Prima enim leges dicitur mortalibus dediſſe, vnde & eius ſacra Themoſphoria appellātur. Diodorus, Ouidius, Seruius. *Arcana*. Horat. propter Eleuſina myſteria Nam Numenio inter philoſophos occultorum curioſiori offenſam numinum quod Eleuſina ſacra vulgaſſet ſomnia prodiderunt, quare Tibullus dixit.

Non ego tentaui nulli violanda deorum

Audax

Audax laudandæ ſacra docere deæ.

Et,vt ait Acron,ſacra Cereris myſtica erant, nec vulgari licebat, propter hoc quòd occultè conſiliis vſa eſt donec filiam ſuã reperit,vnde & Virgilius,

Et fida ſilentia ſacris.

Dea laudanda. Tibull. *Frugum genitrix, dea fertilis, frugum mitiſſima mater,pia,tedifera Dea* Nam,vt canit Ouidius.

dum filiam quæreret illa,duabus

Flammiferas pinus manibus ſuccendit ab AEtna,

Perque pruinoſas tulit irrequieta tenebras.

Munifica,dea polens frugum. Ouid.

CERERIS ſacra.*Annua.* Virgilius. *Nulli temeranda piorum,* Tibull.

CERAVNIA montes altiſſimi à quibus Epirus incipit. Plin. Dicuntur & Acroceraunia poetis,vt Horatio, & Ouidio. *Alta*,Virg. *Infames ſcopuli.* Horat. vel quia ſcopuli ſunt nauibus infeſti,vel quia fulminibus infeſtantur,vnde illis nomen. *Violenta*,Ouidius.

CERA, *tenax*,Virg. *Odorata,hymettia,* Ouidius. propter mel Hymettium.

CERVIX *marmorea,alta,teres,lactea*,Virg. *Roſea, candida,* Horat. *Eburnea,* Ouidius.

CERBERVS canis inferorum cuſtos,Typhone & Echidna genitus,de quo apud Heſiodum,Euripidem,Sophoclem,Palæphatum,Apollonij interpret. Diodorum Siculum. *Tartareus cuſtos,ianitor ingens, immanis, ianitor Orci*, Virg. *Bellua centiceps, ater ſatelles Orci,trilinguis.* Horat. *Niger,audax*, Tibull. *Tergeminus.* Proper. Tria enim capita illi affinxit Sophoc id Trachiniis. τόνδ᾽ ὑπὸ χθονὸς ἅδου τελχάρον σκύλακ᾽ ἄπρος μαχοντέρας δ᾽ εινῆς ἐχίδνης θρέμμα. Heſiodus enim Cerbero quinquaginta capita attribuit. *Canis Echidnæus,triplex,canis vipereus,* Ouidius.

CERASTAE ſerpentes, quibus ſunt cornicula quadringenta,quorum motu reliquo corpore occultato ſollicitãt ad ſe aues:& hoc dolo necem volucrum aucupantur. Hi colorem harenæ ſimilem habent,qua ex re à paucis internoſcuntur: ita coloris errore ſeducti quidam illos pedibus conculcantes vitæ periculum adeunt. Ferunt has ſerpentes quum in AEgyptum trãſmigraſſent plures vicinas regiones inhabitabiles reddidiſſe.

autho.

authores Plin. & Solinus. *Squamoſi*, Propert.

CERASI, *dulces*, Propertius.

CECROPES fratres duo Candulus & Atlas, qui omnium ſcelerum quibus hominum vita deprauata eſt inuentores extiterunt, iis peruerſi mores Cecropum nomen dederunt, appulſoſque & aduenas vndecumque circumuenire ſtudium erat; quod quum aliquando in Iouem tentaſſent, in Simias quas Pithecus græci vocant mutauit, inde Pithecuſis inſulæ quam tenebant nomen inditum. Alij Thiæ filios & Oceani malunt, & quia Iouem decipere conati ſint in Lapides obduruiſſe. Nonnulli Lydios fuiſſe tradunt, quos Hercules quod ſibi cum Omphale cubanti petulantius obturbarent, amicæ iuſſu de claua ſuſpendit. Inde prodiit adagium, Cercopiſſare, in eos qui adulantur. Suidas & Zenobius. *Gens doloſa*, Ouid.

CESPES, *viridis, gramineus*, Virg. *Viuus*, Horat.

CETE, *immania*, Virgilius.

CEYX Lucifero ſidere genitus, Alcyones vir, Lucianus, Homeri interpres. *Trachinius*, à Trachine vrbe. *Lucifero genitus*, *Oetæus*, ab Oeta Theſſaliæ monte, in quo, vt Seruius inquit, ſtellæ videntur occidere, ſicut de Ida naſci *Sidereus*, Ouid.

CHARYBDIS, in Siculo freto ſcopulus inferior ſub caprifico. Ter fluctus abſorbet quotidie & reuomit. Homerus, Strabo. *Vaſta*, Lucret. *Implacata*, Virg. *Violenta*, Tibullus. *Ratibus inimica, auſtro agitata, Zanclæa*, à Zancle Siciliæ vrbe, de qua ita Srrabo inquit. Meſſana in Pelori ſinu iacet, vbi is ad orientē magis magiſque flectitur: & faucem quandam efficit. Diſtat autem à Rhegyo ſtadijs 60. à Columella verò multo minus. Eā condidere Meſſenij qui Peloponeſum habitant, à quibus & nomen mutuauit, nam prius Zancle vocabatur, quum curua eſſent loca, nam curua Zanclia vocitabant. Alij à fonte dictam vrbem putant, vel ab occultata ibi à Saterno falce, quam lingua Sicula Zanclen vocant, vt Thucydides, & Silius tradunt. Alij à gigante Zancio. *Auida, dira*, Ouid.

CHALYBES Scythiæ populi iuxta Thermodontem, dicti à Chalybe Martis filio. apud quos ferrum effoditur. Srrab. Stephanus, Apollon. interp. Suidas. Iuſtinus verò tradit Chalybis fluuij Gallecιæ cuius aquæ temperamento ferrum acrius redditur finitimos Chalybes appellari, ferroque præſtare. Hinc & Chalybs ferrum ipſum dicitur, Suidæ, Seruioque. *Nudi*, Virgil.

quod

quod in ferri fodinis ferrum,à nudis quæritur. Probus.

CHARON, qui,vt ait Diodorus,mortuos per Acheruſiã paludem traijcere creditur, *Portitor Orci,horrendus, triſtis.* Virg. ex Theocrito in Ptolemæum. χ̓ συγνὸν ἀεὶ πορθμῆα χαμόντων. *Stygiæ nauita ... aquæ.* Tibullus. *Senex toruus.* Propertius. *Portitor auarus.* Ouidius.

CHARONTIS Cymba, *ferruginea, Stygia, cærulea.* Virg. *Lethæa ratis.* Tibull. *Publica.* Propert. *Vmbrifera.* Ouid.

CHARTA, *tenuis*, Tibullus.

CHAOS principiorum moles ab initio confuſa & deformis, apud Heſiodum,& Euripidem. *Antiquum.* Ouid.

CHELYDRI ſerpentes, dicti quaſi Cherſydri, quia in aquis & in terris morantur. nam χέρσον dicimus terram, ὕδωρ aquam. Seruius author. His Calabria frequentiſſima eſt vt ſcribit Solinus. *Nigri, graues.* Virg. *Cinyphij.* Ouidius. Cinyphs fluuius eſt in Libya per huberrima arua decidens, porro Libyæ pleraque inculta infeſtantur multo ac malefico genere animalium, vt Mela teſtatur.

CHIMAERA Hydra Lernæa nata, monſtrum triforme, terribiles flammarum globos cum ſpiritu effundens, quam Bellerophon equo alato inſidens telo cõfixit. Homerus, Heſiodus, Palæphatus, Hyginus, Plutarchus in libro de claris mulieribus rem hanc hiſtoricè narrat. *Tetra.* Lucret. *Flammis armata, fremens, efferα flammis,* Virg. *Triformis, ignea, tremenda,* Horat. *Flãmam voluens ore fero.* Tibullus.

CHIRAGRA, *nodoſa*, Horatius.

CHIRON, vt ait Suidas, Ixione natus, vt Pherecydes, Pindarus, Apollonius, & ille qui Gigantomachiam ſcripſit, Saturno in equum mutato, & Philyra, Oceani filia editus, Chariclo Apollinis, vel, vt quidam, Perſæ, vt alij Oceani filiam vxorem habuit: ex qua Caryſtum genuit, Apollonij & Pindari interpres. Huius Chariclus meminit Ouidius quum ait.

Filia Centauri, quam quondam Nympha Chariclo
Fluminis in rapidi ripis enixa vocauit
Ocyrhoen.

Fuit autem Muſicæ ſimul, & iuſtitiæ, atque medicinæ doctor, vt tradit Plutarc. in Muſica. Hic denique, authore Hygino, non modo cæteros centauros, ſed homines etiam iuſtitia dicitur ſuperaſſe.

peraſſe. AEſculapium, & Apolline nutriſſe exiſtimatur. Pietate igitur & diligentia effecit vt inter aſtra numeraretur. Apud hunc Hercules cum diuerteretur, & ſimul cum Chirone ſedes ſagittas conſideraret, fertur vna earam decidiſſe ſupra pedem Chironis, & ita eum interfeciſſe, quod & Diodor. aſſerit. Alij autē dicunt Centaurum miratū quod tam breuibus ſagittis tam magna corpora centaurorum interfecerit, ipſum contendere arcum conatum, itaque ex eius manu ſagittam prolapſam in pedem eius incidiſſe, pro qua re Iupiter eius miſertus inter ſidera eum conſtituit cum hoſtia, quam ſupra arā tenens immolare videtur. *Phillyrides*, Virg. *Centaurus nobilis.* Horat. *Aemonius, geminus, ſemiferus, biformis, iuſtiſſimus, Philyreius, Semiuir.* Ouid.

CHOASPES flumen Perſidis, cuius aquam auream miræ dulcedinis Parthorum reges tantum bibunt, quemadmodum & Eulæi fluminis, quod in Medis ortum Suſorum arcem ac Dianæ templum circuit. Athenæus, Plinius, Herodotus, Solinus. *Regia lympha*, Tibul.

CHORDAE, *loquentes*, Lucr. *vocales*, Tib. *querulæ*, Ouid.

CHOREAE, *feſtæ*, Ouid.

CHORI Nympharum, *leues*, Horat.

CHRYSOLITHI, gemmæ aureo colore tranſlucentes, Plin. *Flaui*, Propert.

CICERO, *diſertiſſimus Romuli nepotum*, Catul.

CICADAE, quas Athenienſes ex auro in capillorum nexibus geſtabant: iiſque comam ligabant. Thucydidis & Ariſtophanis interp. *Raucæ, querulæ*, Virg.

CICATRIX, *fœda*, Horat.

CICONIA auis, quam è longinquo venire non dubium eſt, vti & Grues. illas hyemis, hanc æſtatis aduenam, nec venire ſed veniſſe cernimus. honos huic ſerpentium exitio tantus, vt in Theſſalia capitale fuerit occidiſſe, eadem legimus pœna quæ in homicidas. hæc & plura Plin. *Candida auis, longis inuiſa colubris*, Virg.

CICVTA græcis Conion, caulis ei geniculatus vt fœniculo, magnusq; eſt. folia ferulæ anguſtiora, graueolētia, cacumine ramoſo & ſuſtinente vmbracula. flore ſubcādido, ſemen albidius aniſo, radice cōcaua nec profunda, inter enecātia eſt frigoris vi. maxima vis in Creta naſcenti, deinde Megaricæ & Atticæ, item Chiæ, Ciliciumq́ꝫ e terris, Dioſcorid. *viridis, gelida*, Ouid.

CILICES, populi in minori Aſia Syriæ proximi. Plin. *Coricij*, Virg. Eſt enim Coricos, Mela teſte, oppidum in Cilicia, & eodem nomine & portus & ſpecus ſupra quam dici poſſit eximius. Is autem, vt ait Strabo, eſt ingens quædam concauitas in orbem ducta, cui labrum petroſum ac ſatis altū circum adiacet, cum deſcenderis ſolum eſt inæquale, & magna ex parte ſaxoſa materia, ſemper virenti plenum. Adiacens verò ſolum Crocoſatum eſt. Strabo, Mela, Plin. *Intonſi*, Tibul. *feri*, Ouid.

CIMMERII, populi Scythiæ circa Tauri & Meotim paludem, quibus aſpectus ſolis in perpetuum ademptus, regio caliginoſa, vmbris ac nebulis tecta, ad quos Vlyſſes acceſſit. inde prouerbium, Cimmeriæ tenebræ, in multam obſcuritatem & animi caliginem. Homer. Strab. Plin. Euſtathius dictos autumat Cimmerios, quaſi ἐν τῷ ἀέρι χειμένους. *Obſcura oræ*, Tibul.

CIMOLVS, vna ex Cycladibus inſulis in Ionio mari Strabo. Plin. *Cretoſa*, Ouidius. Inſignis Plinio Dioſcoridique Cimolia Creta.

CINAEDVS *improbus* Catul.

CINIS, *mutatus*, Catul. *immundus*, *ater*, *ingratus*, Virg.

CINYRAS Cypriorum rex, Cypriæ Veneris ſacerdos à Venere amatus, Thiante patre, matre verò Amathuſa, vt alij Apolline & Papho: vt quidam Eurymedonte & Paphia nympha editus. Suidas, Stephan. Lycoph & Pindari int. Theodoretus. *Magnus*, Ouid.

CINNA poeta Catullo amiciſſimus, qui Smyrnam opus nouem annis elimauit. Catullus, Quintilianus, Suetonius, Seruius. *Procax*, Ouidius.

CIRCE Solis & Perſeidis, ſiue Perſæ filia, AEetæ ſoror, apud Ciceronem, Heſiodum, Homerum; Dionyſius verò Mileſius primo Argonauticon AEeta & Hecate Perſæ filia genitam aſſerit. Hæc poſt mortem Marica dicta eſt vt ait Seruius. Firmianus: Ex ea Vlyſſes filios genuit Agrium, Telegonum, Latinum regem, Anteam, Ardeam, à quibus vrbes in Italia nomen traxere, Rhomum, & filiam Caſſiphonem, authores Heſiodus, Stephanus, Lycophronis interpres. *AEæa, diues, Solis filia, Marica, dea ſæua*. quæ ſcilicet homines in varias ferarum formas verterēt. *Laurens*, à Laurento oppido Latij. quod Plinius lucum Iouis indigetis appellat. Seruius Lauinum, & Lauinium, & Laurentum idem facit, Strabo Lauinium a Laurento dirimit, quandoque

que idem facit, tribus ſupra mare millibus id ſtatuens. Dionyſ. Halicarnaſ. tres facit populos in Latio; Launienſes, Laurentes, Launiatas. Porrò Latinus Circes filius Latij rex fuit. *Dædala*, Virgilius. à varietate rerum, & artificiorum, quum græcè δαιδάλλειν ſignificet variare. author Feſtus, à Dœdalo artifice, cuius opera ſenſibus prædita eſſe videbantur. vt ait Euripidis interp. ex Euripide, Cratino, Platone. *Vitrea*, Horat. aut pulchra aut procurato lucens nitore, aut mari vicina, vt exponit Acron. *Docta, Solis genus, apta mutare veteres figuras herbis, vel cantu*. Tib. *Titanis*, propter Solem patrem, qui Titan appellatur. *Sole ſata, dira, Titonia, infamata*, Ouid.

CIRCENSES Ludi, de quibus in hæc verba Liuius diſſerit. Tum primum Circo, qui nunc maximus dicitur, deſignatus locus eſt, loca diuiſa patribus equitibuſque, vbi ſpectacula ſibi quiſque faceret fori appellati. Spectauere furcis duodenos ab terra pedes ſpectacula alta ſuſtinentibus pedes. Ludicrum fuit equi pugileſque ex Etruria maximè acciti, ſolemnes, deinde annui manſere Ludi Romani, magnique variè appellati. Quare autem magni dicti ſint, ita Aſconius exponit: Romani ergo ludi ſub regibus inſtituti ſunt, magnique appellati, quod magnis impenſis dati. Tunc enim primum Ludis impenſa ſunt ducenta millia nummûm. adeo magnos Ludos factos putant, quod cōſiliorum ſecretorum Deo, id eſt Neptuno dati, & magnis diis, id eſt Laribus vrbis Romæ dati ſunt, quibus aiunt raptas Sabinas. *Magni*, Virgil.

CIRCVS, *maximus, capax*, Ouid.

CISSEVS Thraciæ rex, Hecubæ pater, Euripides, Ennius, Pacuuius. *Thracius*, Virg.

CISTA, *caua*, Catul. *Leuis, conſcia occultis ſacris*, Tibul. hoc eſt Bacchi orgiis, quod & Catul. repetit.

Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis.

Hinc & Canephoræ Virgines Ciceroni, quæ Caniferæ latinè dicuntur. Canifera mulier, inquit Feſtus, eſt quæ Canum fert, id eſt quaſillum, quod eſt ciſtæ genus. Canephoræ virgines, vt ſcribit Suidas ex Philochoro, ſub Erichthonio rege primum inſtitutæ ſunt, vt caniſtris deferrent quæ ad ſacrificium ſolemniorum Mineruæ aliarumque pomparum attinebant. Meminit & Pauſanias.

CITHARA primum in Lydia inuenta, propter quod Aſia

cincta eſt, ab Aſia palude. Apollonij interpres. Citharam verò primus Mercurius inuenit. quemadmodum Lyram Apollo, vt refert Hyginus. *Liquida*, Lucret. *Caua teſtudo*, *Threicia*, Virg. propter Orpheum. *Imbellis*, Horat.

CITRIVM, quo primum in Media, ex quo Medicum malum appellatum eſt, inuenrum eſt venena exagi ex membris, nec obeſſe ea quicquam poſſe iis qui comederint. Hoc Libyes Heſpericum, atque aureum malum appellant, ab Hercule in Græciã tranſlatum, authores Iuba, & Athenæus, Theophraſtus, Macrobius, etſi Seruius ex Apuleio id neget. Sunt qui illud Virgilij, *Aurea mala decem miſi*, de Citrio intelligant, ſunt & qui de Chryſomelis. de quibus ita Plin. His proxima amplitudine mala quę vocamus Coronea, & Græce Cydonia ex Creta inſula aduecta. Incuruatos trahunt ramos, prohibentque creſcere parentem. Plura eorum genera, Chryſomela inciſuris diſtincta, colore ad aurum inclinato. *Fulgens*, *aureum*, Lact. *Felix malis*, Virg.

CITHAERON mons Thebis Bœotiis imminens. Plinius. Lactantius Firmianus ita ait. Sacra liberi patris primus Orpheus induxit in Græcia, primuſque celebrauit in monte Bœotiæ, Thebis vbi liber natus eſt proximo. Qui quum frequenter citharæ cantu perſonaret Cithæron appellatus eſt. Ea ſacra etiã nunc Orphica nominantur, quibus ipſe poſtea dilaceratus ac diſcerptus eſt. Lyſimachus vero Cithæronem Heliconis fratrem qui mutuis vulneribus occiderunt monti nomen dediſſe tradit. Duris verò tradit Citharam à Cithærone monte in quo Amphion canebat dictam fuiſſe. Alij prius Aſterium dictum tradũt, deinde Cithæronem, à Cithærone formoſiſſimo puero, qui quum Tiſiphonem furiam illius amore captam ſpreuiſſet, vnius è draconibus quos illa pro crinibus gerit afflatu interijt: & mõti in quo paſcebat nomen dedit. ex Plutarcho. *Nocturnum*, propter Bacchi orgia quæ noctu celebrabantur, vt diximus.

CLADES, *mortifera*, Lucret. *Triſtis*, Horat.

CLASSIS, *aerata* Virg. *Volucris*, Ouid.

CLASSICA, *trucia*, Horat. *Martia*, Tibull.

CLAVA Herculis, *trinodis*, *domitrix ferarum*, Ouid.

CLEOPATRA AEgypti regina, cuius amore ductus M. Antonius poſt deuictos Parthos quaſi bene geſtis rebus in regio ſinu ſe reficiebat. AEgyptia mulier ab ebrio imperatore pretio libidinum Romanum imperium petiit: promiſit Antonius. Itaque in

que in patriam pugnaces naues quingentas duxit, peditum millia centum, equitum millia 22. Antonio igitur circa Actium Epiri promontorium naues habente Cæſar Auguſtus illuc duxit naues bellicas 250 peditum 80. millia, equitum ferme parem Antonio numerum. Pugnatum eſt contra eum & Cleopatram ab Auguſto, prima dux fugæ regina cum aurea puppe, veloque purpureo in altum ſe dedit. mox ſecutus Antonius, ſed inſtabat veſtigiis Cæſar, demum vſque in Alexandriam perſecutus eſt. qua capta Antonius mortem ſibi ipſi conſciuit. Cleopatra quoque iuxta ſuum Antonium admotis ad venas aſpidibus ſic morte quaſi ſomno ſoluta eſt. Et hic finis armorum ciuilium fuit. Plutarchus, L. Florus. *Coniux*, *Ægyptia*. Virg. *Meretrix regina Canopi*. Propertius.

CLEONAE mediocre oppidũ Bœotiæ in via ſitum quæ ex ArgoCorinthum ducit, & in tumulo frequẽtibus habitato incolis muros perpulchros habente. Quo circa poeta mihi proprie dixiſſe videtur, *Mænibus pulchris excelluiſſe Cleonas.* Hic ſilua ſurgit Nemæa inter Cleonas & Phliuntem, in qua Argiui ſacra celebrare conſueuere Nemæa. Ibi quoque quæ de Nemæo leone geſta fabulis prodita ſunt. Et Belbina eſt pagus. Diſtant autem Cleonæ ab Argo quidem ſtadiis centum & viginti, à Corinto verò ſtadiis octuaginta. Hæc apud Strabonem, *Humiles*, Ouid.

CLITVMNVS Meuaniæ amnis, quæ pars eſt Vmbriæ. Seruius. In Faliſco inquit Plin. Clitumni aqua potata candidos boues facit. *Sacer*. Virg. propter albos tauros in eo lotos qui Ioui Capitolino mactabantur. Seruius. *Formoſus*. Propert.

CLIVVS, *mollis*. Virgilius.

CLIPEVS, *ardens, leuis, fulgens*, *Argolicus*. Virg. quo verbo magnitudo exprimitur, vt ait Seruius, aut fortaſſe Argiuum Clypeum reſpexit, qui apud Argiuos ſacer erat clauis affixus vt facilè detrahi non poſſet. vnde prouerbium in faſtuoſos: Tanquam argiuum Clypeum abſtulerit gloriatur. Zenodot.

CLYTAEMNESTRA ex Leda Theſtij filia, & Tyndareo Oebali filio nata. quam Tragici tradunt textá ſine exitu Agamemnoni tribuiſſe, hiſque implicitum aggrediente AEgiſtho fuiſſe peremptum, Ouidius, Iuuenalis, Euripides, Homerus, Hyginus. *Coniux infanda*, Virg. *Tyndaris*, Ouid.

CNIDVS inſula in Caria, ex qua viri memorabiles

 fuere,

fuere, primum Eudoxus mathematicus Platonis ſodalis, poſtea Agatarchides peripateticus, vir hiſtoricus ætate noſtra Theopompus diuo Cæſari familiaris, & qui apud eum maximè poteſt, item Artemidorus eius filius. Hinc Cteſias fuit qui Xerſen medicatus eſt, & res Syriacas & Perſicas conſcripſit. Hæc Strabo. *Arundinoſa*, Catul. Chartis ſeruiunt calami, inquit Plinius, Aegyptij maximè, cognatione quadam papyri. probatiores tamen Ouidij, & qui in Aſia circa Anaiticum lacum naſcuntur. *Piſcoſa*, Ouid.

COCYTVS fluuius inferorum à Styge manans, vt refert Homerus in Odyſſea. *Sæuus, ater, altus*, Virgilius. *Languidus, errans*, Horat.

COCCVS, *ruber*, Horat.

COEVS gigas, *cœli terræque filius*, Heſiodus. *cœlo minans*. Propertius.

COENVM, *molle*, Lucret. *graue*, Catul.

COLCHIS, regio quæ in Ponto poſita magna ex parte in mare pertendit. Huic Aeetes imperauit, altero latere in Euxinum & Meotim deuexa, altero in Caſpium & Hyrcanum mare, vellenibus aureis inclyta. Strabo, Diodorus, Plinius. *Fines Aeetæi*, Catullus.

COLVBRI, *venenati*, Lucr. *longi*, Virg. *virides*, Horat.

COLVMBVS, *Dionæus*, Columbi maximè ſunt in coitu fœcundi, ideoque in Veneris tutela huius generis aues poſuit antiquitas. author Fulgentius Placiades. *Albus*, Catul.

COLVMBAE, quarum duo genera conſtituunt, vt ſcribit Galenus, domeſticum & Nomadicum, hoc eſt paſcuum & ſilueſtre. Columbæ Siculæ præferuntur omnibus. Laudantur & Cypriæ luteo colore. *Chaoniæ*, Virg. Epirus Chaonia dicta eſt, vt inquit Plinius. Cæterum Herodotus refert geminas ex Aegypto columbas euolaſſe, vtramque nigram, vnam quidem in Africam, alteram verò in Dodonam ſiluam Epiri, in qua oraculum Dodonæi Iouis omnium antiquiſſimum, quæ fago inſidens humana voce elocuta ſit eo loci Iouis oraculum condi debere. Eam verò quæ ad Afros abiiſſet iuſſiſſe Afris vt Iouis Ammonis oraculum conderent. *Molles, imbelles*, Hor. *Albæ*, *Sãctæ Syro*, Tibull. Nam, vt ſcribit Diodor. Semiramim quidam fabulantur in columbam fuiſſe conuerſam. compluribus enim auibus domum ingreſſis & illam cum reliquis aduolaſſe volūt:

Quo

Quo factum eſt, v Syrij columbam vt deam colant, immortalem reginam arbitrati. *Veneris dominæ volucres, torquatæ.* Proper. à pluma quæ collum columbarum in modum coronæ ambit, vt canit Lucretius:

Pluma columbarum quo pacto in Sole videtur,
Quæ ſita ceruicem circum collumque coronat.
Namque alias fit vt claro ſit rubra Pyropo,
Interdum quodam ſenſu fit vt videatur
Inter ceruleum virides miſcere Smaragdos.

Trepidæ, placidæ, Cythereiades, Thisbeæ, à Thisbe Bœotiæ vrbe, quam Homerus πολυτρήρωνα appellat. *Alba, Chaones.* Ouidius.

COLLVM, *candidum, lacteum*, Virgilius. *Eburneum, altum, teres*, Ouid.

COLLIS *apricus, apertus, ſupinus, cauus, altus, curuus, celſus, durus*, Virg. *vmbroſus, pomifer*, Ouid.

COLVMNAE, *Phrygiæ*, Tibul. Nam, vt Strab. perhibet, Synnada vrbs eſt Phrygiæ non magna, ante quam planicies iacet oleis conſita. 60. ferè ſtadiorum, vlterius eſt Docimia vicus, & Synnadici lapidis lapidicifodina, ſic enim eum Romani appellant, indigenæ verò Docimeten & Docimeam. Vena in initio paruas glebas emittebat, nunc propter maximos Romanorum ſumptus columnæ integræ & ingentes extrahuntur, & varietate alabaſtritæ lapidi proximæ, quare multa huiuſmodi onera ad mare deuehuntur, & columnæ & lapideæ tabulæ magnitudine ac pulchritudine admirabiles Romam deferuntur. *Tænariæ*, Strabo ait, ſunt & Latomiæ, id eſt lapidicinæ pretioſorum lapidum Tænatiorum. Tænarus verò Laconicæ regionis promõtorium. Laconicũ marmor Pli. quoque commendat, quod erat pretioſum viridi colore. *Pœnæ*, Proper. hoc eſt ex marmore Numidico factæ, quod fuit antiquitus laudatiſſimum, ex quo limina in domo primus Romanorum poſuit M. Lepidus, vt ſcribit Pli. & hoc primum inuecti Numidici marmoris veſtigium inueniſſe ſe refert. Cæterum Numidiam Libyæ partem eſſe quis neſcit. *Sublimes, rigidæ*, Ouid.

COLOR niger, *Memnonius*, Ouid. à Memnone æthiope.

COMETAE, de quibus ita Plin. Cometas græci vocant, noſtri Crinitas, horrentes crine ſanguineo, & comarũ modo in vertice hiſpidas. Fit candidus Cometes argenteo crine ita refulgens

 fulgens

bus. Virgilius. *Ardua*, Ouidius.

CELAENO vna ex Harpyis. *Dira*, *Furiarum maxima*, Virg.

CELAENAE vrbs Phrygiæ, cui nomen dedit Celænus Neptuno & Celæno Danai filia natus. Eodem nomine locus eſt Atticæ & Bœotiæ. Strab. Suidas. *Alta*, Ouid.

CELTIBERIA regio citerioris Hiſpaniæ, cuius nominis rationem hanc Diodorus attulit. Iberi quondam, Celtæque pro agris bello certantes pace demum conſtituta, communicataque inuicem patria quum mutua connubia permiſiſſent, dicuntur hac rerum communione id nomen ſortiri. Duæ igitur robuſtæ nationes in patria fertili coniunctæ effecere vt magnum eſſet Celtiberorum nomen. à Romanis poſtmodum certè multo poſt tempore bello cum eis geſto vix tandem ſubacti ſunt. Plura apud eundem de Celtiberis leges. itemque apud Plinium, Strabonem. *Cuniculoſa*, Catul. Strabo enim docet maximam cuniculorum copiam in Hiſpania eſſe, qui Lepuſculi etiā vocantur. adeo vt M. Varro à Cuniculis oppidum in Hiſpania ſuffoſſum atteſtetur.

CENCHREAE, ſiue Cenchræ Ouidio, Corinthiorum nauale ad orientem ſpectans, Iſthmi terminus alter. Nam primus Lechea dicitur, longo & ancipiti nauium accubitu, quas magnitudo plauſtris tranſuehī prohibet. Pauſan. Ptolem. Strabo, Plin. *Corinthiacæ*, Ouid.

CENTAVRI Ixione & Nebula geniti. Lucianus, Diodor. Palæphatus, Pindarus in Pythiis. *Fœdi*, Lucret. *Nubigenæ*, *bimēbres*, Virg. *Sæui*, *Ixione nati*, *ſemihomines*, *ambigui viri*, *populus biformis*, *homines quadrupedes*, *Semimares*, Ouid.

CENTAVREON maius herba, qua curatus dicitur Chiron centaurus quum Herculis exceptus hoſpitio pertractanti arma ſagitta excidiſſet in pedē. vnde centaureon, & à nonnullis Chironion appellatur. folia ſunt lata & oblōga ſerrata ambitu, denſa ab radice, caules trium cubitorum geniculati. In iis capita ceu papauerum, radix vaſta, rubeſcens, tenera, fragiliſque ad bina cubita madida, ſucco amara, cum quadam dulcedine. Naſcitur in collibus pingui ſolo. Laudatiſſima in Arcadia, Elide, Meſſenia, Pholoe, Lycæo, Smyrna, atque in alpibus, pluribuſque locis in Lycia. Plinius, Dioſcorides. *Triſte*, Lucret. *Graueolēs*, Virg.

CENSOR, *rigidus*, Ouidius.

CEPHEVS Æthiopum rex, Io Inachi filia, & Agenore editus,

editus, ex quo Iaſides ab Arato dicitur, vt eius ait interpres. Pauſanias vero in Corinthiacis ſcribit ex Argo Piraſum, & Phorbantem, Phorbante Triopam, Triopa Iaſum, & Agenorē, & Io, quam alij Inachi filiam dixere, genitos. Euripides Cephea Phœnicis filium canit. ipſum quoque Cepheum inter ſidera ſuperiores numerauere. Hyginus. *Andromedes pater.* Horat.

CEPHALVS Deioneo, qui & Deion, AEoli filio natus, tametſi Seruius Cephalū AEoli filium dicat, Hyginus Mercurio, & Creuſa Erechthei filia natum ſcribit, qui geminas habuit vxores Procrin, & Clymenen Orchomeni filiam, ex qua Iphiclum genuit. Suſtulit quoque ex Aurora Phaethontem, quem Venus raptum in templo collocauit, & Aoum à quo Aoium mons. Strab. Pauſ. in Phocicis. Suid. Heſiod. Etym. *AEolides, proles Cyllenia.* Ouid. quæ quidem duo Epitheta nonnulli non obſcuri nominis viri immutanda non ſatis doctè tradiderunt.

CERVA ab Hercule capta vt alij retibus, vt alij ſomno depoſita, vt quibuſdam placet curſu defeſſa, quam Dianæ Orthoſiæ Taygete cōſecrauit. Diod. Pindarus in Olympiis. *Aeripes*, Virgilius. vt exponit Apronianus habens pedes ex ære ſolidos & inde fatigabiles, quemadmodum & boues Martis vt ſupra oſtendimus.

CERVA, *ſiluicultrix, flammea, celeris*, Catull.

CERVI, *cornigeri, alipedes*. Lucret. *Celeres*, Catullus. *Leues, viuaces, imbelles, fugaces* q. *veloces*, Virgilius. *Trepidi, celſi in cornua, pauidi*. Ouidius.

CERVI cornua, *ramoſa*, Virgilius.

CERES Saturno & Rhea nata, quæ prima frumenti vſum oſtendit, docuitque naſcendi, ſeruandi, ſerendique modū. teſtes Diod. Heſiodus, Ouidius. *Alma, flaua*, maturæ ſegetis is color eſt, ex cuius primitiis corona Cereri texebatur. Tibullus.

Flaua Ceres tibi ſit noſtro de rure corona.

Eleuſina mater. ab. Eleuſi oppido. *Magna*, Magnæ deæ græcis. Ceres & Proſerpina, Pauſanias. *Legifera*. Virgilius. Prima enim leges dicitur mortalibus dediſſe, vnde & eius ſacra Themoſphoria appellātur. Diodorus, Ouidius, Seruius. *Arcana*. Horat. propter Eleuſina myſteria Nam Numenio inter philoſophos occultorum curioſiori offenſam numinum quod Eleuſina ſacra vulgaſſet ſomnia prodiderunt, quare Tibullus dixit.

Non ego tentaui nulli violanda deorum

Audax

Audax laudandæ ſacra docere deæ.

Et, vt ait Acron, ſacra Cereris myſtica erant, nec vulgari licebat, propter hoc quòd occultè conſiliis vſa eſt donec filiam ſuã reperit, vnde & Virgilius,

Et fida ſilentia ſacris.

Dea laudanda. Tibull. *Frugum genitrix, dea fertilis, frugum mitiſſima mater, pia, tedifera Dea* Nam, vt canit Ouidius.

dum filiam quæreret illa, duabus
Flammiferas pinus manibus ſuccendit ab AEtna,
Perque pruinoſas tulit irrequieta tenebras.

Munifica, dea polens frugum. Ouid.

CERERIS ſacra. *Annua.* Virgilius. *Nulli temeranda piorum,* Tibull.

CERAVNIA montes altiſſimi à quibus Epirus incipit. Plin. Dicuntur & Acroceraunia poetis, vt Horatio, & Ouidio. *Alta,* Virg. *Infames ſcopuli.* Horat. vel quia ſcopuli ſunt nauibus infeſti, vel quia fulminibus infeſtantur, vnde illis nomen. *Violenta,* Ouidius.

CERA, *tenax,* Virg. *Odorata, hymettia,* Ouidius. propter mel Hymettium.

CERVIX *marmorea, alta, teres, lactea,* Virg. *Roſea, candida,* Horat. *Eburnea,* Ouidius.

CERBERVS canis inferorum cuſtos, Typhone & Echidna genitus, de quo apud Heſiodum, Euripidem, Sophoclem, Palæphatum, Apollonij interpret. Diodorum Siculum. *Tartareus cuſtos, ianitor ingens, immanis, ianitor Orci,* Virg. *Bellua centiceps, ater ſatelles Orci, trilinguis.* Horat. *Niger, audax,* Tibull. *Tergeminus.* Proper. Tria enim capita illi affinxit Sophoc. id Trachiniis. τόνδ᾽ ὑπὸ χθονὸς ἅδου τρικάρην σκύλακ᾽ ἄπρος μαχοντέρας δεινῆς ἐχίδνης θρέμμα. Heſiodus enim Cerbero quinquaginta capita attribuit. *Canis Echidnæus, triplex, canis vipereus.* Ouidius.

CERASTAE ſerpentes, quibus ſunt cornicula quadringenta, quorum motu reliquo corpore occultato ſollicitãt ad ſe aues: & hoc dolo necem volucrum aucupantur. Hi colorem harenæ ſimilem habent, qua ex re à paucis internoſcuntur: ita coloris errore ſeducti quidam illos pedibus conculcantes, vitæ periculum adeunt. Ferunt has ſerpentes quum in AEgyptum trãſmigraſſent plures vicinas regiones inhabitabiles reddidiſſe.

autho-

Digitized by Google

authores Plin. & Solinus. *Squamoſi*, Propert.

CERASI, *dulces*, Propertius.

CECROPES fratres duo Candulus & Atlas, qui omnium ſcelerum quibus hominum vita deprauata eſt inuentores extiterunt, iis peruerſi mores Cecropum nomen dederunt, appulſoſque & aduenas vndecumque circumuenire ſtudium erat; quod quum aliquando in Iouem tentaſſent, in Simias quas Pithecus græci vocant mutauit, inde Pithecuſis inſulæ quam tenebant nomen inditum. Alij Thiæ filios & Oceani malunt, & quia Iouem decipere conati ſint in Lapides obduruiſſe. Nonnulli Lydios fuiſſe tradunt, quos Hercules quod ſibi cum Omphale cubanti petulantius obturbarent, amicæ iuſſu de claua ſuſpendit. Inde prodiit adagium, Cercopiſſare, in eos qui adulantur. Suidas & Zenobius. *Gens deluſa*, Ouid.

CESPES, *viridis, gramineus*, Virg. *Viuus*, Horat.

CETE, *immania*, Virgilius.

CEYX Lucifero ſidere genitus, Alcyones vir, Lucianus, Homeri interpres. *Trachinius*, à Trachine vrbe. *Lucifero genitus*, *Oetæus*, ab Oeta Theſſaliæ monte, in quo, vt Seruius inquit, ſtellæ videntur occidere, ſicut de Ida naſci *Sidereus*, Ouid.

CHARYBDIS, in Siculo freto ſcopulus inferior ſub caprifico. Ter fluctus abſorbet quotidie & reuomit. Homerus, Strabo. *Vaſta*, Lucret. *Implacata*, Virg. *Violenta*, Tibullus. *Ratibus inimica, auſtro agitata, Zanclæa*, à Zancle Siciliæ vrbe, de qua ita Strabo inquit. Meſſana in Pelori ſinu iacet, vbi is ad orientē magis magiſque flectitur: & faucem quandam efficit. Diſtat autem à Rhegyo ſtadijs 60. à Columella verò multo minus. Eā condidere Meſſenij qui Peloponeſum habitant, à quibus & nomen mutuauit, nam prius Zancle vocabatur. quum curua eſſent loca, nam curua Zanclia vocitabant. Alij à fonte dictam vrbem putant, vel ab occultata ibi à Saterno falce, quam lingua Sicula Zanclen vocant, vt Thucydides, & Silius tradunt. Alij à gigante Zancio. *Auida, dira*, Ouid.

CHALYBES Scythiæ populi iuxta Thermodontem, dicti à Chalybe Martis filio. apud quos ferrum effoditur. Strab. Stephanus, Apollon. interp. Suidas. Iuſtinus verò tradit Chalybis fluuij Galleciæ cuius aquæ temperamento ferrum acrius redditur finitimos Chalybes appellari, ferroque præſtare. Hinc & Chalybs ferrum ipſum dicitur, Suidæ, Seruioque. *Nudi*, Virgil.

quod

quod in ferti fodinis ferrum,à nudis quæritur. Probus.

CHARON, qui,vt ait Diodorus,mortuos per Acheruſiã paludem traijcere creditur, *Portitor Orci,horrendus, triſtis*. Virg. ex Theocrito in Ptolemæum. χὡ ςυγνὸν ἀεὶ πορθμῆα χαμόντων. *Stygiæ nauita* [illegible] *aquæ*. Tibullus. *Senex toruus*. Propertius. *Portitor auarus*. Ouidius.

CHARONTIS Cymba, *ferruginea, Stygia, cærulea*. Virg. *Lethæa ratis*. Tibull. *Publica*. Propert. *Vmbrifera*. Ouid.

CHARTA, *tenuis*, Tibullus.

CHAOS principiorum moles ab initio confuſa & deformis, apud Heſiodum,& Euripidem. *Antiquum*. Ouid.

CHELYDRI ſerpentes,dicti quaſi Cherſydri, quia in aquis & in terris morantur. nam χέρσον dicimus terram, ὕδωρ aquam. Seruius author. His Calabria frequentiſſima eſt vt ſcribit Solinus. *Nigri, graues*. Virg. *Cinyphij*. Ouidius. Cinyphs fluuius eſt in Libya per huberrima arua decidens, porro Libyæ pleraque inculta infeſtantur multo ac malefico genere animalium, vt Mela teſtatur.

CHIMAERA Hydra Lernæa nata, monſtrum triforme, terribiles flammarum globos cum ſpiritu effundens, quam Bellerophon equo alato inſidens telo cõfixit. Homerus, Heſiodus, Palæphatus, Hyginus, Plutarchus in libro de claris mulieribus rem hanc hiſtoricè narrat. *Tetra*. Lucret. *Flammis armata, fremens, efferа flammis*, Virg. *Triformis, ignea, tremenda*, Horat. *Flãmam voluens ore fero*. Tibullus.

CHIRAGRA, *nodoſa*, Horatius.

CHIRON, vt ait Suidas, Ixione natus, vt Pherecydes, Pindarus, Apollonius, & ille qui Gigantomachiam ſcripſit, Saturno in equum mutato, & Philyra, Oceani filia editus, Chariclo Apollinis, vel, vt quidam, Perſæ, vt alij Oceani filiam vxorem habuit: ex qua Caryſtum genuit, Apollonij & Pindari interpres. Huius Chariclus meminit Ouidius quum ait.

Filia Centauri, quam quondam Nympha Chariclo
Fluminis in rapidi ripis enixa vocauit
Ocyrhoen.

Fuit autem Muſicæ ſimul, & iuſtitiæ, atque medicinæ doctor, vt tradit Plutarc. in Muſica. Hic denique, authore Hygino, non modo cæteros centauros, ſed homines etiam iuſtitia dicitur ſuperaſſe.

periſſe. AEſculapium, & Apolline nutriſſe exiſtimatur. Pietate igitur & diligentia effecit vt inter aſtra numeraretur. Apud hunc Hercules cum diuerteretur, & ſimul cum Chirone ſedes ſagittas conſideraret, fertur vna earum decidiſſe ſupra pedem Chironis, & ita eum interfeciſſe, quod & Diodor. aſſerit. Alij autē dicunt Centaurum miratū quod tam breuibus ſagittis tam magna corpora centaurorum interfecerit, ipſum contendere arcum conatum, itaque ex eius manu ſagittam prolapſam in pedem eius incidiſſe, pro qua re Iupiter eius miſertus inter ſidera eum conſtituit cum hoſtia, quam ſupra arā tenens immolare videtur. *Phillyrides*, Virg. *Centaurus nobilis*. Horat. *Aemonius, geminus, ſemiferus, biformis, iuſtiſſimus, Philyreius, Semiuir*. Ouid.

CHOASPES flumen Perſidis, cuius aquam auream miræ dulcedinis Parthorum reges tantum bibunt, quemadmodum & Eulæi fluminis, quod in Medis ortum Suſorum arcem ac Dianæ templum circuit. Athenæus, Plinius, Herodotus, Solinus; *Regia lympha*, Tibul.

CHORDAE, *loquentes*, Lucr. *vocales*, Tib. *querulæ*, Ouid.

CHOREAE, *feſtæ*, Ouid.

CHORI Nympharum, *leues*, Horat.

CHRYSOLITHI, gemmæ aureo colore tranſlucentes; Plin. *Flaui*, Propert.

CICERO, *diſertiſſimus Romuli nepotum*, Catul.

CICADAE, quas Athenienſes ex auro in capillorum nexibus geſtabant: iiſque comam ligabant. Thucydidis & Ariſtophanis interp. *Raucæ, querulæ*, Virg.

CICATRIX, *fœda*, Horat.

CICONIA auis, quam è longinquo venire non dubium eſt, vti & Grues. illas hyemis, hanc æſtatis aduenam, nec venire ſed veniſſe cernimus. honos huic ſerpentium exitio tantus. vt in Theſſalia capitale fuerit occidiſſe, eadem legimus pœna quæ in homicidas. hæc & plura Plin. *Candida auis, longis inuiſa colubris*, Virg.

CICVTA græcis Conion, caulis ei geniculatus vt fœniculo, magnusq; eſt. folia ferulæ anguſtiora, graueolētia, cacumine ramoſo & ſuſtinente vmbracula. flore ſubcādido, ſemen albidius aniſo, radice cōcaua nec profunda, interenecātia eſt frigoris vi. maxima vis in Creta naſcenti, deinde Megaricæ & Atticæ, item Chiæ, Cilicumq́; e terris, Dioſcorid. *viridis, gelida*, Ouid.

F Cilice-

CILICES, populi in minori Aſia Syriæ proximi. Plin. *Coricij*, Virg. Eſt enim Coricos, Mela teſte, oppidum in Cilicia, & eodem nomine & portus & ſpecus ſupra quam dici poſſit eximius. Is autem, vt ait Strabo, eſt ingens quædam concauitas in orbem ducta, cui labrum petroſum ac ſatis altũ circum adiacet, cum deſcenderis ſolum eſt inæquale, & magna ex parte ſaxoſa materia, ſemper virenti plenum. Adiacens verò ſolum Crocoſatum eſt. Strabo, Mela, Plin. *Intonſi*, Tibul. *feri*, Ouid.

CIMMERII, populi Scythiæ circa Taurũ & Meotim paludem, quibus aſpectus ſolis in perpetuum ademptus, regio caliginoſa, vmbris ac nebulis tecta, ad quos Vlyſſes acceſſit. inde prouerbium, Cimmeriæ tenebræ, in multam obſcuritatem & animi caliginem Homer. Strab. Plin. Euſtathius dictos autumat Cimmerios, quaſi ἐκ τῶ ἀέρι χειμένυς. *Obſcuræ oræ*, Tibul.

CIMOLVS, vna ex Cycladibus inſulis in Ionio mari Strabo. Plin. *Cretoſa*, Ouidius. Inſignis Plinio Dioſcoridique Cimolia Creta.

CINAEDVS *improbus* Catul.

CINIS, *mutatus*, Catul. *immundus*, *ater*; *ingratus*, Virg.

CINYRAS Cypriorum rex, Cypriç Veneris ſacerdos à Venere amatus, Thiante patre, matre verò Amathuſa, vt alij Apolline & Papho, vt quidam Eurymedonte & Paphia nympha editus. Suidas, Stephan. Lycoph & Pindari int. Theodoretus. *Magnus*, Ouid.

CINNA poeta Catullo amiciſſimus, qui Smyrnam opus nouem annis elimauit. Catullus, Quintilianus, Suetonius, Seruius. *Procax*, Ouidius.

CIRCE Solis & Perſeidis, ſiue Perſæ filia, AEetæ ſoror, apud Ciceronem, Heſiodum, Homerum; Dionyſius verò Mileſius primo Argonauticon AEeta & Hecate Perſæ filia genitam aſſerit. Hæc poſt mortem Marica dicta eſt vt ait Seruius, Firmianus: Ex ea Vlyſſes filios genuit Agrium, Telegonum, Latinum regem, Anteam, Ardeam, à quibus vrbes in Italia nomen traxere, Rhomum, & filiam Caſſiphonem, authores Heſiodus, Stephanus, Lycophronis interpres. *AEæa, diues, Solis filia, Marica, dea ſæua.* quæ ſcilicet homines in varias ferarum formas verterẽt. *Laurens*, à Laurento oppido Latij. quod Plinius lucum Iouis indigetis appellat. Seruius Lauinum, & Lauinium, & Laurentum idem facit, Strabo Lauinium a Laurento dirimit, quandoque

queidem facit, tribus ſupra mare millibus id ſtatuens. Dionyſ. Halicarnaſ. tres facit populos in Latio; Lauinienſes, Laurentes, Lauiniatas. Porrò Latinus Circes filius Latij rex fuit. *Dædala*, Virgilius. à varietate rerum, & artificiorum, quum græcè δαιδάλλειν ſignificet variate. author Feſtus, à Dœdalo artifice, cuius opera ſenſibus prædita eſſe videbantur. vt ait Euripidis interp. ex Euripide, Cratino, Platone. *Vitrea*, Horat. aut pulchra aut procurato lucens nitore, aut mari vicina, vt exponit Acron. *Docta, Solis genus, apta mutare veteres figuras herbis vebcantu*. Tib. *Titanis*, propter Solem patrem, qui Titan appellatur. *Sole ſata, dira, Titonia, infamata*, Ouid.

CIRCENSES Ludi, de quibus in hæc verba Liuius diſſerit. Tum primum Circo, qui nunc maximus dicitur, deſignatus locus eſt, loca diuiſa patribus equitibuſque, vbi ſpectacula ſibi quiſque faceret fori appellati. Spectauere furcis duodenos ab terra pedes ſpectacula alta ſuſtinentibus pedes. Ludicrum fuit equi pugileſque ex Etruria maximè acciti, ſolemnes, deinde annui manſere Ludi Romani, magnique variè appellati. Quare autem magni dicti ſint, ita Aſconius exponit: Romani ergo ludi ſub regibus inſtituti ſunt, magnique appellati, quod magnis impenſis dati. Tunc enim primum Ludis impenſa ſunt ducēta millia nummû n. adeo magnos Ludos factos putant, quod cōſiliorum ſecretorum Deo. id eſt Neptuno dati, & magnis diis, id eſt Laribus vrbis Romæ dati ſunt, quibus aiunt raptas Sabinas. *Magni*, Virgil.

CIRCVS, *maximus, capax*, Ouid.

CISSEVS Thraciæ rex, Hecubæ pater, Euripides, Ennius, Pacuuius. *Thracius*, Virg.

CISTA, *caua*, Catul. *Leuis, conſcia occultis ſacris*, Tibul. hoc eſt Bacchi orgiis, quod & Catul. repetit.

Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis.

Hinc & Canephoræ Virgines Ciceroni, quæ Caniferæ latinè dicuntur. Canifera mulier, inquit Feſtus, eſt quæ Canum fert, id eſt quaſillum, quod eſt ciſtæ genus. Canephoræ virgines, vt ſcribit Suidas ex Philochoro, ſub Erichthonio rege primum inſtitutæ ſunt, vt caniſtris deferrent quæ ad ſacrificium ſolemniorum Mineruæ aliarumque pomparum attinebant. Meminit & Pauſanias.

CITHARA primum in Lydia inuenta, propter quod Aſia

dicta eſt, ab Aſia palude. Apollonij interpres. Citharam verò primus Mercurius inuenit.quemadmodum Lyram Apollo, vt refert Hyginus. *Liquida*, Lucret. *Caua teſtudo*, *Threicia*, Virg. propter Orpheum. *Imbellis*, Horat.

CITRIVM, quo primum in Media, ex quo Medicum malum appellatum eſt, inuentum eſt venena exagi ex membris, nec obeſſe ea quicquam poſſe iis qui comederint. Hoc Libyes Heſpericum, atque aureum malum appellant, ab Hercule in Græciã tranſlatum, authores Iuba, & Athenæus, Theophraſtus, Macrobius, etſi Seruius ex Apuleio id neget. Sunt qui illud Virgilij, *Aurea mala decem miſi*, de Citrio intelligant, ſunt & qui de Chryſomelis. de quibus ita Plin. His proxima amplitudine mala quę vocamus Cotonea, & Græce Cydonia ex Creta inſula aduecta. Incuruatos trahunt ramos, prohibentque creſcere parentem. Plura eorum genera, Chryſomela inciſuris diſtincta, colore ad aurum inclinato. *Fulgens*, *aureum*, Lact. *Felix malis*, Virg.

CITHAERON mons Thebis Bœotiis imminens. Plinius. Lactantius Firmianus ita ait. Sacra liberi patris primus Orpheus induxit in Græcia, primuſque celebrauit in monte Bœotiæ, Thebis vbi liber natus eſt proximo. Qui quum frequenter citharæ cantu perſonaret Cithæron appellatus eſt. Ea ſacra etiã nunc Orphica nominantur, quibus ipſe poſtea dilaceratus ac diſcerptus eſt. Lyſimachus vero Cithæronem Heliconis fratrem qui mutuis vulneribus occiderunt monti nomen dediſſe tradit. Duris verò tradit Citharam à Cithærone monte in quo Amphion canebat dictam fuiſſe. Alij prius Aſterium dictum tradũt, deinde Cithæronem, à Cithærone formoſiſſimo puero, qui quum Tiſiphonem furiam illius amore captam ſpreuiſſet, vnius è draconibus quos illa pro crinibus gerit afflatu interijt: & mõti in quo paſcebat nomen dedit. ex Plutarcho. *Nocturnum*, propter Bacchi orgia quæ noctu celebrabantur, vt diximus.

CLADES, *mortifera*, Lucret. *Triſtis*, Horat.

CLASSIS, *ærata* Virg. *Volucris*, Ouid.

CLASSICA, *trucia*, Horat. *Martia*, Tibull.

CLAVA Herculis, *trinodis*, *domitrix ferarum*, Ouid.

CLEOPATRA AEgypti regina, cuius amore ductus M. Antonius poſt deuictos Parthos quaſi bene geſtis rebus in regio ſinu ſe reficiebat. AEgyptia mulier ab ebrio imperatore pretio libidinum Romanum imperium petiit: promiſit Antonius. Ita-

que in

que in patriam pugnaces naues quingentas duxit, peditum millia centum, equitum millia 22. Antonio igitur circa Actium Epiri promontorium naues habente Cæſar Auguſtus illuc duxit naues bellicas 250 peditum 80. millia, equitum ferme parem Antonio numerum. Pugnatum eſt contra eum & Cleopatram ab Auguſto, prima dux fugæ regina cum aurea puppe, veloque purpureo in altum ſe dedit. mox ſecutus Antonius, ſed inſtabat veſtigiis Cæſar, demum vſque in Alexandriam perſecutus eſt. qua capta Antonius mortem ſibi ipſi conſciuit. Cleopatra quoque iuxta ſuum Antonium admotis ad venas aſpidibus ſic morte quaſi ſomno ſoluta eſt. Et hic finis armorum ciuilium fuit. Plutarchus, L. Florus. *Coniux*, *AEgyptiæ*. Virg. *Meretrix regina Canopi*. Propertius.

CLEONAE mediocre oppidū Bœotiæ in via ſitum quæ ex Argo Corinthum ducit, & in tumulo frequētibus habitato incolis muros perpulchros habente. Quo circa poeta mihi proprie dixiſſe videtur, *Mœnibus pulchris excelluiſſe Cleonas.*
Hic ſilua ſurgit Nemæa inter Cleonas & Phliuntem, in qua Argiui ſacra celebrare conſueuere Nemæa. Ibi quoque quæ de Nemæo leone geſta fabulis prodita ſunt. Et Belbina eſt pagus. Diſtant autem Cleonæ ab Argo quidem ſtadiis centum & viginti, à Corinto verò ſtadiis octuaginta. Hæc apud Strabonem, *Humiles*, Ouid.

CLITVMNVS Meuaniæ amnis, quæ pars eſt Vmbriæ. Seruius. In Faliſco inquit Plin. Clitumni aqua potata candidos boues facit. *Sacer*. Virg. propter albos tauros in eo lotos qui Ioui Capitolino mactabantur. Seruius. *Formoſus*. Propert.

CLIVVS, *mollis*. Virgilius.

CLIPEVS, *ardens, leuis, fulgens*, *Argolicus*. Virg. quo verbo magnitudo exprimitur, vt ait Seruius, aut fortaſſe Argiuum Clypeum reſpexit, qui apud Argiuos ſacer erat clauis affixus vt facilè detrahi non poſſet. vnde prouerbium in faſtuoſos: Tanquam argiuum Clypeum abſtulerit gloriatur. Zenodot.

CLYTAEMNESTRA ex Leda Theſtij filia, & Tyndareo Oebali filio nata. quam Tragici tradunt textam ſine exitu Agamemnoni tribuiſſe, hiſque implicitum aggrediente AEgiſtho fuiſſe peremptum, Ouidius, Iuuenalis, Euripides, Homerus, Hyginus. *Coniux infanda*, Virg. *Tyndaris*, Ouid.

CNIDVS inſula in Caria, ex qua viri memorabiles

Quo factum eſt, v Syrij columbam vt deam colant, immortalem reginam arbitrati. *Veneris dominæ volucres, torquatæ.* Proper. à pluma quæ collum columbarum in modum coronæ ambit, vt canit Lucretius:

Pluma columbarum quo pacto in Sole videtur,
Quæ ſita ceruicem circum collumque coronat.
Namque alias fit vti claro ſit rubra Pyropo,
Interdum quodam ſenſu fit vt videatur
Inter ceruleum virides miſcere Smaragdos.

Trepidæ, placidæ, Cythereiades, Thisbeæ, à Thisbe Bœotiæ vrbe, quam Homerus πολυτρήρωνα appellat. *Alba, Chaones.* Ouidius.

COLLVM, *candidum, lacteum*, Virgilius. *Eburneum, altum, teres*, Ouid.

COLLIS *apricus, apertus, ſupinus, canus, altus, curuus, celſus, durus*, Virg. *vmbroſus, pomifer*, Ouid.

COLVMNAE, *Phrygiæ*, Tibul. Nam, vt Strab. perhibet, Synnada vrbs eſt Phrygiæ non magna, ante quam planicies iacet oleis conſita, 60. ferè ſtadiorum, vlterius eſt Docimia vicus, & Synnadici lapidis lapidicifodina, ſic enim eum Romani appellant, indigenæ verò Docimeten & Docimeam. Vena in initio paruas glebas emittebat, nunc propter maximos Romanorũ ſumptus columnæ integræ & ingentes extrahuntur, & varietate alabaſtritæ lapidi proximæ, quare multa huiuſmodi onera ad mare deuehuntur, & columnæ & lapideæ tabulæ magnitudine ac pulchritudine admirabiles Romam deferuntur. *Tænariæ*, Strabo ait, ſunt & Laromiæ, id eſt lapidicinæ pretioſorum lapidum Tænariorum. Tænarus verò Laconicæ regionis promõtorium. Laconicũ marmor Pli. quoque commendat, quod erat pretioſum viridi colore. *Pæne*, Proper. hoc eſt ex marmore Numidico factæ, quod fuit antiquitus laudatiſſimum, ex quo limina in domo primus Romanorum poſuit M. Lepidus, vt ſcribit Pli. & hoc primum inuecti Numidici marmoris veſtigium inueniſſe ſe refert. Cæterum Numidiam Libyæ partem eſſe quis neſcit. *Sublimes, rigidæ*, Ouid.

COLOR niger, *Memnonius*, Ouid. à Memnone æthiope.

COMETAE, de quibus ita Plin. Cometas græci vocant, noſtri Crinitas, horrentes crine ſanguineo, & comarũ modo in vertice hiſpidas. Fit candidus Cometes argenteo crine ita refulgens

fulgens, vt vix contueri liceat, itemque, Terrificum magna ex parte ſidus eſt, atque non leuiter piatum, vt ciuili motu Octauio Conſule. *Diri, ſanguinei*, Virgilius. *crines ſlammiferi, comantes*, Ouid.

COMPAGES, *arctæ*, Virg.

COMPEDES, *duræ, validæ*, Tibul.

CONCORDIA, *fœlix*, Proper. *mitis*, Ouid.

CONNVBIA, *læta*, Lucr. *ſtabilia*, Virg.

CONVIVIA, *lauta*. Catull. *læta*, Tibull. *Dulcia, candida*, Prop. *vinoſa*, Ouid.

CONVIVA, *auidus, lætus, comis*, Hor. *Dulcis*, Proper.

CONCHA, *capax*, Horat. *lucida*, Tibullus. *Inda*, Aelianus, Conchylia, inquit, maxima in Taprobane & India. *Erycina*. Proper. à Venere Erycina qui concha ſacra eſt, vt ait idem Aelianus. & Pli. ſcribit conchas coli apud Venerem Cnidiorum. Ideo autem Veneri ſacra dicitur, quia Venus ex ſpuma maris orta concha in Cythera primum deuecta perhibetur. Feſtus. *Cytheriaca*, Prop, *caua, leuis*, Ouid.

CONCHYLIA, *Lucrina*, Hor. oſtrea intelligit. Scribit enim Strab. Lucrinum ſinum oſtreis captandis vberrimũ. Sergius Orata primus optimũ ſaporem Oſtreis Lucrinis adiudicauit, eiuſque exemplo in Lucrino compaſcebantur, author Plin.

CONTAGIA, *mala, dira*, Virg.

CONTVS, *durus*, Virg.

CONSILIVM, *arcanum, lene*, Horat.

CONTVMELIA, *grauis*, Horat.

COPIA, *larga*, Virg *faſtidioſa, aurea*, Horat.

CORNVA, *rauciſona*, Lucret. *Camura*, id eſt curua, Feſtus, Seruius, Nonius. *Solida, rauca*, Virgil. *Alta, adunca, flexa, rigida*, Ouid.

CORONAE, quæ etiam corollæ & ſerta nominãtur, quas primus mortalium Prometheus habuiſſe fertur, vt ſe victorem impunè peccaſſe diceret. Itaque homines in maxima lætitia victoreſque coronas habere conſtituerunt. Id in exercitationibus & conuiuiis perſpicere licebit. Ex Hygino. *plexæ*, Lucr. *floridæ*, Catul. *Virides, variæ, molles*, Virg, *floreæ*, Tibul. *florentes, geniales, odoratæ, futiles, teneræ*, Ouid.

CORONA ſidus, quæ exiſtimatur Ariadnæ fuiſſe, à Libero patre inter ſidera collocata. Dicitur enim in inſula Dia cum

Ariadna

Ariadna Libero nuberet, hanc primum muneri accepiſſe, à Venere, cum omnes Dij in eius nuptiis dona conferrent. Fertur autem à Vulcano facta ex auro & Indicis gemmis, per quarum fulgorē Theſeus exiſtimatur de tenebris labyrinthi ad lucē veniſſe. Alij aliter diſſeruere vt exponit Hygin. *aurea*, Catul. *ardens*, *Cnoßia*, propter Ariadnam Cretenſem, Virg *Torta*, Prop. *clara*, Ouidius.

CORNIX, *rauca*, Lucr. *improba*, Virg. *annoſa*, 400. enim annos viuit, vt ait Orus Apollo. *vaga*, Hor. *garrula*, Ouid.

CORVVS ſub Apollinis tutela conſtitutus, Hyginus, Heſiodus. *Oſcen*, Horat. Oſcines, inquit Varro, dicuntur apud augures quod ore faciunt augurium. *Loquax*, nam mira eſt docilitas coruorum, vt ait Plin. hiſtoriamque refert de eo coruo qui ex nido ſupra ædem Caſtoris ad forum in proximam ſutrinā euolabat, illic ſermoni aſſuefactus omnibus matu inis Tiberiū, Germanicum, Druſum, Cæſares nominatim ſalutabat; mox populum Romanum tranſeuntem. *Phœbeius ales*, Ouid.

CORNVS ſpecioſa & fortis arbor, quæ fructum magnitudine oliuæ fert oblongum, à principio viridem, cum maturuerit rufum aut ceræ colore. Ea eſt ſpiſſiſſima arborum; montes amat. Dioſcorides, Plin. *Bonabella*, Virg.

CORNA, *lapidoſa*, Virg. *Autumnalia*, Ouid.

CORYLVS, *edura*, Virg. *Fragilis*, Ouid.

CORTEX, *liber*, *tenuis*, *rugoſus*, *mollis*, Ouid.

CORVS ventus ab occaſu ſolſtitiali, qui & Caurus & Argeſtes dicitur. Plinius. & vt Vegetio placet, Libanotus. *Hibernus*, Virgilius.

CORYMBI, *grauidi*, Ouid.

CORYNNA poetria Lyrica, ortū Thebana, vel Tanagræa, Achelodori, & Procrariæ filia. Suidas. Pauſanias in Phocicis. *antiqua*, Proper.

CORINTHVS vrbs Peloponeſi, à Corintho Iouis filio. Ephyra prius dicta, ab Ephyro Myrmecis & Epimethei filio, vel vt alij Amaracis, author Stephanus, vt Pauſan. & Apollonij interp. placet, ab Ephyra Epimethei filia, vt Eumelo; ab Ephyra Epimethei vxore, & Tethyos filia. *Bimaris*, Horatius. quoniam Iſthmos Peloponeſſi promontorium, vbi ſita eſt ab altero latere Ionio, ab altero Aegæo mari abluitur. Solinus, Strabo, Pli. *ære nobilis*. Ex illa antiqua gloria Corinthium æs maximè

 laudatur,

laudatur, vt ait Plinius. Erantque Corinthi plurima opera ære elaborata, author Strabo. *Pirenis*. Ouid. à Pirene fonte.

CORCYRA in Ionio mari, à Corcyra Aſopi amnis filia, Scheria prius dicta, Phæacia quoque appellata à Phæace Neptuni & Corcyræ filio, Strabo, Stephan. Diodorus, Pauſanias in Corinthiacis, *Phæacia tellus* Tibullus.

CORALLI Æmi Thraciæ montis accolæ, Strabo. *Flaui*, Ouidius.

COROEBVS Mygdonis filius à quo Phrygi Mygdones appellati, ad Troiam Caſſandræ amore profectus, Quem Zenobius, & Suidas adeo vecordem fuiſſe aiunt, vt maris vndas enumeraret, indeque natum adagium. Stultior Corœbo. Eum à Pyrrho interfectum plerique tradidere. Leſcheus verò poeta à Diomede, Pauſanias in Phocicis, Quintus Calaber. *Mygdonides*, Virgilius.

CORONIS Phlegiæ Theſſaliæ regis filia, ex qua Aeſculapium natū antea demōſtrauimus, refertur etiā à Pauſa. in Corinthiac. reſpōſū Delphici Apollinis Apollophani Arcadi viro datū. ὦ μέγα χάρμα βροτοῖς βλαςὼν ἀσκλήπιε πᾶσιν ὃν φλεγυηΐς ἔτικεν ἐμῇ φιλότητι μιγεῖσα ἱμερόεσσα κορωνὶς ἐνὶ κραναῇ ἐπιδαύρῳ. Ariſtides tamen ex Leucippo Amyclæ Lacedæmonis filio natam ſcribit. Ex ea Apollo Eriopida filiā quoque ſuſcepit, vt refert Aſclepiades. Coronim præterea Bœbeida lacum Laceriam Theſſaliæ vrbem alluentem incoluiſſe teſtes ſunt Pindarus in Pythiis, & Pherecydes in primo. *Lariſſæa*, Ouid.

COSTVM quod Græci & Romani pariter coſtū dictum, Primam habens bonitatis æſtimationem ex Arabia allatū, candidum, leue, plurimo & eximio odore. Secundæ bonitatis Indicum eſt, ſpecioſum, nigrum, & ferulæ modò leue. Tertium Syriacum, ponderoſum, colore buxi, odore ſenſum tentans. Probatiſſimum omnium eſt recens, candicans, vndique plenum & denſum. quod itidem arida ſoliditate ſit, nullas teredines ſenſerit, nec vinoſo odore ſentiatur, feruido & erodente guſtu. Dioſcorid. author. *Achamenium*, Hor. Nam, vt ſcribit Plin. Perſarum eſſe debet gentis vnguentum, ſed Parthi eo madent. Achæmenes autem fuit primus rex Perſarum. *Molle*, Proper.

COS inſula Cariæ appoſita, Rhodo proxima, ab Eurypylo Neptuni & Chalciopes filio regnata, quam Hercules vnà cum

Telamone

Telamone ex Ilio rediens expugnauit: & Chalciopen Eurypyli filiam in matrimonium aſſumpſit: ex eaque Theſſalum genuit ex quo Philippus & Antiphus. Illuſtrauit eam vel vnus inſignis alumnus Hippocrates. authores Steph. Strab. Homer. Pindar. & vtriuſque interp. *Vrbs Eurypyli*, Ouid.

COSYRA inſula in medio ſpatio Carthaginienſis ſinus ex aduerſo Siciliæ, author Strab. item alibi Medio ſpatio Lilybæi Siciliæ promontorium, & Clupeæ Carthaginienſis oppidi Coſyram haberi tradit. *Sterilis*, Ouid.

COTES laudatiſſimæ in Naxo inſula, Pindarus in Iſthmiis, φαίης κάι νιν ἄνδρ' ἐν ἀθλητῇσιν ἔμμεν ναξίαν πέτραις ἐν ἄλλαις. *Duræ*, Virgil.

COTHVRNVS, *Sophocleus*, Virg. à Sophocle diuino Tragediarum ſcriptore. Hic Sophili filius Athenienſis Colonis oriundus natus eſt circa 73. Olympiadem, Apis ob dicendi dulcedinem cognomentum meruit. Scripſit Elegias & Pæana, Fabulas docuit numero 123 & vt quidam voluere multo plures: victorias 24. adeptus eſt. Hunc non nulli nuntio Tragicæ victoriæ, alij acino vuæ ſuffocatum interiiſſe tradunt Lucian. Sotades, Suid. *Cecropius* Horat. hoc dicit propter Theſpim Athenienſem qui primus Tragedias ſcripſit, ad quas agendas plauſtro circa ciuitates agebatur. vnde Horat. ita ait.

> *Ignotum Tragicæ genus inueniſſe camœnæ*
> *Dicitur, & plauſtris vexiſſe poemata Theſpis.*
> *Quæ canerent agerentque peruncti fecibus ora.*

Alij hunc non primum tragœdias ſcripſiſſe volunt, ſed decimũ ſextum eſſe ab Epigene Sicyonio qui primus tragœdias fecerit. Alij ſecundum ab Epigene eſſe contendunt. docuit autem prima ex 60. olympiade, Plutar. & Suidas. *AEſchyleus*. Prop. ab AEſchylo poeta, de quo ita Horatius.

> *Poſt hunc perſonæ, pallæque repertor honeſtæ*
> *AEſchylus, & modicis inſtrauit pulpita tignis.*
> *Edocuit magnumque loqui, nitique Cothurno.*

Fuit autem Athenienſis, filius Euphorionis. Certauit olympiade 9 quum eſſet annorũ 25. ſcripſit Elegos, & tragœdias 90 Victoriis 18. potitus eſt. Habuit filios Tragicos duos Euphorionem, & Bionem. Ad extremum in Sicilia iuxta Oelam teſtudinis ictu interiit è ſublimi ab aquila deiectæ, annos natus 58. Ex Suida, Plinio, Plutarcho.

COTISON

COTISON Getarum rex, cui Auguſtus Cæſar Iuliã deſpondit. quo tempore ſibi quoque inuicem filiam regis in matrimonium petiſſet. Suetonius. *Dacus*, Horat.

COTYTIA ſacra apud Edonos Thraciæ populos, quibus nomen dedit Cotys dea turpium præſes, quæ cum apud Corinthios, tum apud Edonos colitur, inde ſunt Cliſthenæ & Timarchi, & quicumque lucri gratia formam colunt ad infandã libidinem, ſicut effœminati, & capillum tingentes vniuerſi, Strabo, Suidas, AEſchylus. *Sacrum Liberi Cupidinis*, Horat.

CRABRO, *aſper*. Virgilius.

CRATER ſidus in medio Angue, caudam Anguis Coruus appetit roſtro, neque poteſt iuxta accedere vt bibat. fabulam habes apud Hygin. Germ. Cæſarem, Arati int. *Inauratas*, Ouid.

CRATES, *viminea, arbutea*, Virg. *Textæ*, Horat.

CRATHIS, amnis Calabriæ, Strabone, Plinio, Vitruuio, Pauſania. Nomen tranſtulit ab illo qui eſt in Achaia, de quo Herodotus, AElianus. Strabo, Plin. *Piſcoſus*, Ouid.

CRATINVS veteris Comediæ poeta, Athenienſis, Callimedis filius, vino, & puerorũ amoribus deditus fabulas 21. ſcripſit. Victorias 9. reportauit. Author. Suid, & Ariſtop. *Priſcus*. Hor.

CRAGVS ſiue quod idem eſt, Gragus, Lyciæ mons, cui ex aduerſo mons alter Anticragus, à Crago Tremileti & Praxidices nymphæ filio, vbi & deorum ſilueſtrium ſpecus poetæ celebrant, ex Strabone, Ptolemæo, poeta Dionyſio, Pomponio, Plinio. *Viridis*, Horatius.

CRETA inſula in Ionio mari à Crete Iouis & Idææ nymphæ filio, vt alij à Creta vna Heſperidum. Sunt qui à Crete viro terrigena dictam putent authore Stephano. Alij tradunt, vt ait Diodorus, Ammonem à Saturno expulſum in Cretam veniſſe vbi Curetes regnabant. Ibi regis filiam Cretam nomine quum cœpiſſet vxorem, regno ſumpto inſulam antea Idæam dictam ab vxoris nomine appellaſſe. Vt verò Martianus Capella tradit, ei nomen dedit Curetum rex Cretes, à quo Creta primum, mox Curetis nuncupata, deinde propter Cœli temperiem Macaronesos. Homerus in Iliade ἑκατόμπολιν appellat, in odyſſea verò ἐν ἐννηκοντάπολιν, ex hiſtoria quã ſcribit eius int. Leucus enim Cretenſium Rex vt reliquis quoque terrori eſſet, decẽ vrbes funditus deleuit. Cretea itẽ Arcadiæ locus eſt prope nemus Apollinis Parrhaſij, vbi Iouem educatũ Arcades affirmant. Pau-

ſanias

ſanias in Arcadicis. *Cnoſsia regna, Dictaea arua*, ab eius inſulę promontorio Dicte. Reprehenditur à Strabone Aratus qui Dictum vocat, & Idæ proximum ſtatuit. Nam Agathocli fœminino tantum genere Dicten dici placet, à τίκτω verbo græco quod eſt parere, quod illic Iouem deum mater edidit, aſſertione Cretenſium de Iouis puerperio audacter cum Arcadicis contendentium. *Minoia arua, antiqua ora Curetum*. Virg.

CRETENSIS, *Cnoſius*, Catull. *Dictaeus, Gortynius*. Virgil. *Cnoſsiacus, Lyctius*. Ouid. à Lycto Crete vrbe, quæ à mari Africo ſtadiis octoginta diſtat. authores Strabo Plinius.

CRETA terræ genus, *tenax*; Virg. *humida*, Horat.

CREVSA Creonthis Corinthiorũ regis ſiue Hippotæ filio Iaſonis Medea deſtituta vxor, quam alij Glaucen appellant, Euripides, eiuſque Int. Diodorus, Athenæus, *Pellex*, Horat. *Ephyrea*; Ouid. antea diximus Corinthum Ephyram nominatam.

CREON Corinthiorum rex, apud quem Iaſon decem annis commoratus eſt, vt latius ſcribit Diodorus. Corinthi regnauit Bellerophon, deinde Lycæthus, tum Creon, poſt hunc Hippotes, poſtmodum Medea vt ait Eurip. Int. *Magnus*, Horat.

CREPVSCVLVM, *opacum, obſcurum*, Ouid.

CREMERA fluuius, apud quem trecenti & ſex Fabij à Veientibus occiſi ſunt. Liuius, & cæteri. *Rapax*, Ouid.

CRIBRVM, *rarum*, Ouidius.

CRIMEN, *noxium*, Virg. *Dirum*, Ouid.

CRINALE, *curuum*, Ouidius.

CRISTAE, *terrificæ*, Lucret. *Comantes*, Virgil.

CROCVS flos, Cereri ſacer apud Sophoclem in Oedipo Colonæo, & Niobe, probatiſſimus in medicinæ vſu Corycius ex Cilicia eſt, recens, qui coloris ſui bonitate rubet: & exiguo in capreolis candore eſt, qui itidem longus, integer, friabilis, ſqualidus, & ſine vnguine, plenus, & quum madeſcit manus inficiens, qui tandem catiem non ſenſerit, humeſcatque, odore iucundo, & leni acrimonia ſit: qui enim talis non erit, aut intempeſtiue lectus fuit, aut ætate bonitatem amiſit, aut maduit. Secundæ bonitatis à Corycio Ciliciæ Croco eſt, qui ex agro ad Lyciam, & ex olympo Lyciæ monte affertur. Tertiæ deinde qui ex AEgis AEtoliæ vrbe, ex Dioſcoride. *Cilix*, Lucretius. *Rubens*, Virgilius. *Corycius*, Horatius. *Solemnis*, Propertius. Crocus vino mirè congruit, præcipuè dulci tritum. quo priſci vteban-

vtebantur ad theatra replenda, vt docet Plin. Et ſcænam Croco profundi ſolitam indicat Lucret. illo verſu:

Et quum Scæna Croco Cilici perfuſa recens eſt.

Itemque Ouidius:

Nec fuerant liquido pulpita rubra Croco.

Ruber, tenuis, puniceus, Ouid.

CROCODILVS quadrupes malum, & terra pariter & flumine infeſtum. hunc Nilus habet, vt ſcribit Plin. Orus, Apollo, Diodorus, Herodotus. Nomē habet, ἐκ τοῦ κρόκου καὶ δειλὸν eo quod crocum fugiat timeatque: quod melle conficientes in Aegypto ſternunt ne mel abſumant crocodili, quoniam mirum in modum eo delectantur. hæc apud Etymologicon magnum leguntur. *Pharius*, Ouidius. à Pharo olim Aegypti inſula contra Nili hoſtia.

CROESVS Lydorum rex Alyattæ filius, cuius opulentia apud græcos in prouerbium abiit, præſertim nobilitata dicto Solonis, quemadmodum apud Romanos M. Craſſi, cui cognomentum etiam diuitis additum eſt. Herodot. Suid. Iuſtinus, Plinius. *Lydus*, Proper. *Diues*, Ouid.

CRVOR, *craſſus, ater*, Virg.

CRVCIATVS, *ager*, Ouid.

CRVX, *dura*, Ouid.

CRYSTALLVS, *aquoſa*, Propertius.

CVCVMIS, *tortus per herbam*, Virg. *Cæruleus*, Properti.

CVCVRBITA, *tumida*, Propertius.

CVLMINA, *ſumma, alta*, Virgilius.

CVLMVS, *fragilis, leuis*, Virgilius.

CVLTA, *pinguia*, Virgilius.

CVMAE vrbs in Campania, vetuſtiſſimum Chalcidenſiū, & Cumæorum ædificium, antiquitate enim cunctas & Siciliæ, & Italiæ vrbes antecellit. Ipſius autem claſſis ductores Hippocles Cumæus, & Megaſthenes Chalcidenſis inter ſe pepigere vt horum quidem colonia fieret, horum autem appellatione nominaretur. Qua ex re Cumæ appellantur. A Chalcidenſibus tamen conditum putatur. Oppidum ſuperioribus annis fortunatius erat. Nonnulli Cumas ob κύματα id eſt fluctus nomen duxiſſe memorant. Litus enim proximum frequentibus abundat tergoribus, quibus illæſæ feruntur vndæ, authores Strabo, & Plin. *Euboica vrbs*, Ouid. Nam Eubœa inſula eſt in Ionio mari

mari auulſa Bœotiæ, & à modico interfluente Euripo. Vrbibus clara quondam Pyrrha, Porthmo, Cerintho, Oreo, Dio, AEdepſo, Ocha, Oechalia, nunc Chalcide, vt Plin. refert.

CVMINVM, *exangue*, Horat. *Tenerum*, Ouid.

CVPIDO, *cæca*. Lucret. *Dira, inſana*, Virgilius. *Sordida, praua* Horatius.

CVPIDO, deus In verbo Amor.

CVPRESSVS, arbor quam græcos imitati poetæ frequẽter Cypariſſum vocant, notior cunctis quam oporteat nos de ea longius agere. In hanc arborem Ouid. Cypariſſum puerum mutatum refert, Conſtantinus verò Cæſar Eteoclis filias. *Aeriæ*, Catull. *Idæa*, ob id quod Plin. ſcribit. Maximeque in Idæis montibus, & quos Albos vocant, ſummiſque iugis, vbi niues nunquam abiunt, plurima. *Conifera, funerea*, nam, vt ait Plin. Natu eſt moroſa, fructu ſuperuacua, baccis torua, folio amara, odore violenta, ac ne vmbra quidem gratioſa, materie rara vt pene fruticoſi generis. Diti ſacra, & ideo funebri ſigno ad domos poſita. *Feralis, vtile lignum domibus*, Virgilius. *Inuiſa, funebris*, Horatius. *Acuta*. Ouidius.

CVRAE, *acres, ſequaces, triſtes, pauidæ*. Lucret. *Spinoſæ*, Catull. *Graues, duræ*, Virg. *Edaces, atræ, ſagaces*, Horat. *Durum genus, turpes*, Tibull. *Vigilantes, vigiles, damnoſæ, ſollicitæ, prouidæ, ſollertes, auaræ, languidæ*, Ouidius.

CVRES, Sabinorum vrbs opulentiſſima, Tatij patria, Plutarchus, Feſtus, *Parui*, Virgilius.

CVRII *viri Romani, numero tres*, Liuius. *Mares*, Horat.

CVRETES, qui à Græcis Idæi Dactyli appellantur, quos nonnulli Cabiros, Corybantas, & Telchinas eſſe volunt, Ioue, & Iunone nati, vt ſcribit Euhemerus: vt Steſimbrotus Ioue & Ida, vel ex puluere quem Iouis nutrices ipſius Dei monitu poſt tergum iecissent, vt alij Apolline & Danaide Creſſæi filia, vt alij ex AEgeſtio & Ida filia. Hi primum ferrum excudere cœperunt, eam artem à deorum matre edocti. Quos alij in Creta, alij in Euboea, alij in Samothracia, alij in Phrygia Iouem nutriuiſſe ſentiunt, ij ne vagitu puer ſeſe proderet, excogitato nouo luſus genere clypeolis æneis inter ſe concurrentes, gris tinnitu atque numeroſi pedis compoſitione, qui Dactylus ab eis dictus eſt, Saturnum celauerunt. Primi quidem qui memoria tradantur in Creta circa Idam habitarunt. Hos quidam centum numero fuiſ-

fuiſſe tradunt, alij decem, qui eo nomine vocati ſunt ob parem numerum manuum digitorum. Volunt nonnulli Idæos dactylos ex Ida quæ eſt in Phrygia extitiſſe. in Cretenſi verò hiſtoria Curetes Iouis educatores nuncupātur, quidam cuſtodes è Phrygia tranſmiſſos in Cretam ab Rhea volunt. Quidam Curetes Idæorum Dactylorum propaginem faciunt. Ex authoribus, Strabone, Diodoro, Lycophronis & Apollonij interpr. Plutarcho. *Phrygij, Dictæi*, Lucr.

CVRRVS, *axis, volans*, Virg. *volucer*, Horat. *Leuis*, Tibullus. *citus, altus, habilis*, Ouid.

CVRSVS, *rapidus*, Virg. *properus, volucer*, Ouid.

CVRVAMEN, *orquatum*, Ouid.

CVSTOS, *vigil*, Ouid.

CVSTODIA, *ſollers*, Virg. *vigil*. Ouid.

CVSPIS, *acuta*, Virg.

CYANE nympha, ab Anapo dilecta, & in fontem ſui nominis mutata, qui iuxta Syracuſas labitur, quique non virili ſpecie, ſed mulieris ore colebatur, Proſerpinæ ſacer, Diodorus, Plutarchus, Aelianus, Ouidius. *Inter Sicelidas pulcherrima nympha*, Ouidius.

CYATHI, *commodi*, Horat.

CYBELE Cæli Terræq; filia, vt canit Heſiod. nomē habet à græco verbo κυβιςᾶν quod eius miniſtri Galli per furorem caput rotantes oracula edebant, κυβιςᾶν enim propriè in caput ſaltare, quod in ſanis & diuino furore repletis contingit, author Suidas & Apollodorus. κύβον quoque; ſi Feſto credimus, Græci furorem vocant. Capella tamen ait Cybele nomē datum ἀπὸ τȣ̃ κύβου, id eſt à cubo, quod ſit eius numini dicatus. Eſt autem Cubus quum omne latus eiuſdem numeri æqualiter in ſe ſoluitur. Alij à Cybelis montibus Phrygiæ, vbi præcipuè colitur, dictam volunt, vt ſcribunt Suidas & Feſtus, vt Diodorus, à Cybelo Phrygiæ monte vbi Cybelen natam fabulis proditū eſt. Sed & Mæcenas, vt ex Probo didicimus Cybelen montium deam vocat lepidiſſimo illo carmine. Ades, inquit, ô Cybele montium Dea, Ades, & ſonante tympano quare flexibile caput: latus horreat flagello, comitum chorus vlulet. Hæc & Rhea dicitur, vt apud Diodorum, Suidamque ἀπὸ τȣ̃ ῥέειν, id eſt fluere, quód terra affluens ſit omnium rerum. Itemque ops, Tibullo

bullo, Varroni, Feſto; quia omnes opes terra humano generi tribuit, vnde opulentus, & opimus dicti, vel quia hic omne opus, & hic opus ad videndum. *Magna Deum mater.* In cybele Tellurem repreſentari vetuſtas exiſtimauit, cuius rei author eſt Lucretius. Ideo Cybele deum mater credita eſt, quoniam tellus hominum ſedes eſt, quorum opinione Dij conſtant. Siue quod Iupiter, & quicunque pro numinibus habentur, mortales certe, terræque alumni fuerunt, & à ſuis quiſque propter merita in cęlum relati. Quod Euhemerus, Varro, Cicero, Senecaque fatetur. *Mater ferarum, magna mater, Idea.* Lucret. Strabo. Simpliciter verò Phryges, Troeſque prope Idam habitantes Rheam præcipuo venerantur honore, eius orgia frequentantes. *Domina Dindymi, Dindymena, dea magna.* Catullus. *Cultrix Cybeli, Magna deû genitrix, mater Berecyntia.* Nominantur præterea, inquit Strabo, quædam Phrygiæ nationes quæ nunc nuſquam extant quemadmodum Berecyntes. Poteſt etiam Berecyntia dici à Berecyntio phrygiæ monte, quem Marſyas flumen alluit, cui Berecyntius primus Cybeles ſacerdos nomen dedit Authore Plutarcho. *Turrita,* quæ coronam turribus inſignem geſtat, nam ſic eam vetuſtas effinxit, quod eadem tellus credebatur, quæ turribus munitas vrbes ſuſtinet quod Lucr. ita declarat.

Muraliq́ue caput ſummum cinxere corona,
Eximiis munita locis quod ſuſtinet vrbes.
Quo nunc inſigni per magnas prædita terras
Horrifice fertur diuinæ matris imago.

Phrygia Virg *Sancta alma parens, dea turrigera, magna parens, cœleſtium mater, genitrix fœcunda deorum, dea priſca.* Ouid.

CYBELE vrbs Phrygiæ, in qua Cybelum delubrum. Strabo, Stephanus. *Viridis.* Ouid. hoc eſt nemoroſa.

CYGNVS auis, qui latine Holor. *Candidus, argutus, niueus, candens, albus, auis litorea, ſonans,* Virg. *Canorus,* Horat. *Cayſtrius ales.* Cycnorum multitudo traditur ſtabulari in ripis Meandri, & Cayſtri, ad Aſiam paludem; Perguſam, & Padum, Homero, Propertio, Ouid. *Volucris fluminea, auis Phaethontis, fluminens, innocuus,* Ouidius.

CYCNVS ligurum rex Stheneli filius, qui ob interitum Phaethontis dolore abſumptus in auem ſui nominis conuerſus eſt. Pauſanias in Atticis. Ouidius, Virgilius. *Stheneleia proles,* Ouidius.

CYCNVS inuulnerabilis, a candore cognomen adeptus, vt ſcribit Hellanicus, Scamandrodices, vel Harpales, & Neptuni filius, vt Pindari, & Lycophronis interpretes tradunt, vt Theocriti, Neptuno & Cæyce natus, de qua Ouidius.

Lucidaq́ue Alcyone, Cæiceq́ue, & Antione nata.

Hic filium ſuſcepit Tenem, cuius ex nomine Tenedus inſula dicta eſt, & filiam Leucotheam, quibus deinde Phylonomen, vel, vt quidam, Polybæam nouercam ſuperduxit, quæ Tenis amore capta eſt, vt latius Lycophr. & Homeri interpres proſequitur. Fuit etiam alter Marte, & Pelopea genitus, ab Hercule interfectus, vt refert Pindari, & Ariſtophanis interpres. *Proles, Neptunia*, Ouidius.

CYCLADES inſulæ ex AEgæo mari poſitæ. ideo Cyclades dictæ, quia Delo inſulæ, quæ illarum media eſt, in circuitú poſitæ ſunt. Strabo, Plin. *Sparſæ per æquor.* Virgil. *Nitentes*, hoc eſt ſpumoſæ, ob multos ſcopulos, vel, vt Acron interpretatur, longe apparentes. *Fulgentes*, Horatius.

CYCLOPES famuli Vulcani, ad quos omnia fabrilia opera quæ admirata eſt vetuſtas retulit, Theſſali generis homines fuerunt, vt ait Deilochus. Hos Heſiodus tres memorat, Cœli Terræque filios, Aſteropen, Bronten, & Argen, qui Virgilio Pyracmō, Ouidio Acmonides & Cyclopás appellatos ait, quod vnus ſingulis oculus, & is in media fronte circinatæ rotunditatis erat. Strabo verò Cyclopas & Tyrinthen muniſſe, & ſeptem fuiſſe hiſce verbis teſtatur. Tirynthen ſane ad excurſiones faciendas arcem vſurpaſſe Proetus videtur: & eam Cyclopum opera atque arte mœnibus cinxiſſe. Ij ſeptem erant numero, quos Gaſterochiras, id eſt ventrimanos, vt ita dicam, appellabant quoniam ſuo alebantur artificio. Hos Apollo ſagittis interfecit, quia fulmen Iouis quo AEſculapium interfectum traditum eſt, fecerunt. author Hyginus. *Immania monſtra, infandi, vaſti, AEtnæi fratres*, quod ipſe Virgil. his carminibus exponit.

Inſula Sicanium iuxta latus, AEoliamq́ue
Erigitur Lipare, fumantibus ardua ſaxis.
Quam ſubter ſpecus & Cyclopum exeſa caminis
Antra AEtnæa tonant.

Alti, horrendi. Virg. *Agreſtes*, Horat. *Immanſueti*. Ouidius.

CYDNVS amnis Ciliciæ, à Cydno Anchiales filio. Alij à candore dictum putant, quoniam quicquid candidum eſt, Cyd-

num

num gentili lingua Syri appellant. Eſt enim non ſpatio aquarum, ſed liquore memorabilis, quippe leni tractu è fontibus labens ſolo puro excipitur, nec torrentes incurrunt qui placidè manantis alueum turbent. Itaque incorruptus, idemque frigidiſſimus, quippe multa riparum amœnitate inumbratus, vbique fontibus ſuis ſimilis in mare euadit. Q Curtius, Strabo, Stephanus, Solinus. *Tacitus, lenis, Cæruleus, placidus.* Tibullus. *Lucidus*, Ouidius.

CYLLENE Arcadiæ mons altiſſimus, Mercurio Sacer dictus, vt ait Dionyſius Halicarnaſſeus, à Cyllene Naide nympha, Lycaonis Pelaſgi & Deianiræ filij vxore, vt Pauſanias à Cylleno Elati filio. *Gelida*, Virg. *Cupreſſifera*, Ouid.

CYLLARVS Caſtoris equus, quem Neptunus vnà cum Xantho Iunoni dedit, quos illa dedit Caſtori & Polluci. Probus, Steſichorus poeta addit, Mercuriū Caſtori dediſſe equos Phlogeum, & Harpagum, Iunonem verò Exalithum & Cyllarum, vt legimus in magno Etymologico. *Magnus*, Prop.

CYMBA, *futilis*, Virg. *Adunca, celeris, concaua*, Ouid.

CYMBALA, *concaua*, Lucret. *caua*, Catull. *crepitãtia*, Virg. *Rauca*, Propertius.

CYPRVS inſula in Pamphylio ſinu, à Cypro Cinyræ regis filia, vel ab hubertate Cypri arboris, quondam nomen regnorum ſedes. Strabo, Stephanus, Plin. *Opima*, Virgil. Quoniam Cyprus, vt ait Strabo, virtute erat nulla inſularum inferior. nam & vino abundabat, & oleo, frumenti quoque ſatis habebat, æris metalla apud Tanaſſum abundant, in quibus vitreolum, & rubigo æris naſcitur, ad medicinæ vſum idonea, Claſſium etiam ædificatio inerat. *Beata*, Horatius.

CYRENAE vrbs Libyæ, cui Cyrene Hipſei filia Ariſtæi mater nomen dedit. Nam quum apud Peleum virgo educaretur, Apollo eius forma captus raptam virginem in Lybiam detulit ad ea loca in quibus poſtmodum ciuitas condita eſt ab eius nomine Cyrenæ. Diodorus; Steph. *Laſerpitiferæ*, Catull. Naſcitur Laſerpitium, quod & Laſer dicitur, in Syria, Armenia, Media, & Libya. Maſpeton caulem eius vocant, ferulæ ſimilem, folia habet Apij, Semen verò latum & quaſi foliaceum. ſunt qui caulem priuatim Silphium vocent, radicem Magydarim, folia verò Maſpete, Cyrenaicum maximè commẽdatur, Narrant Cyrenæi ſeptem ante conditas Cyrenas annis ap-

paruiſſe, Theophraſt. Dioſcorid. Plin. Ariſtoph. int.

CYTORVS mons Paphlagoniæ, à Cytoro Phryxi filio. Stephan. Strabo, Cytiſorum tamen non Cytorum Apollonij interp. paſſim vocat. *Buxifer*, Catul In Amaſtriano agro plurima atque optima buxus naſcitur, præſertim circa Cytorum, author eſt Strab. Itemque Plin. ait. Buxus Pyrenæis, ac Cytoro montibus plurima, ac Berecyntio tractu Theophraſto quoque teſte buxus plurima prouenit in Cytoris, Olympo Macedoniæ monte, maximaque ac pulcherrima in Cyrene.

CYTHERA inſula quinque paſſuum millibus à Malea Laconiæ promontorio diſtãs, ei nomen dedit Cythereus Phœnicis filius, quum antea Porphyruſſa diceretur à præſtantia purpurarum. Stephanus, Ariſtot. Plin. *Alta*, Virg.

CYTISVS flos armentis maxime vtilis, ſummam enim lactis hubertatem excitat, vt canit Archilocus, Romani Trifolium maius appellant. Frutex eſt Cytiſus, albetque totus veluti ſpina quam Rhamnum vocant, Cubitales maioreſque aliquando ramos ex ſe mittit, circa quos folia exeunt fœno græco, Lotoue, aut Trifolio ſimilia. Minora tantũ, & in mediis extãte dorſo, quæ ſi digitis terantur Erucam olent. Conferunt aliqui circa aluearia Cytiſum, intelligentes grato eius ſapore allici, & retineri apes. Dioſcorides, Columella, Plinius. *Tenuis*, Ouid.

CYZICVS vrbs & inſula Propontidis, Arcto aliquãdo appellata. Cyzicus verò à Cyzico filio AEnei filij Apollinis vno ex Argonautis qui ab Iaſone occiſus eſt, vxor illius Clite ab arbore ſe ſuſpendit, à quo Cyziceni AEneadæ dicti à Val. Flacco. Strab. Steph. Mela, Parthenius. Cyzicena oſtrea commendat Plin. Vnde & in obſcæno carmine ſcriptum eſt. Raptam Cyzitos oſtreoſa diuam. Cyzici præterea fons eſt, Cupidinis, ex quo qui potauerint amorem deponunt, vt tradit Plin. ex Mutiano. Hinc à Iouiano Pontano in Elegia ad depellẽndum amorem dictum eſt. Cyzicea mox tingue & aqua. *Frigida*, Propertius. *Propontiacis hærens oris, Aemoniæ nobile gemmis opus.* Ouid Fuit enim nobilis arce, mœnibus, portu, turribuſque marmoreis Aſiaticæ plagæ oras illuſtrauit, vt ait Florus.

D

DAAE populi Scythiæ, ſunt autem Nomades, dicuntur & Dacæ, Stephanus, Plinius. *Indomiti*, Virgilius.

DACI populi ex regione Dacia prope Boryſthenides. Vergunt ad Germaniam, & ad ſtriſontes. Daci verò Romanis qui Græcis Getæ. Stephanus, Plin. *Aſperi*, Horat.

DAEDALVS ortu Athenienſis, Metino Erechthei filio, & Iphione natus, vt alij Eupalæmo, & Metiaduſa, ex quo & Perdix Dædali ſororis filius. Vela nauibus primus ſuſpendere docuit. Quum Calon ſororis filium, quem Ouidius Sophoclem ſequutus Perdica vocat, ex arce deturbaſſet, ex Attica ad Minoem in Cretam profugit; inde iam Minoi quoque ſuſpectus ad Cocaſum Siciliæ Regem ſe contulit. Plura Tzetzes, Pauſanias in Achaicis & Arcadicis, Diodorus, Suidas. *Cres*, Tibullus. Quia Cretæ vixit, Cretæ floruit, Cretæ Architecturam in primis exercuit. Diodorus locuples teſtis. *Ingenioſus*, Ouidius.

DALMATIA, regio inter Illyriam & Italiam, Pannoniæ pars, à Dalminio oppido vt Appian. vt Quadratus à Dalmo. ex Stephan. Plin. *Montana*, Ouidius.

DAMNA, *triſtia, fatalia*, Ouid.

DAMAE, *timidi*, Virg. *pauidi*, Horat.

DANAVS Beli filius ex Anchinoe, ſiue Achiroe Nili filia, cui Helenor Argiuorum regnum tradidit. Hic ſuperiorem AEgypti regionem tenuit, filias habuit quinquaginta, quas AEgyptus eius frater, imperio inhians filiis totidem matrimonio iungi flagitabat, abnuebat Danaus, quoniam ſibi ex genero exitiũ imminere ex oraculo didicerat. Parata igitur claſſe in Peloponeſſum nauigauit, pulſo Helenore quem ciues oderant. Argiuorum potitus eſt imperio. Interea AEgyptus de fratris potentia exploraturus, mittit filios hac lege, vt non niſi interempto Danao ad ſe redirent aut filiarum connubia iniiſſent. Danaus obſidione coactus ſponſionem de coniugio dat, celebrantur nuptiæ, puellę accepto à patre gladio, vt iuſſum erat prima nocte viros omnes peremerunt, dederat enim poculum vt altiſſimo ſomno tenerẽtur. Hypermneſtra Lynceo pepercit, tantummodo ſuaſit vt ad Aegyptum patrem quamprimũ detecto facinore fugeret, ipſa in vincula coniecta eſt. Danaus cùm apud Argiuos quinquaginta annos regnaſſet, à Lynceo trucidatus eſt, qui liberata vxore Hypermneſtra Argiuorum imperium tenuit, Argiui ſepulchrũ Danao erexerunt in foro, authores Pauſanias in Corinthiacis, Euſebius. Apollod. Plutarchus, Strabo, *Periurus*, Horat.

DANAIDES, quinquaginta Danai filiæ, maritorum cæde infames, quæ primum puteos excogitauerunt. authores Callimachus in AEtiis, Germanicus Cæſar in Aratum. Has Plato ſcripſit apud inferos hoc pœnæ genus pendere, vt aſſiduè aquam in dolium pertuſum, vaſis item pertuſis inferant, quem poſtea græci latiniq́ue ſecuti ſunt, ita vt res in prouerbium abierit. Amphoras in Danaidum dolia infundimus, *Infame genus, Danai puellæ, impiæ, ſceleſtæ*, Horát. *Danai proles*, Tibull. *Danai plurima turba ſenis*, Propert. *Belides*, Ouidius.

DAPES, *multiplices*, Catul. *Solennes, opimæ*, Virg. *Saliares*, Horat. Fedus Pompeius quum de Saliis loqueretur ait. Quibus per omnes dies vbicunque manerent, quia amplæ ponebantur cœnæ, ſi quæ aliæ magnæ cœnæ ſunt, Saliares appellantur. Et Cicero quadam in epiſtola ait. Quum épulati eſſemus Saliarem in modum. *Feſtæ*, Tibull.

DAPHNE. Ladonis fluuij & Ferræ filia, vt Ouidius Penei, àb Apolline & Leucippo Oenomai filio amata, à qua Daphnæ nemori Antiochenſibus vicino nomen impoſitum. Euſtathius, Arthianus, Pauſanias in Arcadicis, Paleſphatus, Liuius, Lycoph. interp. Conſt Cæſar. *Peneia, Peneis*, Ouid.

DAPHNIS Mercurio & Nympha genitus, qui à Laurorũ multitudine, quæ in ea ſilua qua natus eſt frequentes ſunt, nomen adeptus eſt. Educatus à nympha, boum permulta poſſedit armenta, à quorum cura Bucolos dictus eſt. Quum eſſet ingenio acri, ſtudiumq́ue plurimum gubernandis bobus impenderet, carmen Bucolicum. quod etiam ad hoc tempus à Siculis in pretio habetur, adinuenit. Tradunt inſuper illum in Dianæ gratiam venandi ſtudio impendiſſe operam, eamq́ue fiſtula & carmine Bucolico magnopere oblectaſſe. Huius amore capta nympha Xenea, ſiue Echenais, vel, vt alij, Thalia, illi prædixiſſe fertur. Si cui alteri iungeretur, illum viſu priuaturam, poſtmodum quadam regis filia ab ſe ebrio ſtuprata, oculis, vt prædictum fuerat, captus eſt, ſiue vt quibuſdam placet, cum nympha propter pellicatus ſuſpitionem Daphnidis côgreſſus fuiſſet auerſata, ille amoris deſiderio extabeſcens in ferrum mutatus eſt. Diodorus, Parthenius, Heſiod. Theocrit. eiuſque interp. Ouid. *Idæus*, Ouid. Tametſi Cretenſis fuerit, Idam tamen Troiadis montem incoluit, vt Antipater Sidonius in epigrammate abundè teſtatur.

DARDANVS, Iouis & Electræ filius, qui ex Samothracia in Idam

Idam delatus Dardaniam Troiadis vrbem Iouis oraculo condidit. Homeri & Lycophon.interp. *Author Troiæ.* Dardanus vir prudens in Aſiam nauigio tranſuectus Vrbem Dardaniam condidit, conſtituto regno quod poſteri Troiam appellarunt, populos ſibi ſubditos Dardanos vocari iuſſit, author Diod. *Iliacæ primus pater vrbis & author,* Virg.

DAVNVS Apuliæ rex,à quo Apulia Daunia dicta eſt. Strab. *Apulus pauper aquæ.* Apulia enim ſiticuloſa eſt vt ait Horat. *Iapyx* Ouid.

DECEMBER *gelidus, fumoſus,* Ouid.

DECVRSVS, *pronus,* Catul.

DECVS, *altum, egregium,* Virg. *Grande.* Hor. *Conſpicuum, regale,* Ouid.

DEFRVTVM, à deferuendo dictum, vbi ad ſpiſſitudinem fortiter diſpumauerit effectum eſt ait Palladius. *pingue,* Virg.

DEI, *ſancti, immortales,* Lucret. *cœleſtes, cœlites, magni, cœlicolæ* Catul. *Terrarum Domini, iuſti, boni, benigni,* Horat. *æterni, vltores,* Tibul. *Nobiles, potentes, clari, domini, æqui, alti, rerum domini,* Ouid.

DEI marini, *vndiſoni,* Proper. *virides,* Ouid.

DEIANIRA Oenei Aetoliæ regis & Althææ filia, Herculis vxor, Sophocles. Pindar. Diodor. Ouid. *pulcherrima, Calydonis, Aetolis,* Ouid.

DEIDANIA Lycomedis Scyriorum regis filia, ex qua Achilles Pyrrhum ſuſcepit, Hygin. Homeri int. *Pyrrhi parens, Scyrias,* Ouidius. Eſt autem Scyros inſula in Magneſia Straboni, Ptolemæoque, quam Plin. in Pegaſico Magneſiæ ſinu collocat.

DEIPHOBVS, Priami ex Hecuba filius, qui poſt extinctũ à Philoctete Paridem Helenam vxorem duxit, interpres Homeri. *Priamides, armipotens,* Virg. *Acer,* Horat.

DELOS, vna ex Cycladibus. Ea poſt diluuium quod Ogygium dicitur, quum nouem & amplius menſibus interdiu noctis facies incubuiſſet, prima obrutibus reddita eſt illuſtrante Sole, & inde nomen ſortita. δῆλος enim manifeſtatio, vt ait Solinus. Eadem quandoque Ortygia dicta eſt ab eiuſdem nominis aue, in quam Latonę ſoror Aſterie à qua Aſteria nuncupata eſt, vim Iouis fugiens ex puella verſa eſt. Quod Callimachus, & Lycophron affirmant. Nicander nomen ei datum putat ab Ortygia oppido AEtoliæ, vnde profecti coloni Delon & Omotermona

 paruam

paruam iuxta Syracuſas inſulam tenuerunt, Orpheus verò in hymnis Ortygiam à Delo diuerſam facit, cum ait Latonam Dianam quidem in Ortygia, Apollinem verò in Delo peperiſſe. Hæc inſtabilis olim fuit vt Pindarus canit, ſed appropinquante Latonæ partu immobilis ſtetit quatuor ex adamante columnis nixa. Ex Steph. Strab. Apollonij & Euripidis int. *Apollinea, Latonia, erratica*, Ouid.

DELPHINES, qui non tantum Arionem, ſed & Theſeũ leniſſimis fluctibus tulerunt, vt Hygin. diſſerit. *Curui, recurui, pandi.* Ouid.

DEMOPHON Theſei & Antiopæ filius, vt Pindar. vt Diodorus Phœdræ. *Actæus.* Ouid.

DENTES, *duri, validi*, Lucr. *albi*, Virg. *auidi*, Ouid.

DERCETO Veneris filia, quæ quum in mare decidiſſet à piſcibus ſeruata eſt, qui poſtmodum in cælũ recepti ſunt. Quocirca Syrij à piſcibus abſtinent, vt refert Arati interp. Diodor. iuxta Aſcalonem, inquit, lacus eſt vbi templũ inſignis deæ, quã Syrij vocant Dercetim, muliebri facie, reliquum verò corpus figura piſcis. Cuius filia Semiramis à Columbis educata ſit, ob id ſacras genti aues eas eſſe. Lucianus quoque Syrios piſces venerari, atque ab eis abſtinere ſcribit, propterea quod Derceto piſcis forma religioſè colunt. At verò Hyginus prodit Venerem cum Cupidine filio in Syriam ad flumen Euphraten veniſſe, & eodem loco repente Typhona gigãtem apparuiſſe, Venerem cum filio in flumen ſe proieciſſe, & ibi figuram piſcium forma mutaſſe, quo facto periculo eſſe liberatos. Itaque poſtea Syros qui in his locis ſunt proximi deſtitu eſſe piſces eſitare, quod vereãtur eos capere, ne ſimili cauſa deorũ præſidia impugnare videantur, aut eos ipſos captare. Alibi verò aliã quoq; huius rei cauſam affert hiſce verbis. Piſcis qui Notius appellatur hic videtur ore aquam excipere à Signo aquario, qui laborantẽ quondam Iſim ſeruaſſe exiſtimatur, pro quo beneficio ſimulacrũ piſcis & eius filiorum, de quibus ante diximus, inter aſtra Iupiter collocauit. Itaque Syri complures piſces non eſitant, & eorũ ſimulacra aurata pro diis penatibus colunt. Artemidorus quoq; tradit Syrios à piſcibus ſeſe abſtinere, & Aſtarten deam præcipuo in honore habere. Hæc quæcunque tandem Dea ſit, Atergatis quoque & Athara dicitur. Strabo, Atergatin, inquit, barbari quæ ſit Athara vocant, quam Cteſias Derceto, Cornutus & Lucianus

cianus à græcis Rheam exiſtimari putant. Nomen ei, vt Athenæus author eſt, quaſi ἀτεργατιδ(ος), hoc eſt Syriorum lingua ſine piſcibus. Macrobius, maximum Aſſyriis deum Adad nomine Solem videri tradit, Atergatin verò Terram. Itemque Strabo de ea ſic inquit: Trans Euphraten eſt Bambyce, quam & Edeſſam & Hierapolin vocant, in qua Atergatin Syriam deam colunt. Extat autem apud Tarſenſem Antipatrum fuiſſe qui traderent Gatida Syrorum reginam adeò gulæ addictam, vt per edictum denuntiaret ne quis ἄτερ γάτιδ(ος), id eſt ſine gatide piſce veſceretur: per inſcitiam verò pleroſque eandem dicere Atergatim: & abſtinere à piſcibus, reginam tamen Atergatim agnoſcit Mnaſeas immitem, quæ, piſcibus abſtinere iuſſerit reliquos, quoniam eo cibo ipſa admodum caperetur. Hāc à Mopſo Lydo in mare præcipitatam vna cum Ichthie filio, & à piſcibus deuoratam Xanthus ſcribit. Illud verò minimè ſilentio prętereundum, Dercen non Derceto ab Arati interp. & Maximo Planude eam nominari, vt & rectè in Ouidianis codicibus Derce legatur. *Babylonia*. Ouid.

DESIDIA, *Improba Siren*, Horat.

DETESTATIO, *dira*, Horat.

DEXTERA manus, *valida*. Virg.

DEVCALION Promethei & Pādoræ primæ mulieris filius; teſte Heſiod. Lycophron interpres Prometheo & Heſiona, ſiue Axiothea natum aſſerit. Hic Theſſaliam tenuit, Opunta vrbem poſt diluuium incoluit. Filios ex Pyrrha genuit Amphictyonem Athenarum regē, & Hellenē, à quo Hellenes græci cognominati, & Protogeniam, quam Ariſtotel. Cambyſen vocat. Hellanic. Apollodor. Pindar. Hunc Hegeſianax Aquarium dicit eſſe, quod eo regnante tanta vis aquæ ſe de cælo profuderit, vt Cataclyſmus factus eſſe diceretur. *Promethides*, Ouid.

DIANA quam Græci lunam putant, Iouis & Latonæ filia, vt Heſiodus & Homerus. vt Æſchylus Aegyptios ſecutus, Ioue & Cerere nata in Delo, ſecundum Inopi fluminis ripas, author Pauſanias, Strabo. Dianæ item plures, inquit Cicero, Prima Iouis & Proſerpinæ, quæ pinnarum Cupidinem genuiſſe dicitur. Secunda notior, quam Ioue tertio & Latona natam accepimus. Tertiæ pater Vpis traditur, Glauce mater. Eam græci ſæpe Vpim paterno nomine appellant. Dicta verò Diana quia noctu quaſi diem efficeret, Cicerone teſte. *Virgo*

Triuia, Lucr. Dianam perpetua virginitate inſignem poetæ tradidere, quod ſpreto hominum conſortio ſiluas coluerit venationibus vacans, & paucarum virginum comitatu contenta. Triuia verò dicta eſt, vt ait Var. eo quod in triuio ponitur ferè in oppidis græcis, vel quod Luna dicitur eſſe, quæ in cælo tribus viis mouetur, in altitudinem, & latitudinem, & longitudinem. *Latonia, magna progenies Iouis, domina montium, ſiluarum, ſalutum, omniumque, Iuno Lucina*, Ideò videtur à Latinis Iuno Lucina dicta, inquit Varro, vel quod eſt è terra, vt phyſici dicunt, & lucet: vel quod ab luce eius, qua quis conceptus, vſque ad eam qua partus quis in lucem vnà viuat, donec menſibus actis produxit in lucem, facta à iuuando & luce Iuno Lucina, à quo parientes eam inuocant. Lucina enim naſcentium dux, quod mẽſes huius. hoc vidiſſe antiquos, apparet, quod mulieres potiſſimum ſupercilia ſua attribuerũt ei deæ. Hic enim maximè debuit collocari Iuno Lucina, vbi ab diis lux datur oculis. Plinius verò refert eam dici à Luco in quo ædes eius condita fuit. vtrũque eleganter Ouid. complexus eſt.

Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus.
Aut quia principium tu dea lucis habes.

Potens Triuia, Luna, quod ſola lucet noctu. Varro author. *Sancta* Catul. *alma, nemorum cultrix, caſta, Lucina*, Virg. *celebris, integra, montium cuſtos, nemorumque virgo, diua triformis*. Quia vt ait Varro, Luna in cælo, Diana in terris, Proſerpina ſub terris, quod hæc vt Serpens modo in dextram, modo in ſiniſtram partem latè mouetur. *Celeris* vel vt luna, quæ menſtruo tempore curſum ſuũ conficit, vel vt venatrix, cui maximè pedum velocitas competit. *Cynthia* à Cyntho Deli monte. Sed & ipſa quandoque Delos ita dicta eſt à Cyntho Oceani filio, quod tradit Steph. Inde primum Diana profecta in Atticam ad Agras venationẽ exercuit, vt legimus apud Pauſaniam. *Delia, Lyncas & ceruos cohibẽs arcu, creſcens face, Noctiluca*, Luna, ait Varro, quod ſola lucet noctu, itaque ea dicta noctiluca in palatio, nam ibi noctu lucet tẽplum. *Siluarum potens, lucidum cæli decus, Ilithya Lenis, Iuno Lucina*, inquit Donatus in Terentium, Iunonis fuit filia quæ græcè εἰλείθυια, latinè nixus dicitur. Suidas quoque & Heſychius Ilithyiam deam parturientibus præpoſitam agnoſcunt, quod & Ouidius affirmat, quum dicit:

Tunc

Tunc cum matura vocabis
Præpoſitam timidis parientibus Ilithyiam.

quanquam Heſiodus Dianam ex Ioue & Latona, Ilithyiam ex Ioue & Iunone natas teſtatur. *Genitalis*, Horat. à Sole & Luna generari atque nutriri omnia corpora, perficique Diodorus docet. *Dictynna*, Tibullus. Dictynna Diana, ait Feſtus, quam lunam eſſe putabant, dicta quòd fulgore ſuo omnia noctu oſtendat, δείκνυμι græcis oſtendo. Alij Britomartim, quam Dictynnã & Aphæam dicunt, in Creta genitam tradunt ex Ioue ac Chermide Euboli Cereris filij. Hæc retiã ad venandum inuenit, ex quo & Dictynna eſt cognominata. Conſuetudine Dianæ vtebatur, quod cauſam prębuit vt quidam Dictynnam Dianamque eandem eſſe exiſtimarent. Cæterum δίκτυον græcis rete. Ac quemadmodum Cyrenæi Mineruam Gorgonem, Dianã Thraces Bendiam, Britomartim, & Dictynnam Cretes, ita Lacedæmonij Vpim vocant, ex Palæphato, Strabone, Pauſania, Diod. Solino. *Innupta, dea Ortygia*, à Delo Ortygia dicta. *Dea venatrix, Dea ſiluarum, ſuccincta, virginea, Titania*, dicta quòd eam genuit vnus ex Titanibus, vt in Plauto, Latona Titanis, vt ſcribit Manilius, ex creato Titane, vt idem ſcribit, Latona parit caſto complexu Iouis Delia deos geminos, id eſt Apollinem & Dianam. hæc ex Varrone, Itemque Diodorus tradit Cœlum ex Titea decem & ſeptem filios genuiſſe, filias Pandoram, & Reginam, quæ ex Hyperione fratre Solem & Lunam ſuſceperit, indeque Sol & Luna Titania aſtra Virgilio. *Sancta Bubaſtis, Pharetrata, Soror Phœbi, Iaculatrix, Latonigena, Latois, Dea agilis, Dea pharetrata, Verecunda, Conſors Phœbi, Scythica.* Tauri Scythiæ populi Dianæ naufragos immolant, & quoſcunque græcos illuc delatos in gratiam Sacerdotis Iphigeniæ quam Diana ſuppoſita cerua à morte ſurripuit, & in Scythiam tranſlatam ſuo templo præfecit. authores Herodotus, Euripides, Ammianus, Diodorus, Euſebius ex Clemente. *Oreſtea, Thoantea.* Ouidius. Nam, vt teſtatur Seruius, & ex parte Solinus, Iphigenia quum in eo eſſet vt immolaretur Dianæ miſeratione ſubrepta eſt, & cerua pro ipſa immolata. Ipſa in Tauricam reginem ad regem Thoantem tranſlata, Sacerdoſque Dianæ facta, quum Deam ſecundum morem ſanguine humano placaret, agnouit Oreſtem fratrem, qui curandi furoris cauſa cum amico Pylade Colchos petierat, & cum his occiſo Thoante ſimulachrum ſuſtulit abſconditum

ſconditum faſce lignorum. & Ariciam detulit. Sed quum poſtea Romanis crudelitas diſpliceret, quanquam ſerui immolarentur, ad Laconas eſt Diana tranſlata, vbi ſacrificij conſuetudo adoleſcentulorum verberibus ſeruatur, Oreſtis oſſa ab Aricia Romam tranſlata ſunt, & condita ante ædem Saturni.

DIDO, antea Eliſa cognominata, Beli, qui Metres dictus eſt, filia, Thucydides, hiſtoriæ veritatem habes apud Iuſtinum, Velleium Paterculum, *Sidonia, pulcherrima, Phœniſſa, Diues, infelix, Candida*, Virg. *Miſerabilis, miſera*, Ouid.

DIES, *almus, clarus*, Virg. *Damnoſus, volucer*, Horat. *Nitidus, purpureus, candidus*, Ouid.

DIGITI, *mobiles* Lucret. *Teneri*, Catull. *Eburni*, Propert. *Teretes*, Ouid.

DILVVIES, & Diluuium, *fera, horrenda*, Horat.

DINDYMA numero multitudinis, & Dindymon mons Phrygiæ, prope quem Sangarius amnis fluit, à quo Cybele Dindymene dicitur. Sunt & alia Dindyma quæ Cyzico vrbi imminent, vbi Argonautæ Matri deum templum magnæ venerationis erexerunt, author Strabo. *Alta*, Virg.

DIOMEDES, Tydei Deipyles Adraſti filius, qui AEgialeam Adraſti filiam in matrimonium habuit, quam Ibycis Hermionem vocat. Ab eo Diomedea inſula cognominata eſt, in qua & Argis & Thuriis ſanctiſſimè colitur, vt Ibycus & Polæmon tradunt. Huius ſocij fame conſumpti à Pallade in Diomedeas aues conuerſi ſunt antequam ille è vita excederet, vt ſcribit interpres Homeri ex Lycophrone, *Tydides, fortiſſimus gentis Danaum, Impius, Magnus*, Virg. *Atrox, Melior patre*. Horat. *AEtolus, genus Adraſti, Oenides*. Ouid. ab Oeneo auo paterno, Diod. teſte.

DIOMEDES qui Tindam Thraciæ vrbem incoluit. Erant ei equorum præſepia ob equorum feritatem ærea, ferreis catenis equi viribus prævalidis vinciebantur. Cibis alebantur non his quos terra ferat, ſed hoſpitum carnibus. Hos cupiens Hercules abducere primo ipſum cæpit, deditque ſuo exemplo equis comedendum. Manſuetiores deinde factos, ad ſeque adductos Euryſtheus Iunoni ſacrauit. quorum genus vſque ad Macedonem Alexãdrum manſit. Diodorus, Plinius, Mela. Quidam prouerbium illud Diomedea neceſſitas ad Thracem hunc Diomedem referunt. Qui ſolitus fertur hoſpites ſuos compellere vt cum filiabus ſuis deformiſſimis rem haberent, quo facto eoſ-

dem

dem interimebat. Vnde fabula ſparſit, Diomedis equas homines pabuli vice eſitare ſolitas, videlicet filias à viris agitatas equas appellans. author Suidas. *Thrax, Threicius, crudus, efferus, impius*, Ouidius.

DIOMEDIS equi, *Terribiles*, Ouid.

DIOGENES Hicetij menſarij filius, qui Antiſthenem Cynicum ſecutus Cynicam philoſophiam complexus eſt. *Laertius.* Suidas. *Sinopeus*, Ouid. Sinope Ponti vrbs clariſſima, dicta à Sinope Aſopi fluminis filia, quam Apollo rapuit, ſiue, vt ait Andron, ab vna Amazonum, Eam Mileſij condidere, quæ claſſe cōparata mari quod intra Cyaneas eſt imperauit. Extra verò multorum certaminum particeps fuit cum græcis, & quum libera fuiſſet tandem amiſſa libertate Pharnaci obtemperauit. Viros claros tulit philoſophos Diogenem Cynicum, & Timotheum Patrionem poetam Diphilum Comicum, Batonem, qui de rebus Perſicis pertractauit. Tota Sinopica regio ad montana optimam ad ædificandas naues materiem, & productu facilè habet. Sinopica quoque acerem gignit, & nucem mōtanam, equibus menſas faciunt. Tota oleis conſita eſt. In Cappadocia naſcitur ea quæ Sinopica rubrica dicitur, omnium optima quæ cū Iberica certat. Idcirco Sinopica appellatur, quod eam mercatores eò deferebant priuſquam Epheſiorum Emporium tam celebre eſſet. Ex Diodoro, & Strabone.

DIONYSIOPOLIS pulcherrima vrbs Thraciæ vbi à litore Pontico incipit, quaque Iſter immergitur. Crunos antea dicta à ſalientibus aquæ. Alluit Zitas amnis. Strabo, Stephanus, Plin. *Arces dictæ nomine Bacche tuo*, Ouidius.

DISCORDIA, *Demens*, Virgilius.

DISCVS, *Miſſilis*, Prop. *Latus*, Ouidius.

DISCVRSVS, *Latus*, Ouidius.

DISSIDIVM, *Flebile*, Catull. *Pernitiale*, Lucret.

DITHYRAMBI Laudatio in Liberū patrem ab Arione primū inuenti. Et Dithyrambus ipſe Bacchus dictus, quoniā in ortu ſuo duplici ſit vſus porta. Nam ante matuiū tēpus ex materno vtero egreſſum, quoniam illa fulmine periit, Iuppiter ſuo femori aſſuere voluit, vnde completo tempore ſecundo egreſſus eſt. Author Suidas, & Pindari interp. *Audaces*, Horat. Nam, vt ait Suidas. Dithyramborum magiſtri de ſublimibus, & nebulis diſſerunt, nouaq; vocabula cōfingūt. Annotatur quoque à Suida,

Suida,& Ariſtophan. interprete adagium Minus ſapis ſcriptoribus Dithyrambicis,in ſtupidos ac furioſos. Sumptum à poetis Dithyrambicis qui Baccho afflati furebant. Itemque conditores Dithyramborum corruptores muſarum, Sophiſtaſque appellabant,de quorum numero Philoxenus,Cineſias,Cleomenes fuere,quos increpat Comicus Ariſtophanes,de quibus Callimachus loquens: ſpurij,inquit,& adulteri florent cantus. Ex Ariſtoph. interprete, vel certe ideo Dithyrambos audaces vocat,propterea quod,vt ait Cic. Dithyrambus licentior eſt,cuius membra,& pedes ſunt in omni locupleti oratione diffuſi.

DIVITIAE, *Beatæ,improbæ,miſeræ,regales.* Horat.

DOLON Eumedæ filius,qui miſſus ſpeculator ad græcorum caſtra pactus pro remuneratione Achillis equos,in Diomedem & Vlyſſem incidit,qui ſpeculatum quoque ierāt ad Troianos.Illi promiſſa Doloni impunitate Troianorum conſilia ab eo didicere,inter cætera facti certiores de aduentu Rheſi Dolonem interficiunt,Author Homerus. *Antiquus,* Virgilius. *Stultus,Phryx,timidus,imbellis,* Ouidius.

DOLONES, Conti ingentes cum ferro breuiſſimo, vt ait Varro. *Saui,* Virgi'ius.

DOLIA, *Caua,* Tibullus.

DOLOR, *æger,* Lucret. *Sæuus,infandus,acer*, Virg. *Ferus, querulus,ſollicitus,mæſtus,* Ouid.

DOLVS, *tectus,occultus,* Tibull. *Blandus,* Propert.

DOMVS, *cauæ*, Virgil. *Dulces,* Horat.

DONARIA, *alta,* Virgilius.

DONVSA vna ex Sporadibus quæ ſunt circa Rhodum, Euſtathius,Stephanus,Mela. *Viridis,* Virgilius.à colore marmoris Lacedæmonij quod erat viridis coloris,cunctiſquē hilarius. Seruius,Plinius.

DORIS Oceani & Tethyos filia, ex qua & Nereo Nereides natæ. Heſiodus. *Nereidum mater,* Virgilius. *Formoſa,* Propert. *Cærula,* Ouidius.

DOTO vna Nereidum,Homero & Heſiodo. *Nereia.* Virg.

DRACO, qui aurea mala Heſperidum cuſtodiſſe, qui nūquam oculos depoſuiſſe,& ab Hercule interfectus, à Iunone inter ſidera collocatus,quod illius opera Hercules ad eum eſt profectus,quippe hortum Iunonis tueri ſolitus exiſtimatur,ait enim Pherecydes,cum Iupiter Iunonem vxorem duceret terram in-

ueniſſe ferentem aurea mala cum ramis, inde Iunonem admiratam petiiſſe à terra vt in ſuis hortis ſereret qui erant vſque ad Atlantem montem. Cuius filiæ quum ſæpius mala decerperēt, Iuno dicitur hunc ibi cuſtodem poſuiſſe. Author Hyginus. Alij aliter ſentiunt vt ſcribit Diodorus. Aſſerunt enim quidam pecudum greges exquiſita pulchritudine Heſperides habuiſſe quæ ob decorem à poetis aureæ dictæ ſint. Nonnulli eas pecudes colore aureo fuiſſe volunt, eoque hoc appellatos nomine. Draconem verò extitiſſe paſtorem earum, qui vi corporis præſtans cuſtoditis gregibus latrocinia prohiberet. Patrem habuit, vt ait Heſiodus, Typhonem, matrem Terram, vt Piſander, Pherecydes Echidna & Typhone editum centumque capita habuiſſe tradit. *Draco Heſperius*, Prop vel quia Atlas in Heſperia eſt vt ait Diodorus, vel ab ipſis Heſperi filiis.

DRACO, *ſquamoſus, immanis*. Virg. *Criſtatus, Squamiger, liuens, volucer, ceruleus*. Ouidius.

DRACO qui aureo velleri incubabat, de quo apud Diodorum, & Hyginum. *Cuſtos ferus*, Propert. *Auidus, inſopitus, peruigil, rudis ſomni, inſomnis*, Ouid.

DRACO Marti ſacer, quem Cadmus propè Aretiada, id eſt Martium, fontem ſaxo, ſiue enſe interemit. Hellanicus in Bœoticis, Apollodorus. Interpret. Hom. & Euripidis, & Ouidius. *Martius anguis criſtis præſignis, & auro*. Ouidius.

DRYADES, quæ & Hamadryades, vt Probus, nymphæ nemorum, ſiue Syluarum, ab arboribus dictæ, quippe δρῦς omnis arbor dicebatur, quamuis poſtea pro quercu duntaxat vſurpata ſit, quas dignitatis inter deos & homines mediæ vetuſtas exiſtimauit, & venerata eſt, paremque ſuis arboribus vitam ſortiri, quod in hymnis canit Homer. Pherenicus authore Athenæo finxit, Oxylum Orij filium Hamadryadi ſorori ſe commiſcuiſſe, vnde natæ ſint Caſtanea, Glans, Cornus, Vlmus, Vitis, Ficus, Populus nigra, atque has Hamadryades nymphas vocari, indeque multis arboribus nomina indita. *Facilis*, Propertius. *Semidea*, Ouidius.

DVLCEDO, *alma*, Lucretius.

DVMI, *Silueſtres, amantes ardua*, Virgilius.

DVX, *magnanimus*, Virg. *Clarus*, Horat.

DYRASPES amnis qui Euxino amni cōfunditur, authore Ouidio. *Liquidiſſimus*, Ouid.

DYRRACHIVM Epiri vrbs in Illyrico, Romanorũ ciuiũ colonia. Epidamnum antea dicta, ſed propter inauſpicatum nomen Dyrrhachium à Romanis appellata, author Plinius & Mela. Poſt ſinum verò Rhizicum, inquit Strabo, Liſſi oppidum eſt, & Acroliſſi, & Epidamnus quam Corcyræi condidere, hoc tẽpore dictà Dyrrhachiũ, ab Cherrhoneſo vbi ſita eſt nacta vocabulum quaſi δ'ύς ῥάχιον. Stephanus verò ait, Epidamnus ab Epidamno, cuius filia Meliſſa, ex qua & Neptuno Dyrrhachius, inde vrbi nomen. *Adria taberna.* Catul. In ora ſiquidem Ionij ſinus Adriæ nauigatio terminatur, cuius primæ partes ſunt Dyrrhachium, & Apollonia, vt ait Strab. tabernam ergo vocat quia nauigaturi Adriaticum mare illuc appellere ſolent.

E.

EBVR, ſiue Elephantus, *nitidum, candens, ſolidum*, *Indum*, Virg. *Indicum*. Horat. Virg. *India mittit ebur*. Qui vt ait Plin. Elephantes fert Africa, ferunt Aethiopes, ſed maximos India. *Niueum, conſpicuum Aſſyrium*. Aſſyria ab ortu Indiam habet, vt dictum eſt. *Sectile*, Ouid.

EBENVM lignum ebeni arboris, quæ eſt cortice buxo ſimilis, decorticata deinde nigro colore fit, vt Theophraſto placet, vnus Pauſanias in Atticis nec folia nec fructus ferre prodidit, neque à ſole conſpici, ſed ſub terra tantum radices eſſe quas fodiant AEthiopes, ſintque in ea gente exquirendæ ebeni peritiſſimi aliqui. Probatiſſima ebenus Aethiopica eſt Dioſcoridi. Indica Virgilio, nigra nullis pectinibus læuore ſuo cornu læuigato ſimilis, ſpiſſiſſimæ in frangendo ſoliditatis. *Nigrum*, Virg.

ECHO nympha, quæ Narciſſum amauit, à Pane amata, vt Lucianus teſtis eſt. *Reſonabilis, vocalis, garrula.* Ouid.

EGERIA nympha in Aricino nemore, ob Numæ interitum fletu in fontem tenuata, quam Numam aſſiduè adiiſſe fabulantur, eumque ſapientiam regiam docuiſſe, qui cum deſcendere ad animos ſine aliquo commento miraculi non poſſet, ſimulabat ſibi cum dea Egeria congreſſus nocturnos eſſe, eius ſe monitu quæ acceptiſſima diis eſſent ſacra inſtituere. Alij non nympham ipſam, ſed muſarum vnam, atque hoc dicunt fuiſſe omnibus manifeſtum. Nam minimè credentibus, vt videtur, à principio hominibus, ſiegique exiſtimantibus ſermonẽ de dea, ferunt volẽtem cum indicium aliquod clarum confabulationis

ſuæ cum dea incredulis oſtendere, ſeque ab ea doctum, feciſſe hoc modo. Vocatis enim Romanis multiſque & bonis in eam domum in qua vitam agebat, & oſtenſis quum aduenissent quæ intus erant, tum reliquo quidem apparatu ea tenuiter inſtructa, tum verò cibis ad illius turbæ epulum congruis indigentia, tūq; abire iuſſiſſe eos, vocaſſe verò veſperi ad cœnam. Aſtantibus autem eis hora præſtituta, oſtendiſſe dicunt eis ſtragula pretioſiſſima, & menſas poculis multiſque & pulchris refertas, atque epulas cuiuſque generis inuitatis ipſis appoſuiſſe, quæ ne multo quidem tempore cuiquam hominum ætatis illius fuiſſet facile parare, tumque Romanos aiūt ſtuporem inuaſiſſe & illius temporis opinionem firmam præſtitiſſe: verſari cum eo profectò deam aliquam. Qui verò fabuloſa omnia ex hiſtoria amputant confictum dicunt à Numa eſſe ſermonem de dea, quo facilius ipſum attenderent qui diuina verebantur, impoſitaſque ab eo leges promptè ijdem ſuſciperent, tanquam à diis latas. Sumpſiſſe autem hanc eum imitationem aſſerunt ab exemplis græcis, Minois, & Lycurgi Lacedæmonij, quorum alter quidem colloquium ſibi eſſe dicens cum Ioue, pergenſque in Dictæum montem, in quo Iouem nuper editum à Curetis nutritum Cretenſes fabulantur, deſcendebat in ſpecum ſacrum, vbi leges componens, quas ſe ab Ioue accipere affirmabat, ferebat ad populum: Lycurgus verò Delphos profectus doctum ſe eſſe dixit ab Apolline legum conſtitutionem. Huic Egeriæ ſacrificabant prægnantes, quod eam putabant facilem conceptum aluo egerere. Ex authorib' Dionyſ. H licarnaſ. Plutar. Liuio, Feſto, Ouid. Seruio. *Nympha*, Virg. *Nympha nemoriſ lagnoque operata Dianæ*, *Numæ coniux conſiliumque, dea grata camœnis*, Ouid.

EGESTAS, *acris*, Lucret. *Turpis, duris vrgens in rebus*, Virgilius.

ELEPHANTES, de quibus non eſt nunc cur agamus, præterquam poſſe omnes omnem huius animalis hiſtoriā volētes à Plinio, atque Ariſtotele audire. *Boues Lucæ*, vt ait Plinius, Elephantes Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, & boues Lucas appellauit in Lucanis viſos anno vrbis quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Varro autem à Luce Lucas appellatos exiſtimat. quod elephanti relucebāt propter inauratos regios clypeos qui in turribus iis erectis cōſpiciebātur. *Anguimani*, Lucr. A flectenda anguis inſtar manu, hoc eſt priori roſtro,

H quo

DANAIDES, quinquaginta Danai filiæ, maritorum cæde infames, quæ primum puteos excogitauerunt. authores Callimachus in AEtiis, Germanicus Cæſar in Aratum. Has Plato ſcripſit apud inferos hoc pœnæ genus pendere, vt aſſiduè aquam in dolium pertuſum, vaſis item pertuſis inferant, quem poſtea græci latinique ſecuti ſunt, ita vt res in prouerbium abierit. Amphoras in Danaidum dolia infundimus, *Infame genus, Danai puellæ, impiæ, ſcelestæ*, Horat. *Danai proles*, Tibull. *Danai plurima turba ſenis*, Propert. *Belides*, Ouidius.

DAPES, *multiplices*, Catul. *Solennes, opimæ*, Virg. *Saliares*, Horat. Fedus Pompeius quum de Saliis loqueretur ait. Quibus per omnes dies vbicunque manerent, quia amplæ ponebantur cœnæ; ſi quæ aliæ magnæ cœnæ ſunt, Saliares appellantur. Et Cicero quadam in epiſtola ait. Quum epulati eſſemus Saliarem in modum. *Feſtæ*, Tibull.

DAPHNE. Ladonis fluuij & Ferræ filia, vt Ouidius Penei; ab Apolline & Leucippo Oenomai filio amata, à qua Daphnæ nemori Antiochenſibus vicino nomen impoſitum. Euſtathius, Arthianus, Pauſanias in Arcadicis, Paleſphatus, Liuius, Lycoph. interp. Conſt Cæſar. *Peneia, Peneis*, Ouid.

DAPHNIS Mercurio & Nympha genitus, qui à Laurorũ multitudine, quæ in ea ſilua qua natus eſt frequentes ſunt, nomen adeptus eſt. Educatus à nympha, boum permulta poſſedit armenta, à quorum cura Bucolos dictus eſt. Quum eſſet ingenio acri, ſtudiumque plurimum gubernandis bobus impenderet, carmen Bucolicum, quod etiam ad hoc tempus à Siculis in pretio habetur, adinuenit. Tradunt inſuper illum in Dianæ gratiam venandi ſtudio impendiſſe operam, eamque fiſtula & carmine Bucolico magnopere oblectaſſe. Huius amore capta nympha Xenea, ſiue Echenais, vel, vt alij, Thalia, illi prædixiſſe fertur. Si cui alteri iungeretur, illum viſu priuaturam, poſtmodum quadam regis filia ab ſe ebrio ſtuprata, oculis, vt prædictum fuerat, captus eſt, ſiue vt quibuſdam placet, cum nympha propter pellicatus ſuſpitionem Daphnidis congreſſus fuiſſet auerſata, ille amoris deſiderio extabeſcens in ferrum mutatus eſt. Diodorus, Parthenius. Heſiod. Theocrit. eiuſque interp. Ouid. *Idæus*, Ouid. Tametſi Cretenſis fuerit, Idam tamen Troiadis montem incoluit, vt Antipater Sidonius in epigrammate abundè teſtatur.

DARDANVS, Iouis & Electræ filius, qui ex Samothracia in Idam

Idam delatus Dardaniam Troiadis vrbem Iouis oraculo condidit. Homeri & Lycophon.interp. *Author Troiæ.* Dardanus vir prudens in Aſiam nauigio tranſuectus Vrbem Dardaniam condidit, conſtituto regno quod poſteri Troiam appellarunt, populos ſibi ſubditos Dardanos vocari iuſſit, author Diod. *Iliacæ primus pater vrbis & author*, Virg.

DAVNVS Apuliæ rex, à quo Apulia Daunia dicta eſt. Strab. *Apulus pauper aquæ.* Apulia enim ſiticuloſa eſt vt ait Horat. *Iapyx* Ouid.

DECEMBER *gelidus, fumoſus*, Ouid.

DECVRSVS, *pronus*, Catul.

DECVS, *altum, egregium*, Virg. *Grande*, Hor. *Conſpicuum, regale*, Ouid.

DEFRVTVM, à deferuendo dictum, vbi ad ſpiſſitudinem fortiter diſpumauerit effectum eſt ait Palladius. *pingue*, Virg.

DEI, *ſancti, immortales*, Lucret. *cæleſtes, cælites, magni, cælicolæ* Catul. *Terrarum Domini, iuſti, boni, benigni*, Horat. *æterni, vltores*, Tibul. *Nobiles, potentes, clari, domini, æqui, alti, rerum domini*, Ouid.

DEI marini, *vndiſoni*, Proper. *virides*, Ouid.

DEIANIRA Oenei Aetoliæ regis & Althææ filia, Herculis vxor, Sophocles, Pindar. Diodor. Ouid. *pulcherrima, Calydonis, Aetolis*, Ouid.

DEIDANIA Lycomedis Scyriorum regis filia, ex qua Achilles Pyrrhum ſuſcepit, Hygin. Homeri int. *Pyrrhi parens, Scyrias*, Ouidius. Eſt autem Scyros inſula in Magneſia Straboni, Ptolemæoque, quam Plin. in Pegaſico Magneſiæ ſinu collocat.

DEIPHOBVS, Priami ex Hecuba filius, qui poſt extinctũ à Philoctete Paridem Helenam vxorem duxit, interpres Homeri. *Priamides, armipotens*, Virg. *Acer*, Horat.

DELOS, vna ex Cycladibus. Ea poſt diluuium quod Ogygium dicitur, quum nouem & amplius menſibus interdiu noctis facies incubuiſſet, prima obrutibus reddita eſt illuſtrante Sole, & inde nomen ſortita. δῆλος enim manifeſtatio, vt ait Solinus. Eadem quandoque Ortygia dicta eſt ab eiuſdem nominis aue, in quam Latonę ſoror Aſterie à qua Aſteria nuncupata eſt, vim Iouis fugiens ex puella verſa eſt. Quod Callimachus, & Lycophron affirmant. Nicander nomen ei datum putat ab Ortygia oppido AEtoliæ, vnde profecti coloni Delon & Omotermona

paruam iuxta Syracuſas inſulam tenuerunt, Orpheus verò in hymnis Ortygiam à Delo diuerſam facit, cum ait Latonam Dianam quidem in Ortygia, Apollinem verò in Delo peperiſſe. Hæc inſtabilis olim fuit vt Pindarus canit, ſed appropinquante Latonæ partu immobilis ſtetit quatuor ex adamante columnis nixa. Ex Steph. Strab. Apollonij & Euripidis int. *Apollinea, Latonia, erratica*, Ouid.

DELPHINES, qui non tantum Arionem, ſed & Theſeū leniſſimis fluctibus tulerunt, vt Hygin. diſſerit. *Curui, recurui, pandi*. Ouid.

DEMOPHON Theſei & Antiopæ filius, vt Pindar. vt Diodorus Phœdræ. *Actæus*. Ouid.

DENTES, *duri, validi*, Lucr. *albi*, Virg. *auidi*, Ouid.

DERCETO Veneris filia, quæ quum in mare decidiſſet à piſcibus ſeruata eſt, qui poſtea olum in cælū recepti ſunt. Quocirca Syrij à piſcibus abſtinent, vt refert Arati interp. Diodor. iuxta Aſcalonem, inquit, lacus eſt vbi templū inſignis deæ, quā Syrij vocant Dercetim, muliebri facie, reliquum verò corpus figura piſcis. Cuius filia Semiramis à Columbis educata ſit, ob id ſacras genti aues eas eſſe. Lucianus quoque Syrios piſces venerari, atque ab eis abſtinere ſcribit, propterea quod Derceto piſcis forma religioſè colunt. At verò Hyginus prodit Venerem cum Cupidine filio in Syriam ad flumen Euphraten veniſſe, & eodem loco repente Typhona gigātem apparuiſſe, Venerem cum filio in flumen ſe proieciſſe, & ibi figuram piſcium forma mutaſſe, quo facto periculo eſſe liberatos. Itaque poſtea Syros qui in his locis ſunt proximi deſtituſſe piſces eſitare, quod vereātur eos capere, ne ſimili cauſa deorū præſidia impugnare videantur, aut eos ipſos captare. Alibi verò aliā quoq; huius rei cauſam affert his verbis. Piſcis qui Notius appellatur hic videtur ore aquam excipere à Signo aquario, qui laborantē quōdam Iſim ſeruaſſe exiſtimatur, pro quo beneficio ſimulacrū piſcis & eius filiorum, de quibus ante diximus, inter aſtra Iupiter collocauit. Itaque Syri complures piſces non eſitant, & eorū ſimulacra aurata pro dijs penatibus colunt. Artemidorus quoq; tradit Syrios à piſcibus ſeſe abſtinere, & Aſtarten deam præcipuo in honore habere. Hæc quæcunque tandem Dea ſit, Atergatis quoque & Athara dicitur. Strabo, Atergatin, inquit, barbari quæ ſit Athara vocant, quam Cteſias Derceto, Cornutus & Lucianus

cianus à græcis Rheam exiſtimari putant. Nomen ei, vt Athenæus author eſt, quaſi ἀτεργατιδος, hoc eſt Syriorum lingua ſine piſcibus. Macrobius, maximum Aſſyriis deum Adad nomine Solem videri tradit, Atergatin verò Terram. Itemque Strabo de ea ſic inquit. Trans Euphraten eſt Bambyce, quam & Edeſſam & Hierapolin vocant, in qua Atergatin Syriam deam colunt. Extat autem apud Tarſenſem Antipatrum fuiſſe qui traderent Gatida Syrorum reginam adeò gulæ addictam, vt per edictum denuntiaret ne quis ἄτερ γάτιδος, id eſt ſine gatide piſce veſceretur: per inſcitiam verò pleroſque eandem dicere Atergatim: & abſtinere à piſcibus, reginam tamen Atergatim agnoſcit Mnaſeas immitem, quæ, piſcibus abſtinere iuſſerit reliquos, quoniam eo cibo ipſa admodum caperetur. Hãc à Mopſo Lydo in mare præcipitatam vna cum Ichthie filio, & à piſcibus deuoratam Xanthus ſcribit. Illud verò minimè ſilentio prętereundum, Dercen non Derceto ab Arati interp. & Maximo Planude eam nominari, vt & rectè in Ouidianis codicibus Derce legatur. *Babylonia*. Ouid.

DESIDIA, *Improba Siren*, Horat.

DETESTATIO, *dira*, Horat.

DEXTERA manus, *valida*. Virg.

DEVCALION Promethei & Pãdoræ primæ mulieris filius; teſte Heſiod. Lycophron interpres Prometheo & Heſiona, ſiue Axiothea natum aſſerit. Hic Theſſaliam tenuit, Opunta vrbem poſt diluuium incoluit. Filios ex Pyrrha genuit Amphictyonem Athenarum regẽ, & Hellenẽ, à quo Hellenes græci cognominati, & Protogeniam, quam Ariſtotel. Cambyſen vocat. Hellanic. Apollodor. Pindar. Hunc Hegeſianax Aquarium dicit eſſe, quod eo regnante tanta vis aquæ ſe de cælo profuderit, vt Cataclyſmus factus eſſe diceretur. *Promethides*, Ouid.

DIANA quam Græci lunam putant, Iouis & Latonæ filia, vt Heſiodus & Homerus. vt Aeſchylus Aegyptios ſecutus, Ioue & Cerere nata in Delo, ſecundum Inopi fluminis ripas, author Pauſanias, Strabo. Dianæ item plures, inquit Cicero, Prima Iouis & Proſerpinæ, quæ pinnarum Cupidinem genuiſſe dicitur. Secunda notior, quam Ioue tertio & Latona natam accepimus. Tertiæ pater Vpis traditur, Glauce mater. Eam græci ſæpe Vpim paterno nomine appellant. Dicta verò Diana quia noctu quaſi diem efficeret, Cicerone teſte. *Virgo*

Triuia, Lucr. Dianam perpetua virginitate inſignem poetæ tradidere, quod ſpreto hominum conſortio ſiluas coluerit venationibus vacans, & paucarum virginum comitatu contenta. Triuia verò dicta eſt, vt ait Var. eo quod in triuio ponitur ferè in oppidis græcis, vel quod Luna dicitur eſſe, quæ in cælo tribus viis mouetur, in altitudinem, & latitudinem, & longitudinem. *Latonia, magna progenies Iouis, domina montium, ſiluarum, ſalutum, amniumque, Iuno Lucina*, Ideò videtur à Latinis Iuno Lucina dicta, inquit Varro, vel quod eſt è terra, vt phyſici dicunt, & lucet: vel quod ab luce eius, qua quis conceptus, vſque ad eam qua partus quis in lucem vnà viuat, donec menſibus actis produxit in lucem, facta à iuuando & luce Iuno Lucina, à quo parientes eam inuocant. Lucina enim naſcentium dux, quod mẽſes huius. hoc vidiſſe antiquos apparet, quod mulieres potiſſimum ſupercilia ſua attribuerũt ei deæ. Hic enim maximè debuit collocari Iuno Lucina, vbi ab diis lux datur oculis. Plinius verò refert eam dici à Luco in quo ædes eius condita fuit. vtrũque eleganter Ouid. complexus eſt.

Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus.
Aut quia principium tu dea lucis habes.

Potens Triuia, Luna, quod ſola lucet noctu. Varro author. *Sancta* Catul. *alma, nemorum cultrix, caſta, Lucina*, Virg. *celebris, integra, montium cuſtos, nemorumque virgo, diua triformis*. Quia vt ait Varro, Luna in cælo, Diana in terris, Proſerpina ſub terris, quod hæc vt Serpens modo in dextram, modo in ſiniſtram partem latè mouetur. *Celeris* vel vt luna, quæ menſtruo tempore curſum ſuũ conficit, vel vt venatrix, cui maximè pedum velocitas competit. *Cynthia* à Cyntho Deli monte. Sed & ipſa quandoque Delos ita dicta eſt à Cyntho Oceani filio, quod tradit Steph. Inde primum Diana profecta in Atticam ad Agras venationẽ exercuit, vt legimus apud Pauſaniam. *Delia, Lyncas & ceruos cohibẽs arcu, creſcens face, Noctiluca*, Luna, ait Varro, quod ſola lucet noctu, itaque ea dicta noctiluca in palatio, nam ibi noctu lucet tẽplum. *Siluarum potens, lucidum cæli decus, Ilithya Lenis, Iuno Lucina*, inquit Donatus in Terentium, Iunonis fuit filia quæ græcè εἰλείθυια, latinè nixus dicitur. Suidas quoque & Heſychius Ilithyiam deãm parturientibus præpoſitam agnoſcunt, quod & Ouidius affirmat, quum dicit:

Tunc

Tunc cum matura vocabis
Præpoſitam timidis parientibus Ilithyiam.

quanquam Heſiodus Dianam ex Ioue & Latona, Ilithyiam ex Ioue & Iunone natas teſtatur. *Genitalis*, Horat. à Sole & Luna generari atque nutriri omnia corpora,perficique Diodorus docet. *Dictynna*, Tibullus. Dictynna Diana,ait Feſtus,quam lunam eſſe putabant, dicta quòd fulgore ſuo omnia noctu oſtendat, δείκνυμι græcis oſtendo. Alij Britomartim,quam Dictynnã & Aphæam dicunt, in Creta genitam tradunt ex Ioue ac Chermide Euboli Cereris filij. Hæc retia ad venandum inuenit, ex quo & Dictynna eſt cognominata. Conſuetudine Dianæ vtebatur,quod cauſam prębuit vt quidam Dictynnam Dianamque eandem eſſe exiſtimarent. Cæterum δίκτυον græcis rete. Ac quemadmodum Cyrenæi Mineruam Gorgonem, Dianã Thraces Bendiam, Britomartim, & Dictynnam Cretes, ita Lacedæmonij Vpim vocant, ex Palæphato, Strabone, Pauſania, Diod. Solino. *Innupta, dea Ortygia*, à Delo Ortygia dicta. *Dea venatrix, Dea ſiluarum, ſuccincta, virginea, Titania*, dicta quòd eam genuit vnus ex Titanibus, vt in Plauto, Latona Titanis, vt ſcribit Manilius, ex creato Titane, vt idem ſcribit,Latona parit caſto complexu Iouis Delia deos geminos, id eſt Apollinem & Dianam. hæc ex Varrone, Itemque Diodorus tradit Cœlum ex Titea decem & ſeptem filios genuiſſe, filias Pandoram, & Reginam,quæ ex Hyperione fratre Solem & Lunam ſuſceperit,indeque Sol & Luna Titania aſtra Virgilio. *Sancta Bubaſtis, Pharetrata, Soror Phœbi, Iaculatrix, Latonigena, Latois, Dea agilis, Dea pharetrata, Verecunda, Conſors Phœbi, Scythica.* Tauri Sythiæ populi Dianæ naufragos immolant,& quoſcunque græcos illuc delatos in gratiam Sacerdotis Iphigeniæ quam Diana ſuppoſita cerua à morte ſurripuit, & in Scythiam tranſlatam ſuo templo præfecit. authores Herodotus, Euripides, Ammianus, Diodorus, Euſebius ex Clemente. *Oreſtea, Thoantea.* Ouidius. Nam, vt teſtatur Seruius, & ex parte Solinus, Iphigenia quum in eo eſſet vt immolaretur Dianæ miſeratione ſubrepta eſt, & cerua pro ipſa immolata. Ipſa in Tauricam reginem ad regem Thoantem tranſlata, Sacerdoſque Dianæ facta, quum Deam ſecundum morem ſanguine humano placaret,agnouit Oreſtem fratrem, qui curandi furoris cauſa cum amico Pylade Colchos petierat, & cum his occiſo Thoante ſimulachrum ſuſtulit ab-

ſconditum

ſconditum faſce lignorum. & Ariciam detulit. Sed quum poſtea Romanis crudelitas diſpliceret, quanquam ſerui immolarentur, ad Laconas eſt Diana tranſlata, vbi ſacrificij conſuetudo adoleſcentulorum verberibus ſeruatur, Oreſtis oſſa ab Aricia Romam tranſlata ſunt, & condita ante ædem Saturni.

DIDO, antea Eliſa cognominata, Beli, qui Metres dictus eſt, filia, Thucydides, hiſtoriæ veritatem habes apud Iuſtinum, Velleium Paterculum, *Sidonia, pulcherrima, Phœniſſa, Diues, infelix, Candida*, Virg. *Miſerabilis, miſera*, Ouid.

DIES, *almus, clarus*, Virg. *Damnoſus, volucer*, Horat. *Nitidus, purpureus, candidus*, Ouid.

DIGITI, *mobiles* Lucret. *Teneri*, Catull. *Eburni*, Propert. *Teretes*, Ouid.

DILVVIES, & Diluuium, *fera, horrenda*, Horat.

DINDYMA numero multitudinis, & Dindymon mons Phrygiæ, prope quem Sangarius amnis fluit, à quo Cybele Dindymene dicitur. Sunt & alia Dindyma quæ Cyzico vrbi imminent, vbi Argonautæ Matri deum templum magnæ venerationis erexerunt, author Strabo. *Alta*, Virg.

DIOMEDES, Tydei Deipyles Adraſti filius, qui AEgialeam Adraſti filiam in matrimonium habuit, quam Ibycis Hermionem vocat. Ab eo Diomedea inſula cognominata eſt, in qua & Argis & Thuriis ſanctiſſimè colitur, vt Ibycus & Polæmon tradunt. Huius ſocij fame conſumpti à Pallade in Diomedeas aues conuerſi ſunt antequam ille è vita excederet, vt ſcribit interpres Homeri ex Lycophrone, *Tydides, fortiſſimus gentis Danaum, Impius, Magnus*, Virg. *Atrox, Melior patre*. Horat. *AEtolus, genus Adraſti, Oenides*. Ouid. ab Oeneo auo paterno, Diod. reſte.

DIOMEDES qui Tindam Thraciæ vrbem incoluit. Erant ei equorum præſepia ob equorum feritatem ærea, ferreis catenis equi viribus prævalidis vinciebantur. Cibis alebantur non his quos terra ferat, ſed hoſpitum carnibus. Hos cupiens Hercules abducere primo ipſum cæpit, deditúque ſuo exemplo equis comedendum. Manſuetiores deinde factos, ad ſeque adductos Euryſtheus Iunoni ſacrauit. quorum genus vſque ad Macedonem Alexãdrum manſit. Diodorus, Plinius, Mela. Quidam prouerbium illud Diomedea neceſſitas ad Thracem hunc Diomedem referunt. Qui ſolitus fertur hoſpites ſuos compellere vt cum filiabus ſuis deformiſſimis rem haberent, quo facto eoſdem

dem interimebat. Vnde fabula ſparſit, Diomedis equas homines pabuli vice eſitare ſolitas, videlicet filias à viris agitatas equas appellans. author Suidas. *Thrax, Threicius, crudus, efferus, impius*, Ouidius.

DIOMEDIS equi. *Terribiles*, Ouid.

DIOGENES Hicſij menſarij filius, qui Antiſthenem Cynicum ſecutus Cynicam philoſophiam complexus eſt. *Laertius*. Suidas. *Sinopeus*. Ouid. Sinope Ponti vrbs clariſſima, dicta à Sinope Aſopi fluminis filia, quam Apollo rapuit, ſiue, vt ait Androu, ab vna Amazonum. Eam Mileſij condidere, quæ claſſe cõparata mari quod intra Cyaneas eſt imperauit. Extra verò multorum certaminum particeps fuit cum græcis, & quum libera fuiſſet tandem amiſſa libertate Pharnaci obtemperauit. Viros claros tulit philoſophos Diogenem Cynicum, & Timotheum Patrionem poetam Diphilum Comicum, Batonem, qui de rebus Perſicis pertractauit. Tota Sinopica regio ad montana optimam ad ædificandas naues materiem, & productu facilẽ habet. Sinopica quoque acerem gignit, & nucem mõtanam, equibus menſas faciunt. Tota oleis conſita eſt. In Cappadocia naſcitur ea quæ Sinopica rubrica dicitur, omnium optima quæ cũ Iberica certat. Idcirco Sinopica appellatur, quod eam mercatores eò deferebant priuſquam Epheſiorum Emporium tam celebre eſſet. Ex Diodoro, & Strabone.

DIONYSIOPOLIS pulcherrima vrbs Thraciæ vbi à litore Pontico incipit, quaque Iſter immergitur. Crunos antea dicta à ſalientibus aquæ. Alluit Zitas amnis. Strabo, Stephanus, Plin. *Arces dictæ nomine Bacche tuo*, Ouidius.

DISCORDIA, *Demens*, Virgilius.

DISCVS, *Miſſilis*, Prop. *Latus*, Ouidius.

DISCVRSVS, *Latus*, Ouidius.

DISSIDIVM, *Flebile*, Catull. *Pernitiale*, Lucret.

DITHYRAMBI Laudatio in Liberũ patrem ab Arione primũ inuenti. Et Dithyrambus ipſe Bacchus dictus, quoniã in ortu ſuo duplici ſit vſus porta. Nam ante maturũ tẽpus ex materno vtero egreſſum, quoniam illa fulmine periit, Iuppiter ſuo femori aſſuere voluit, vnde completo tempore ſecundo egreſſus eſt. Author Suidas, & Pindari interp. *Audaces*, Horat. Nam, vt ait Suidas. Dithyramborum magiſtri de ſublimibus, & nebulis diſſerunt, nouaq; vocabula cõfingũt. Annotatur quoque à Suida,

Suida, & Ariſtophan. interprete adagium Minus ſapis ſcriptoribus Dithyrambicis, in ſtupidos ac furioſos. Sumptum à poetis Dithyrambicis qui Baccho afflati furebant. Itemque conditores Dithyramborum corruptores muſarum, Sophiſtaſque appellabant, de quorum numero Philoxenus, Cineſias, Cleomenes fuere, quos increpat Comicus Ariſtophanes, de quibus Callimachus loquens: ſpurij, inquit, & adulteri florent cantus. Ex Ariſtoph. interprete, vel certe ideo Dithyrambos audaces vocat, propterea quod, vt ait Cic. Dithyrambus licentior eſt, cuius membra, & pedes ſunt in omni locupleti oratione diffuſi.

DIVITIAE, *Beatæ, improbæ, miſeræ, regales.* Horat.

DOLON Eumedæ filius, qui miſſus ſpeculator ad græcorum caſtra pactus pro remuneratione Achillis equos, in Diomedem & Vlyſſem incidit, qui ſpeculatum quoque ierant ad Troianos. Illi promiſſa Doloni impunitate Troianorum conſilia ab eo didicere, inter cætera facti certiores de aduentu Rhoeſi Dolonem interficiunt, Author Homerus. *Antiquus,* Virgilius. *Stultus, Phryx, timidus, imbellis,* Ouidius.

DOLONES, Conti ingentes cum ferro breuiſſimo, vt ait Varro. *Sæui,* Virgilius.

DOLIA, *Caua,* Tibullus.

DOLOR, *æger,* Lucret. *Sæuus, infandus, acer,* Virg. *Ferus, querulus, ſollicitus, mœſtus,* Ouid.

DOLVS, *tectus, occultus,* Tibull. *Blandus,* Propert.

DOMVS, *cauæ,* Virgil. *Dulces,* Horat.

DONARIA, *alta,* Virgilius.

DONVSA vna ex Sporadibus quæ ſunt circa Rhodum, Euſtathius, Stephanus, Mela. *Viridis,* Virgilius. à colore marmoris Lacedæmonij quod erat viridis coloris, cunctiſque hilarius. Seruius, Plinius.

DORIS Oceani & Tethyos filia, ex qua & Nereo Nereides natæ. Heſiodus. *Nereidum mater,* Virgilius. *Formoſa,* Propert. *Cærula,* Ouidius.

DOTO vna Nereidum, Homero & Heſiodo. *Nereia.* Virg.

DRACO, qui aurea mala Heſperidum cuſtodiſſe, qui nũquam oculos depoſuiſſe, & ab Hercule interfectus, à Iunone inter ſidera collocatus, quod illius opera Hercules ad eum eſt profectus, quippe hortum Iunonis tueri ſolitus exiſtimatur, ait enim Pherecydes, cum Iupiter Iunonem vxorem duceret terram in-

ueniſſe ferentem aurea mala cum ramis,inde Iunonem admiratam petiſſe à terra vt in ſuis hortis ſereret qui erant vſque ad Atlantem montem. Cuius filiæ quum ſæpius mala decerperēt, Iuno dicitur hunc ibi cuſtodem poſuiſſe. Author Hyginus. Alij aliter ſentiunt vt ſcribit Diodorus. Aſſerunt enim quidam pecudum greges exquiſita pulchritudine Heſperides habuiſſe quæ ob decorem à poetis aureæ dictæ ſint. Nonnulli eas pecudes colore aureo fuiſſe volunt,eoque hoc appellatos nomine. Draconem verò extitiſſe paſtorem earum,qui vi corporis præſtans cuſtoditis gregibus latrocinia prohiberet. Patrem habuit, vt ait Heſiodus,Typhonem,matrem Terram,vt Piſander,Pherecydes Echidna & Typhone editum centumque capita habuiſſe tradit. *Draco Heſperius*, Prop vel quia Atlas in Heſperia eſt vt ait Diodorus,vel ab ipſis Heſperi filiis.

DRACO, *ſquamoſus,immanis.* Virg. *Criſtatus, Squamiger, liuens,volucer,ceruleus.* Ouidius.

DRACO qui aureo velleri incubabat, de quo apud Diodorum,& Hyginum. *Cuſtos ferus*, Propert. *Auidus, inſopitus, peruigil,rudis ſomni,inſomnis*, Ouid.

DRACO Marti ſacer,quem Cadmus propè Aretiada,id eſt Martium,fontem ſaxo,ſiue enſe interemit Hellanicus in Bœoticis, Apollodorus. Interpret. Hom. & Euripidis, & Ouidius. *Martius anguis criſtis præſignis, & auro.* Ouidius.

DRYADES, quæ & Hamadryades, vt Probus, nymphæ nemorum,ſiue Syluarum,ab arboribus dictæ,quippe δρῦς omnis arbor dicebatur,quamuis poſtea pro quercu duntaxat vſurpata ſit,quas dignitatis inter deos & homines mediæ vetuſtas exiſtimauit,& venerata eſt,paremque ſuis arboribus vitam ſortiri,quod in hymnis canit Homer. Pherenicus authore Athenæo finxit,Oxylum Orij filium Hamadryadi ſorori ſe commiſcuiſſe, vnde natæ ſint Caſtanea, Glans, Cornus, Vlmus,Vitis, Ficus, Populus nigra,atque has Hamadryades nymphas vocari, indeque multis arboribus nomina indita. *Facilis*,Propertius. *Semidea*,Ouidius.

DVLCEDO, *alma*,Lucretius.

DVMI, *Siluestres,amantes ardua*,Virgilius.

DVX, *magnanimus*,Virg. *Clarus*,Horat.

DYRASPES amnis qui Euxino amni cōfunditur, authore Ouidio. *Liquidiſſimus*, Ouid.

DYRRA-

ſuæ cum dea incredulis oſtendere, ſeque ab ea doctum, feciſſe hoc modo. Vocatis enim Romanis multiſque & bonis in eam domum in qua vitam agebat, & oſtenſis quum aduenisſent quæ intus erant, tum reliquo quidem apparatu ea tenuiter inſtructa, tum verò cibis ad illius turbæ epulum congruis indigentia tūç abire iuſſiſſe eos, vocaſſe verò veſperi ad cœnam. Aſtantibus autem eis hora præſtituta, oſtendiſſe dicunt eis ſtragula pretioſiſſima, & menſas poculis multiſque & pulchris refertas, atque epulas cuiuſque generis inuitatis ipſis appoſuiſſe, quæ ne multo quidem tempore cuiquam hominum ætatis illius fuiſſet facile parare, tumque Romanos aiūt ſtuporem inuaſiſſe & illius temporis opinionem firmam præſtitiſſe: verſari cum eo profectò deam aliquam. Qui verò fabuloſa omnia ex hiſtoria amputant confictum dicunt à Numa eſſe ſermonem de dea, quo facilius ipſum attenderent qui diuina verebantur, impoſitaſque ab eo leges promptè ijdem ſuſciperent, tanquam à diis latas. Sumpſiſſe autem hanc eum imitationem aſſerunt ab exemplis græcis, Minois, & Lycurgi Lacedæmonij, quorum alter quidem colloquium ſibi eſſe dicens cum Ioue, pergenſque in Dictæum montem, in quo Iouem nuper editum à Curetis nutritum Cretenſes fabulantur, deſcendebat in ſpecum ſactum, vbi leges componens, quas ſe ab Ioue accipere affirmabat, ferebat ad populum: Lycurgus verò Delphos profectus doctum ſe eſſe dixit ab Apolline legum conſtitutionem. Huic Egeriæ ſacrificabant prægnantes, quod eam putabant facilem conceptum aluo egerere. Ex authorib. Dionyſ. Halicarnaſ. Plutar. Liuio, Feſto, Ouid. Seruio. *Nympha*, Virg. *Nympha nemoriſ ſtagnoque operata Dianæ*, *Numæ coniux conſiliumque, dea grata camœnis*, Ouid.

EGESTAS, *acris*, Lucret. *Turpis, duris vrgens in rebus*, Virgilius.

ELEPHANTES, de quibus non eſt nunc cur agamus, præterquam poſſe omnes omnem huius animalis hiſtoriā volētes à Plinio, atque Ariſtotele audire. *Boues Lucæ*, vt ait Plinius, Elephantes Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, & boues Lucas appellauit in Lucanis viſos anno vrbis quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Varro autem à Luce Lucas appellatos exiſtimat. quod elephanti relucebāt propter inauratos regios clypeos qui in turribus iis erectis cōſpiciebātur. *Anguimani*, Lucr. A flectenda anguis inſtar manu, hoc eſt priori roſtro,

quod noſtri manum vocant, græci proboſcida, Plinius, Ariſtoteles. *Burri*, à barritu, Barrire, inquit Feſtus, Elephanti dicuntur, ſicut oues dicimus balare, vtique à ſono vocis. *Nigri*, Horatius. hoc eſt Indici, qui & maiores & nigri ſunt, nam, Afri ſub ruſi, vt ait Plin.

ELECTRVM Heliadum ſororũ lacrymæ Euripidi, Aeſchylo, Nicandro, Philoxeno, Satyro, Sophocles verò primus confinxit Electrum vltra Indiam fieri è lacrimis Meleagridum aurum Meleagrum deflentium, Celtæ Apollinis lacrimulam eſſe contendunt ob interemptum ab Ioue Aeſculapium, vt canit Apollonius Rhodius. *Pingue, liquidum*, Virgil. *Lacrima H. l.adum, lentum*, Ouid.

ELECTRA, vel Electrione, vt Hellanico placet, Atlantis & Pleiones filiæ Oceani filia, quæ Samothraciam incoluit, à finitimis Strategis nuncupata. Ex ea Iupiter filios genuit, Dardanum & Aetiona, quem alij Iaſiona vocant, & filiam Harmoniã quæ Cadmo nupſit. Ab Electra Thebarum portæ Electrides appellatæ. Hanc ex reliquis ſex Pleiadibus dicunt non apparere, ideò quod Pleiades exiſtimentur choream ducere ſtellis, ſed poſtquam Troia fuit capta, & progenies eius quæ à Dardano fuerit, ſit euerſa, dolore permotam ab his ſe remouiſſe & in circulo qui Arcticus dicitur conſtitiſſe, ex quodam longo tempore lamentantem capillo ſparſo videri. Itaque è facto Cometem eſſe appellatam. authores Hyginus, interp. Lycophr. & Apollon. Diodor. *Atlantis*, Virgil.

ELEGI, *exigui, miſerabiles*. Hor. vnde græcis Elegi lamentationes dicti ἀπὸ τοῦ ἒ ἒ λέγειν ait Ariſtopha. int. quorum authorem quidam Callinoũ fuiſſe non dubitant, vt ait Terentian. *Leues, imbelles, genialis muſa, flebile carmen, molles*. Ouid.

ELEGIA, *flebilis, blanda*, Ouid.

ELEVSIS Atticæ caſtellum circumdatum templo Cereris, ab Eleuſio Dairæ filiæ Oceani & Mercurij filio. Itemque Atticæ populus Hippothoontis tribus. Mela, Plin. Stephan. Strabo, Liuius. *Cerealis*, Ouid.

ELORVS amnis Siciliæ non longè à Pachyno, nomen accepit ab Eloro rege. In eo piſces cibum manu capeſſunt. Apollod. Steph. Plin. *Stagnans*, Virg. quia, vt ait Seruius, ad ſimilitudinem Nil ſuperfunditur camnis.

ELPENOR vnus ex Vlyſſis ſociis, qui apud Cucen ebrius dum,

dum ſociorum ſtrepitus abeuntium audit, & abire properat, pronus è longis lapſus ſchalis collum fregit, quod ipſe apud inferos ſciſcitanti Vlyſſi refert, vt ſcribit Homer. *Miſer*, Ouid.

ELISII campi, quos alij in vltima Hiſpania, alij in inſulis fortunatis conſtituunt, vt ſcribit Strabo longa diſceptatione. *Loci læti, amœna vireta, nemora fortunata, ſedes beatæ, domus placidæ, læta arua, ampli.* Virg, *ſedes lætæ, ſedes diſcretæ piorum*, Horat. *arua piorum.* Ouid.

EMPEDOCLES philoſophus Agrigentinus, filius Metonis ſiue Melitonis, vt alij Archinomi. vt quidam Xenetæ, Pythagoræ diſcipulus, tres de natura rerum libros edidit. Viuum ſe in ardentem Aetnam noctu coniecit, ſandaliis eius ferreis à flamma reiectis. Alij laqueo vitam finiſſe tradiderũt. Suid. Laertius. *Agragantinus.* Lucr. *Trinacrius, Syracuſius poeta.* Ouid.

EMPTOR, *pretioſus.* Horat.

ENCELADVS gigas, *Aetnæ ſuppoſitus*, vt canit Callimach. *Iaculator audax*. Horat.

ENDYMION Iouis & Calices filius, vt Heſiod. vt alij Aethi filij Iouis & Protogeniæ Deucalionis filiæ, admodum formoſus, ac Lunæ adamatus, cui quidem illa à patre Ioue precibus impetrauit, vt quidquid optaſſet id ferret. Optauit Endymion vt perpetuum dormiret ſomnum immortalis perſeueratus, & expers ſenij. Inde ortum adagium, Endymionis ſomnus, in eos qui ſeſe immodico ſomno dedunt. Ex luna filias quinquaginta procreauiſſe dicitur. Alij ex Aſterodia malunt, quidam ex Chromia Itoni Amphictyonis filia, ſunt qui putent ex Hyperippa Arcadis filia, natoſque ei Epeum, vnde Elei Epei dicti ſunt, Pæona & Aetolum, filiam Eurycidam. Diuerſabatur autem in Latino Cariæ monte, Sappho, Nicander, Pauſa. Eliacon primo, Apollonij & Theocriti int. *Latmius heros.* Ouid.

ENIPEVS Theſſaliæ amnis, qui ex Othry monte fluens accipit Apidanum è Pharſalo delabentem. Eſt & alter Peloponeſſi in Piſana regione, qui ex Salmone fonte fluens Alpheum ingreditur. Huius amore Tyro captam fuiſſe memorant, hoc enim in loco illius patrem Salmoneum imperaſſe aiunt. Strabo author. *Altus.* Virgilius. *Aemonius, Theſſalicus*, Propertius. *irrequietus*, Ouidius.

ENNIVS poeta ex Rudiis vrbe Calabriæ, annis ferè 409. poſt Romam conditam Tarenti natus, maior natu quã Plautus

& Neuius, qui à Catone quæſtore Romam tranſlatus habitauit in monte Auentino, parco admodum ſumptu contentus, & vnius ancillæ miniſterio. Septuagenario maior articulari morbo periit, quem ex immodico vini vſu contraxerat, ſepultuſque eſt in Scipionis monumento via Appia intra primum ab vrbe miliarium. Quidam oſſa eius Rudias ex Ianiculo tranſlata affirmant. Euſebius, Cicero, Strabo, Suidas, Mela, Plin. Silius, Eutropius, Serenus. *Calaber*. Horat. *Arte carens, ingenio maximus, arte rudis, grauis*. Ouidius.

ENNA, quam alij AEtnam vocant, Siciliæ ciuitas, alio nomine Adranium dicta, quam fluuius eiuſdem nominis alluit, delubro Cereris præter cætera inſignis, lege Strabonem, Ciceronem, Stephanum. *Fertilis*, Ouid.

ENSIS, *ferreus*. Lucret. *Rigidus, coruſcus, fulmineus, fidus, areus, fulgens, validus, crudus, decorus, latus* Virg. *Noricus*. Horat. Incolæ Alpium Norici, quondam Tauriſci dicti, apud quos vena bonitatem ferri præſtat, vt Plin. tradit. *Horrendus*, Tibul. *Ferreus*. Propert. *Bellicus, ferus, impius, lethalis, nitidus, violentus, acutus, pugnax*, Ouid.

EPAPHVS Ioue, vel, vt Euſebius, Telegono & Io Inachi filia natus, qui Memphim AEgypti vrbem condidit. Euripides, AElianus, Apollodorus, Diod. Oui. Euſebius. *Inachides*, Ouid.

EPEVS filius Panopei Phoco & Aſteria nati qui Troianum equum fabricatus eſt, Homerus, Lycophronis interpres, Pauſanias. *Doli fabricator*, Virgilius. *Antiquus*, Ouid.

EPIRVS prouincia Europæ, quæ terminatur à Septentrione Macedonia, ab Oriente Achaia, pars Occidentalis Ionio mari, aliquando Moloſſia dicta, in qua primi Chaones, à quibus Chaonia nūcupata, vel vt alij, à Chaone Heleni fratre. In ea Larini boues immenſæ magnitudinis à Larino Herculis bubulco. Authores Athenæus, Ptolemæus, Suidas, Pindari interpres, Martianus: *Herboſa*, Ouidius.

EPICVRVS philoſophus Athenienſis, patre Neocle, matre Chæreſtrata, ex Gargetto vrbe, & populo AEgeidis tribus, ex quo & Gargettius dicitur Ciceroni. & Gargetticus Statio, Laertius, Suidas, Stephan. *Doctus*. Propertius.

EPVLAE, *regales*. Ouidius.

EQVVS, *fortis*. Lucret. *Sonipes*, Catullus. *Fremens, bellator, arduus, acer, ferox, Thracius, Iapyx, Spumans, altus, cornipes*,

pes,ferus,citus,alipes. Virgilius. *Fugax,impiger.* Horat. *Celer.* Tibullus. *Armiger,bellicus*, *Aemonius.* Propertius. Nam, vt teſtis eſt Lactantius Placidus,in Theſſalia terram Neptunus tridente percuſſit,ſubitoque mirum dictu ſolo proſilierunt duo equi,ſcilicet Scyphios & Arion, Inde optimæ naturæ equi Theſſalici per orbem feruntur. Oraculum etiam Euboicis redditum profertur,vt refert Strabo.

Theſſalicus ſonipes præſtat,mulierque Lacæna.
Quique Arethuſæos haurit vir fonte liquores.

Chalcidenſes explicans vti viros præſtantiſſimos, Ibi eſt enim Arethuſa,Theſſalos quoque equos Gratius poeta in primis cõmendat. *Velox,animoſus.* Ouid.

EQVVS Troianus,ab Epeo Phocenſe Palladis cõſilio ædificatus, Euripides in Troadibus,Quintus Calaber,Hyginus. *Durateus.* Lucr. Quæ græca vox & poetica ligneum ſignificat. Et ſane Durateon vocat hunc etiam Homerus equum ſic inquiens.

Ἀλλ' ἄγε δὴ μετάβηθι καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον
Δουρατέου τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ.

& item paulo poſt:

δουράτεον μέγαν ἵππον ὅθ' εἵατο πάντες ἄριστοι.

Fatalis,immanis,ingens,arduus. Virgilius. *Victor Palladiæ ligneus artis equus.* Propertius.

EQVAE Eliades,Virg. *Elis*,vt Plinius ſcribit,Achaiæ vrbs, per agrum verò Eleum Alpheus perlabitur, apud quem Iouis Olympici curule certamen agebatur, quod Hercules inſtituit, Herodotus,Strabo. *Quadrigis aptæ.* Horat. Quia velociores ſunt quam equi,nam inter currendum emittunt vrinam.Plinius,Seruius. *Indomitæ.* Tibullus.

EQVES, *Seuerus*, Ouidius.

ERASINVS, Argiuorum fluuius,ex Stymphalo Arcadiæ monte defluens, alio nomine Arſinus appellatus. Strabo. *Ingens*, Ouidius.

ERICHTHONIVS, qui & Erechtheus. Hom. Euſeb. & Palladis,& Vulcani filius,vt alij Terræ,nomẽ accepit ἀπὸ τοῦ ἐρίου καὶ χθονὸς hoc eſt à Lana & terra. Nã quũ Vulcanus Mineruã amore incẽſus perſequeretur, voluptatẽ in eius genu effudit: illa ſemen in terra lana abſterſum proiecit, vt ait Callimachus in Hecale,Euripides verò ita dicit,Vulcanum Mineruæ pulchritu-

tudinē corporis indictum petiiſſe ab ea vt ſibi nuberet, neque impetraſſe, & cœpiſſe Mineruam ſeſe occultare in eodem loco qui propter Vulcani amorem Hephæſtius eſt appellatus, quo perſecutum Vulcanum ferunt, cœpiſſe ei vim afferre, & quum plenus cupiditatis ad eam vt complexui ſe applicaret repulſus eſſet, effudit in terram voluptatem, quo Minerua pudore permota pede puluerem iniecit. Ex hoc autem naſcitur Erichthonius, qui ex terra & eorum diſſentione nomen poſſedit. ἔρις quippe lis & diſſenrio χθὼν terra dicitur. Hunc Iuppiter quũ vidiſſet primum inter homines equos & quadrigas iunxiſſe admiratus eſt ingenium hominis ad Solis inuenta acceſſiſſe, quòd is princeps quadrigis inter deos eſt vſus. Eum anguina tantum crura habuiſſe dixerunt, primoque tempore adoleſcentiæ ludos Mineruæ Panathenæa feciſſe, & ſacrificium Mineruæ, & templum in arce Athenienſium inſtituiſſe, pro quibus factis dicitur inter ſidera collocatus, à græcis Eniochos, à latinis Auriga nominatus. Hæc apud Hyginum, Firmianum, Euſebium, Homeri interpretem legimus. *Stirps Lemniaca ſine matre creata.* Ouidius.

ERIPHYLE, Talai filia, Amphiarai vxor, qui quum præuideret ſi bello Thebano afforet ſe periturum, idque propterea recuſaret, ferunt Polynicem aureum torquem à Venere Harmoniæ datum Amphiarai vxori quo belli ſocietatem viro perſuaderet donaſſe. Eo tempore Amphiaraus Adraſtuſque de regno diſſidentes ad Eriphylen Amphiarai coniugem Adraſtique ſororem omne diſſenſionum iudicium retulerunt. Illa pro Amphiarao ſententiam tulit, adiiciens vt belli Thebis inferendi ſocius adiutorque eſſet. Amphiaraus exiſtimans ſe ab vxore proditum ad bellum ſpopondit ſe iturum, Sed Alcmæoni filio imperauit vt poſt ſuum obitum Eriphylen perimeret. Quod patris mandatum poſtea executus faſti conſcientia in inſaniam verſus eſt. Authores Diodorus, Hyginus. *Mœſta.* Virg. ex Homero qui eam στυγερὴν vocat, hoc eſt querulam, mœſtam, odioſam. *Talaonia.* Ouidius.

ERISICHTON, Theſſaliæ rex, qui & AEthon dictus eſt. Triope, vt alij Myrmidone, & Europa natus. filias habuit Pharmacida, & Meſtrum, quam alij Metram vocant, Tzetzes, Athenæus, Callimachus, Palæphatus, Lycophronis interpres. Huius fabulam percurrit, Ouidius. *Triopeius. Theſſalus profanus, auidus,*

das, Sacrilegus. Ouid. quod Nymphis ſacras arbores exciderit, quod etiam Calimachus in hymnis innuit.

ERROR, *vagus*, Ouidius.

ERVCA herba, præcipuè frigorum contemptrix, concitatrix Veneris. Plin. Dioſcorides. *Salax*, Ouid.

ERVVM, quod græci Orrobum dicunt, inter notiſſima eſt. Frutex puſillus, folio anguſto, prætenui, ſiliquas ferens, in quibus grana, ex iis farina teritur cui nomen Eruinæ. Lætatur loco macro nec humido, quia Luxuria plerunque corrumpitur, Dioſcorides, Plinius, Columella. *Pingue*, Virg.

ERYMANTHVS, Arcadiæ mons, in quo leones quidem nulli, ſues verò ſpectandæ magnitudinis naſcuntur. Eſt & eiuſdem nominis in Arcadia oppidum, & amnis ab ipſo monte defluens. Strabo, Pauſanias, Stephanus, Plinius, Solinus. *Cupreſſifer, Gelidus*. Ouid.

ERYMANTHVS Arcadiæ amnis è monte eiuſdem nominis in Alpheum defluens, vt author eſt Plinius, fons ac caput fluminis ait Pauſanias in monte Lampia qui eſt Erymanthi mõtis pars quædam. Meminerunt enim Stephanus, & Euſtathius, alijque non pauci. *Phocaicus*, Ouid. Tametſi à Phocide Bœotiæ, itemque Phocæa Ioniæ Phocaicus, authore Stephano deducatur, quid tamen Erymantho Arcadiæ cum Phocide, ſiue Phocæa ſit eruditioribus viris explicandum relinquo.

ERYX, Veneris ac Butæ regis cuiuſdam indigenæ inſignis gloria filius. Hic propter nobilitatem maternam præclarus apud homines fuit & imperauit inſulæ Siciliæ parti. Condidit quoque ſuper locum excelſum ex ſuo nomine ciuitatem præclaram, in cuius arce matri dicato templo & baſi, illud etiam variis ornauit donis. Eam Venus vrbem tum incolentium religione, tum filij pietate allecta plurimum dilexit, à qua Venus Erycina dicta eſt. Hic cum Herculem ad palæſtram prouocaſſet, patriamque in præmium propoſuiſſet, in eo certamine victus patriam amiſit. Hæc Diodorus, *Acer*, Virg.

ERYX Siciliæ mons, ab Eryce de quo modò diximus. Hic magnitudine omnes Siciliæ montes excedit præter vnum AEtnam, paulo infra verticem vrbs eſt eiuſdem nominis. In eo Veneris templum locatum eſt quod ſingulari veneratione colitur. Antiquitus mulierum frequentia refertum illius miniſterio dicatarum, quas & è Sicilia & externis regionibus multi locarant.

Polybius,Strabo,Pauſanias. *Celſus, altus, Zephyro ſemper apertus,* Ouidius.

ESSEDA,vehiculi genus apud Belgas Galliæ vrbem inuentum,Seruius. *Belgica* Virg. *Britannia,* Propert. Britani namque ex Eſſedis pugnant,vt legimus apud C.Cæſarem.

ETRVRIA. Italiæ regio nobiliſſima, ab AEthria oppido, quod Diomedes condidit,deinde Atria dicto,ſiue ἀπὸ τοῦ τὴν αἰθέραν ἀσχεῖν,propter augurandi peritiam,quaſi æthram exerceāt, Thyrrhenia à rege, Thuſcia à Sacrificio ritu cognominata, ad hunc autem modum ſcribi debet, Strabo, Plin. Steph. *Fortis, Mæonia.* Virg. quia,vt ait Plin. Lydi qui & Mæones dicuntur,expulſis Pelaſgis regionem hanc tenuere.

ETRVSCI, *obeſi,* Catullus.

ETRVSCAE, aquæ ſanandis corporibus ſaluberrimæ nō vno in loco in Etruria ſcatentes, de quibus ita apud Varronem legimus. Sic aquæ calidæ à loco,& aquæ quæ ibi ſcaterent ,cum vt colerentur veniſſent in vſum noſtris,cum alię ad alium morbum idoneæ eſſent: Hę quum plures eſſent vt Puteolis,& in Tuſcis , multitudinis potius quàm ſingulari vocabulo appellantur. Sed & Lucretius horum ita meminit. Is locus eſt Cumas apud Etruſcos & montes, oppleti calidis vbi fumant fontibus aucti. *Etruſcis manat quæ fontibus vnda, Vnda ſub æſtiuum non adeunda canem. Vnda thuſca,* Tibullus.

EVANDER Arcadum rex, Carmentis & Mercurij filius creditus,Dionyſius-Halicarnaſſeus, Plutarchus, Liuius. *Rex Arcas, Arcadius, Parrhaſius,* Virg. *Pallantius,* à Pallantia Arcadiæ oppido,vt Plin. *Nonacrius,* Ouid.

EVADNE, quæ & Ianira dicta eſt, Iphidis filia, quæ ſe in rogum Capanei coniugis ab Ioue fulmine icti immiſit, fuit & altera Neptuni & Pitanes filia. Philoſtratus, Euripides, Pindarus, *Fida.* Propert. *Iphias.* Ouid.

EVENVS Aetoliæ amnis,antea Licormas nuncupatus, Euenus vero ab Eueno Martis & Sterōpes filio, qui ex Alcippa Oenomai filia in vxorem ducta Marpiſſam ſuſcepit filiā,quam virginem accuratè ſeruabat. Ceterū Aphareus viſam ex chorea rapuit. pater autem fugientem inſequens quum prehendere non poſſet in Lycormam fluuium ſe præcipitauit, eique nomen dedit, Plutarch Pauſanias in Eliacis, Strabo, Euſtatius Homeri interpres. Eodem nomine fuerunt Poetæ duo,ambo Elegiarū ſcri-

ptores

Digitized by Google

ſtores, ambo ex Paro inſula, poſterior tamen fama notior fuit, ex Suida & Harpocratione. *Flauus,rapidus*, Ouidius.

EVMOLPVS, Eleuſinius, ſiue Athenienſis, Muſæi poetæ & ipſe poeta filius, quintus ab Eumolpe Thrace Delopes Triptolemi filio. Hic Eleuſina ſacra inſtituit, verſibuſq; memoriæ cõſecrauit, vnde Eumolpia à Sophocle dicũtur, Suid. *Cecropius*, Ouid.

EVPHORION poeta ex Euboea Chalcidis, Polymneto patre, in philoſophia diſcipulus Lacydæ & Prytanidis, in poeticis verò Archebuli Thyræi poetæ, floruit iis temporibus quibus Pyrrhus rex à Romanis deuictus eſt. Præfuit bibliothecæ Antiochi magni in Syria, ab eoque ſepultus in Apamea, ſiue vt alij dicũnt Antiochia. Huius opus tranſtulit Cornelius Gallus, Suidas, Quintil. Seruius. *Chalcidicus*, Virg.

EVPHRATES, fluuius in minori Armenia oriens, qui vnà cum Tigri Meſopotamiam circumdans interim in orientẽ labitur, inde in auſtrum verſus Tigri propinquus efficitur. Diod. Strab. Primum ei Zarandas, deinde Medus nomen fuit, à Medo Artaxerſis filio, poſtremo Euphrates ab Euphrate Arãdaci filio, Plutarchus, *Altus*, Virg. *Babylonius*. Babylon enim Euphratẽ interluitur, apud Solinum, Diodorum. *Palæſtinus*, Ouidius. Syria namque pluribus diſtincta nominibus Palæſtina vocatur, qui cõtingit Arabes, & Iudæa, & Cœle, dein Phœnice, & quà recedit intus. Damaſcena, ac magis etiam nunc meridiana, Babylonia, Plinius author.

EVPHOREVS Panthi Troiani ex Phrontide filius, à Menelao interfectus, cuius animam in Pythagoram & Aethalidem Mercurij filium tranſiiſſe fabulis proditum eſt. Philoſtratus in Heroicis, Tzetzes, Apollonij interpres. *Panthoides*, Horat.

EVPOLIS Athenienſis poeta Comicus, qui in Helleſponto dum vnà cum aliis aduerſus Lacedæmonios nauigaret ab iis ipſis ſummerſus eſt, contra quos Baptas comœdiam ſcripſerat. Suidas, Platonius, tametſi id redarguat Eratoſthenes, vt ait Cicero ad Atticum. Fuit & Eupolis qui vnà cum ſponſa ſua Glycerio eadem nocte interiit. Ouid. in Ibin, Epigrammatum lib. 6. *Comicus*, Ouid.

EVRVS, ventus ab Oriente Brumali ſpirans, Vulturnus à latinis dictus, Vegetius, Pli. Idem Apeliotes græcis dicitur, ſi Gellio credimus, & Subſolanus Nauticis Romanis, Plin. tamen ac Vegetius ſubſolanum ſiue Apeliotẽ diuerſum ab Euro faciunt.

Heous, animoſus. Virg. *Aquoſus, niger.* Horatius. *Sæuus.* Propert. *Trux, proteruus, indomitus, tumidus, præceps, Aeolius, Sæuus.* Ouidius.

EVRYSTHEVS Mycenarum rex vt ait Euſeb. qui Herculem tot laboribus exercuit, Stheneli & Nicippæ ſiue Leucippæ, ſiue Antiboeæ filius, vt Pindar. & Homer. interp. vt Thucydidis, Aſtydamiæ. Plura leges apud Homer. Diodor. Hygin. *Herus deterior.* Catul *Sthenereius, atrox.* Ouid.

EVROTAS Laconiæ amnis inter Cythium & Aſtæos, erumpens, ab Eurota viro Lacone dictus. Primum Marathon, deinde Himerus, ab Himero Taygetes Nymphæ, & Lacedæmonis filio. Poſtremo Eurotas ab Eurota Lacedæmoniorum Duce qui amiſſo exercitu ſeſe in fluuium præcipitauit. Plutar. Pauſa. Strab. Tzetzes. *Frigidus, Tænarius,* Ouid. Tænarus ſub Sparta ripa erecta eſt, ſacram Neptuni ædem conſtructam continens in luco, propinquaque ſpelunca eſt, per quam Cerberum ab inferis ſuperius reductum ab Hercule fabulæ canunt, author Strabo & Ariſtoph. interp.

EVROPA Agenoris filia, vt Herod. vt Theocr. Phœnicis ab Ioue in Taurum crotum naribus efflantem mutato cōpreſſa, quæ prægnans in Cretam delata, Aſterioni regi nupſit, indeque nati, Sarpedon, Minos, Rhadamanthus, vt canunt Bacchylides & Heſiod. *Agenore nata, Sidonis.* Ouid.

EVROPA tertia orbis pars, quæ terminos habet ab Oriēte Tanaim, & Meotida. & Pontum, à meridie reliqua noſtri maris, ab Occidente Atlanticum, à Septentrione Britanicum Oceanum, Oratius forma litorum. Huic Europa Agenoris filia Cadmi ſoror nomen dedit, quam ex Phœnice Iupiter in Taurum verſus exportauit, vt ait Varro, vt alij, ab Europe Hemeri filio, vt Andro, ab Europa Oceani, & Parthenopes filia. Interpres Lycophronis, Strabo, Plin. Mela, *Cadmi ſoror.* Ouid.

EVRIPIDES poeta Tragicus, Mneſarcho & Cletone nobiliſſimis parentibus ortus vt ſcribit Philochorus, à canibus eſt dilaceratus, vel vt alij à mulieribus, vixit annos quinque & ſeptuaginta, relictis totidem fabulis. alij verò duas & nonaginta cum feciſſe opinantur; Suidas. *Cothurnatus vates,* Ouid.

EVRYDICE Orphei vxor, cuius Diodorus, & Eratoſthenes meminerūt, quā Hermeſianax poeta Colophonius Agriopē vocat hiſce verſibus. οἵην μὲν φίλος υἱὸς ἀνήγαγεν οἰάγροιο

Ἀγριόπην

Α᾽γριότην θρῆσαι σειλάμενος κιθάρῃ. & paulo infra. ἔνθεν ἀοιδιάων μεγάλης ἀνέπεισεν ἄνακτας ἀγριόπην μαλακοῦ πνεῦμα λαβεῖν βιότου. *Oeagri, Calliopeſque nurus*, Ouid.

EXEQVIAE, *mœſtæ*, Tibull. *Duræ*, Propert.

EXILIVM, *infelix*. Virg, *Durum, triſte*, Ouid.

EXITIVM, *graue*, Horat.

EXQVILIAE, duo montes habiti quintæ regionis in vrbe Roma, Alij has ſcripſerunt ab excubiis regis dictas, alij ab eo quod excultæ à rege Tullo eſſent. Author Varro, Liuius, P. Victor. *Aquoſæ*, Propert.

EXTA, *pinguia*, Virg. *Lubrica*, Tibull.

EXVVIAE, *hoſtiles*, Tibull.

F.

FABRICIVS, ciuis Romanus qui conſtantiſſimè pecuniã ſpreuit. Liuius, Plutarchus. *Paruo potens*, Virg.

FABA, *dura*, Ouid.

FABVLA, *ficta*, Propert. Eſt autem Fabula Aeſopica, Libyſſa, Sybaritica, Phrygia, Ciliſſa, Carica, Aegyptiaca, Cypria. Huius authores, Aeſopus, Homer. Heſiod. Archilochus, Connis Cilix. Thurus Sybarita, Cybiſſus Libys, ex Theone Sophiſta.

FACES, *fumidæ, roſeæ*, Lucret. *Ardentes, fumantes*, Virgil. *Fulgentes*, Tibull. *Tepidæ*, Propert. *Multifidæ, flammiferæ, Lucentes, coruſcæ, auidæ*, Ouid.

FACTA, *clara*, Catull. *Fortia*, Virg.

FAGVS arbor, ſpecies Roboris, ſcabrã montuoſiſque naſcens. Fagus Italo Ioui olim fuit, vbi & locus Fageus. Fagis pectines tranſuerſi in pulpa apud antiquos, inde & vaſis honos. Manius Curius iurauit ſe ex prȩda nihil attigiſſe præter guttum faginum quo ſacrificaret. inde & Virgilio pocula fagina, facilis eſt fagus quanquam fragilis, & tenore eodem fictilibus laminis in tenui flexibilis capſiſque ac ſcriniis ſola vtilis, Fagi glãdibus veſci primus Pelaſgus Arcas inſtituit, Pauſanias, Theophraſtus, Plin. *Alta*, Catull. *Patula, denſa*, Virg.

FALERNVS, ager Caloeno proximus in Campano ſinu. Plin. *Bacchi cura*, Tibull.

FALISCI, Thuſciæ populi, quorũ oppidũ Faliſcum Haleſus cõdidit, immutato H in F Faliſci dicti ſunt, ſicut Febris dicitur, quæ antea Hebris, Formiæ quæ Hormiæ fuerunt. Strabo, Plin.

Plin.Seruius. *Æqui*, Virgil.quia pop.Roman. miſſis decemuiris ab ipſis iura Fœdialia collegit,& nonnulla ſupplementa duodecim tabularum. Seruius,Liuius. *Pomiferi, Iunonicolæ.* Ouid. Nam & apud Frontinum in libro de Coloniis, Faliſcus colonia Iunonia dicitur,& Ouidio authore tertio Amorum libro, Haleſus Faliſcus Iunonia ſacra docuit.

FALX, *rapax*, Lucr. *Curua,procurua, Saturni dens.* Saturnus agrorum cultor,inquit Feſtus,habetur,nominatus à Satu,tenéſque falcem effingitur quæ eſt inſigne agricolæ. Heſiodus verò Saturnum Cæli patris falce virilia amputaſſe confingit. *Ahena.* Virg. *dura*, Tib *acuta,adunca, Saturnia,incurua.* Ouid.

FAMES, *dira,obſcæna,maleſuada,rabida,veſana.* Virg. *miſera*, Horat. *peſtifera,ieiuna,dura,ſtimulans*, Ouid.

FAMA, *monſtrum horrendum, ingens, volitans, pennata*, Virg. *mendax*. Prop. *vaga,loquax,volucris,incerta*, Ouid.

FARRA, *flaua, robuſta, pia*, Virgilius. Nam, vt ait Plinius, in ſacris nihil religioſius confarrationis vinculo erat, nouæque nuptæ farrum præferebant. Itemque Dionyſius Halicarnaſſeus ait, Romani pretioſiſſimum vetuſtiſsimumque fructum fareſſe putantes ſacrificia omnia ignota ab eo incipiunt. *Adorea*, ab eo dicta quod cibi ora, id eſt principium ſit far, authores Varro & Columella. ſed & Adorea,& Adoreola, Ciceroni aliiſque pro gloria ſumitur,quia glorioſum, vt ait Feſtus, putant eſſe qui farre abundabat. *Alma*, Horat.

FARFARVS, fluuius Sabinum agrum præterfluens, alio nomine Fabaris à Virgilio dictus, vt ſcribit Seruius. *Opacus*, Ouidius.

FARRAGO, *craſſa*, Virg.

FARINA, *pulnerea*. Ouid.

FASCES, *pulchri*, Lucret.

FASCIA, *mollis*, Prop.

FASELVS legumen, *vilis*, Virg.

FASTVS, *ſuperbi*, Prop. *tumidi*, Ouid.

FASTI, *memores*, Horat.

FASTIDIA, *ſuperba*, Virg.

FASTIGIA, *ſumma*, Virg.

FATA, *crudelia, aſpera, ineluctabilia, inexorabilia*, Virgilius. *Abdita*, Tibul. *Inſuperabilia*, Ouid.

FAVOR, *lætus*, Ouid.

Digitized by Google

FAVVS, *flauus, tener*, Horat.

FAVILLA, *cãdens*, Virg. *Calens*, Horat. *Parua, cana*, Ouid.

FAVSTITAS, *alma*, Horatius.

FAVONIVS ventus ab occaſu æquinoctiali, quem Græci Zephyrum vocant. Plinius, Vegetius verò Iapygem, ſiue Fauonium Zephyro à ſiniſtra iungi ſcribit, Gellius autem Iapygẽ Caurum eſſe exiſtimat. *Genitabilis pennatus, Veneris prænuntius*, Lucret. *Iucundus, tepidus*, Catullus. *Lene ſpirans, placidus, mollis, leuis*, Ouidius.

FAVNVS Pici filius, vt Suidas, & Lycophronis interpres, & Virgilius. Is in Italia ante Aeneam circiter annos 150. regnauit, vt teſtis eſt Euſebius. Dionyſius Halicarnaſſeus ſic ait. Contigit autem eo tempore eſſe regem Aboriginum Faunum pronepotem, vt aiunt, Martis, virumque ſimul cum alacritate animi prudentem, quem etiam vt Genium quendam, ſiue indigetẽ & ſacrificiis & carminibus Romani colunt. Hercules, authore Plutarcho, quum Geryonis boues per Italiam duceret à Fauno rege ſuſceptus eſt hoſpitio, qui Mercurio natus patri hoſpites immolabat. Is igitur Herculem inuadens interemptus eſt. *Fatidicus*. Fuit enim, vt teſtatur Suidas, aſtronomus, metallorum auri, argenti ferrique inuentor, ab incolis diuitiarum dator nuncupatus, futura quoque prædicebat, Mercurij nomen adeptus. Indeque ei & Oraculum in Albunea ſilua Latinorum apud Virgilium, & Probum. Lactantius quoque Firmianus ita ſcribit. Sed & Pompilius apud Romanos inſtitutor ineptarum religionum fuit, ſicut ante Pompilium Faunus in Latio, qui & Saturno auo nefaria ſacra conſtituit, & Picum patrem inter deos honorauit, & ſororem ſuam Faunam, eandemque coniugem conſecrauit, quam C. Baſtus Fatuam nominatam tradit, quòd mulieribus fata canere conſueuiſſet, vt Faunus viris. *Vetus*. Poſt Saturnum in Latio tertio loco regnaſſe Faunum ferunt, ſub quo Euander ab Arcadiæ vrbe Pallantea in Italiam cum mediocri turba popularium venit, cui Faunus & agros, & montem, quem poſtea ille Palatinum appellauit, benigne conceſſit, vt legimus apud Iuſtinum. *Diuus, Laurens*, Virg.

FEBRIS, *arida*, Virg. *Anhela*, Ouid.

FEL, *atrum*, Virg. *Mordax*, Ouidius quo loco animi amaritudinem ſignat.

FEMVR, *tenerum*, Catull. *Laſciuum*, Ouid.

FENE-

FENESTRA, *caua*, Virg. *Excelſa*, Tibull.

FERAE, ſiue Belluæ, *montiuagum genus, horriferum genus* Lucret. *Horribiles*, Virgil. *Sæua*. Horat. *Truces*. Tibull. *Hirſutæ*. Prop. *Vaſtæ, Immanes, leues, ſolidæ, terribiles, rapidæ, auidæ, fortes, montanæ, pugnaces*. Ouidius.

FERONIA dea àpud Feroniam vrbem ſub monte Soracte, quam finitimi miro dignantur honore. Quo in loco ipſius tẽplum eſt mirificum ſacri genus habens. Nam qui eius numine afflantur nudis pedibus prunas & copioſum inambulāt ſub hac dæmone nulla læſione cinerem. Eo ingens mortalium multitudo conuenit, & celebritatis ipſius quæ quotannis celebratur gratià pariter, & ſpectaculi. Author Strabo. Seruius adijcit, Feroniam fontem eſſe iuxta Tarracinam, cuius fontis lucus quum aliquando fortuitu arſiſſet incendio, & vellent inde incolæ trāsferre ſimulachrum ſubito reuiruit. Fanum eſt communiter, ait Dionyſius Halicarnaſſeus, à Sabinis & Latinis honoratum, ſanctum maximè inter cætera, eius Deæ quæ Feronia vocatur, quā vertentes in græcam linguam, alij quidam Anthophoron, alij polyſtephanon, alij autem Perſephonem vocant. *Candens viridi luco*, Virgilius.

FERRVM, & Chalybs, quod ſæpe pro enſe ponitur, *validum*. Lucret. *Vulnificum*. Virg. *Durum*. Tibull. *Crudele*, Propertius. *Nocens ſplendens ſolidum, rigidum*. Ouid.

FERRVGO, *obſcura, libera*. Catull. Ferrugo, vt inquit Seruius, purpura eſt nigrior Hiſpana. *Atra*. Ouid.

FERVOR, *calidus*, Lucret. *Siccus*, Ouid.

FERITAS, *ſæua, inamabilis*, Ouid.

FERVLA arbor, quæ calidis naſcitur locis atque tranſmarinis, geniculatis nodata ſcapis. Duo eius genera Narthecagræci vocant aſſurgentem in altitudine, Narthenam verò ſemper humilem, à genibus exeuntia folia maxima vt quæ terræ proxima. Cætero natura eadem quæ Anetho, & fructu ſimilis. Nulli fruticum leuitas maior, ob id geſtata facilius baculorum vſum ſenectuti præbet. Author Plinius. Eadem imperij notam pædagogis & inſigne dedit, Ferulæque minaces ſceptra pædagogorum, vt Martialis ait, regium honorem & maieſtatem illi addiderunt vt quales voluit antiquitas reges eſſe in legibus, & minis aſperos, in pœnis verò mitiores, & parum nocentes, tales ferularum ſuarum leuitate pædadogi in pueros ſuos eſſent, metuendoſ-

tuendoſque ſe potius quàm nocentes oſtenderent, ne dum cultus ingenij quæritur corpori iniuria inferatur. Hinc Virgilius Siluanum leuiter Gallum poetam caſtigantem introducens ait,

Venit & agreſti capitis Siluanus honore

Florentes ferulas & grandia lilia quaſſans. *Florens.* Virg.

FERENTVM oppidum Apuliæ, Venuſinæ ciuitati proximum, in valle ſitum, Acron, Plin. quoque, & Strabo Ferentanos inter Apuliæ populos recenſent. *Humile, pingue,* Horat.

FEX, *liquida,* Ouidius.

FIBVLA, *raſilis,* Ouidius.

FICVS fructus, *pulla, pinguis,* Horatius.

FICVS arbor, de qua plurima habes apud Plin. Dioſcoridem, Ficum atram Pontifices infelicem putabant, felicem albã. Quæ autem felicia ligna ſint, contraue Macrobius docet. *Baccis cerula,* Ouidius.

FICTILIA, *pura,* Tibullus.

FIDES, *ſancta,* Catull. *Cana,* vel quod in canis hominibus inuenitur, vel quod manu albo panno inuoluta illi ſacrificatur, vt oſtendatur fidem debere eſſe ſecretam. Horat. Et albo rara fides colitur velata panno. Ex Seruio. *Intemerata.* Virg. *Incorrupta, rara albo velata panno.* Horat. *Pura, conſtans, recta, pia, Theſea, tenax, ſolida.* Ouidius.

FIDES Citharæ genus, *Canora,* Virgilius. *Cyllenæa,* Horatius. Dicunt enim Apollinem Mercurio Citharam ſe inuentã conceſſiſſe. Hyginus.

FIGVRA, *tenuis,* Lucret.

FILVM, *tenue, ſubtile,* Lucret. *Leue,* Catullus.

FILII, *dulces,* Lucretius.

FILIX herba, cuius duo genera nec florem habent, nec ſemen, Pterin græci vocant, alij Blachnon, cuius ex vna radice quam plures exeunt. Filices bina etiam cubita excedentes longitudine, non graues odore. Hanc marem exiſtimant. Alterum genus Thelypterin græci vocant, alij Nymphæam Pterin. Eſt autem ſingularis, atque non fruticoſa, breuior, molliorque & denſior foliis, ad radicem caniculata, vtriuſque radice ſues pingueſcunt. Folia vtriſque lateribus pinnata, vnde græci nomen impoſuere. Radices vtrique longæ in obliquum nigræ, præcipue quum inaruere, Plin. Dioſcorides. *Inuiſa aratris,* Virgil. Propter radicum obliquitatem.

FIMVS, *pinguis,immundus,budus*,Virg.

FISTVLA, quæ & Cicuta & Arundo dicitur. *Caua*,Lucr. *calamus agreſtis,leuis fragilis,arguta,tenuis*. Virgil. *Dulcis*, Horatius. *Garrula*,Tibullus. *Diſpar,ruſtica,cerata,canna, inæqualis*. Ouidius.

FISCINA, *facilis*,Virg.

FLAMMA, *celeris,velox,acris,calida,ignea,volans*,Lucret. *tremula,coruſca,furens,ſequax,torrens*,Virgil. *feruida,vaga*,Horat. *rapida*,Tib. *auida,rubra,rutila,viua*. Ouid.

FLAGELLA, ſummæ arborum partes,*ſumma*,Virg.

FLAGELLVM, *lentum*,Virg. *horribile*,Horat.

FLETVS, *miſer*,Catul. *tremulus*,Proper.

FLEXVS, *Sinuoſus*,Virg.

FLORES, *ſuaues*,Lucret. *Blandi,purpurei,crocei*,Virgil. *aprici,verni*,Horat. *varij,generoſi*,Ouidius.

FLORA Florum dea,quæ & Chloris Zephyri vxor apud Ouidium. Hinc Floralia inſtituta vrbis anno quingenteſimo ſextodecimo ex oraculo Sibyllæ,vt omnia bene deflorèſcerent, author Plin. Plutarchus Floram Bonam deam eſſe in problematis retulit,cui omni florum genere templum exornātes mulieres domum myrtos non importent, quod à multis tum verò rebus Venereis caſtæ ac puræ ſacrum illud obeunt. Alij meretricem Florum fuiſſe tradiderunt, quæ populum Romanum ſcripſit hæredem,certámque pecuniam reliquit,cuius ex annuo fœnore ſuus natalis dies celebraretur æditione ludorum quos appellant Floralia. Quod quia Senatui flagitioſum videbatur ab ipſo nomine argumentum ſumi placuit,vt pudendæ rei quædam dignitas adderetur,deam finxerunt eſſe quæ floribus præſit,vt fruges cum arboribus aut viribus bene proſpéréque floreſcerent. Hæc Lactantius Firmianus. *Mater*,Lucr. *Florum Dea, mater florum*, Ouid.

FLVVII, qui & flumina,& amnes, *rapaces,rapidi,perennes, alti,gelidi*,Lucr. *Sonantes*, Catul. *Frigidi, lati,caui,curui, ſpumei, liquentes,ſpumoſi,ſonori*,Virg. *Vagi*. Horat. *Decliues, limoſi,ſacri, ſpumigeri,longi,violenti,perlucidi,nitidi,lubrici*,Ouid.

FLVCTVS qui & Aeſtus,*cani,marini*,Lucret. *Vaſti*. Catul. *inſani,alti,marini,atri, longi, tumidi,ſalſi, tumentes*. Virg. *horridi*, Horat. *Aequores celſi,ſurdi,truces*,Ouid.

FLVENTA, *rauca*,Virg.

FOCI, *ſancti*, Tibullus. *fumoſi, thuricremi, calidi*, Ouidius. *ſacrati*, Virg.

FOEMINA, *multiuola*. Cat. *varia, mutabilis*, Virg. Fœminæ autem laudatiſſimæ & pulcherrimæ eſſe perhibentur in Chalcide Eubœæ, Heſiodo & Theophraſto authorib. Nymphodorus in Tenedo formoſiſſimas naſci prodidit, Nicias iuxta Alpheum, vbi Cereri Eleuſinæ templum ſacratum eſt formoſarum mulierum certamen fieri ſcriptum reliquit Theophraſt. apud Eleos. Homeri interp. apud Lesbios in templo Iunonis.

FOENVM, *durum*, Lucret.

FOETAE, *graues*, Virg.

FOLIA, *mollia*, Virg. *mobilia*. Hor. *caduca*. Ouid.

FOLLES, *ventoſi, taurini*. Virg.

FONTES, *ſacri, liquidi, irrigui, muſcoſi, gelidi*. Virgil. *viui, argentei, perlucidi, illimes*, Ouid.

FORMA, *pulchra, ſuperba, lauta, decens, generoſa*. Ouid.

FOMIDO, *acra*, Lucret. *trepida*. Virg. *miſera*. Hor. *pallida, gelida*, Ouid.

FORTVNA, *gubernans*. Lucr. *omnipotens*. Virg. *rapax*, Hor. *Cæca dea, potens, fortis dea, dubia, volubilis, ambigua, dea Præneſtina*. Ouid. Habet, inquit Strab. Præneſte Fortunæ templum illuſtre, vnde certa eduntur oracula.

FORNAX, *calida, caua*, Lucret. *vaſta*, Virgil. *profunda, terrena*, Ouid.

FORES, *robuſtæ, aſperæ*. Horat. *eratæ, duræ*, Tibullus. *rimoſæ*, Proper. *rigidæ*, Ouid.

FORMICAE, *nigræ*. Virg. *frugilegæ, graniferæ, paruum genus patiens laborum, quæſiti tenax*. Ouid.

FORCEPS, *tenax*, Virg. *curua*, Ouid.

FORVM, *inſanum*, Virg. *argutum, litigioſum, verboſum*. Ouid.

FORAMEN, *tenue*, Ouid.

FOSSA, quæ & ſcrobs, *præceps*. Virg. *patula*, Ouid.

FOSSOR, *robuſtus*, Virg.

FORMIAE Campaniæ oppidũ, antiqua Læſtrigonũ ſedes, à Laconibus conditum, quod prius Hormias appellabant, quod circa id crebræ ſtationes, tutæque erant, vnde proficiſcebantur nauigaturi. Strab. Plin. Mela. Feſtus. *Antiphatæ domus*. Ouid.

FRAGA, *humi naſcentia*, Virg. *montana, mollia*, Ouid.

FRAGOR, *horriſonus*, Lucret.

Miſera,cita,feminea,trepida. Ouid.

FVLGOR, *coruſcus,calidus.* Lucret. *Terrificus.* Virgil. *Tremulus*, Ouid.

FVLMEN, *horribile,validum,igniferum,infeſtum,* Lucretius. *Coruſcum,telum,flagrans,ignis Iouis rapidus,præſagum.* Virgil. *ignis coruſcus,iracundum.* Horat. *Vagum,ferum,flammatrifida, ignis triſulcus,ineuitabile,micans,penetrabile,telum triſulcum,Aetnæum,ſæuum,ignis nubifer.* Ouid.

FVLIGO, *nigra.* Virgil.

FVLICAE aues,quæ matutino clangore tempeſtatẽ prædicunt,vt ſcribit Plin. *Marinæ.* Virg. *Paluſtres,* Ouid.

FVLGVR, *niſtans.* Lucr. *micans,* Virg *rapidum.* Ouid.

FVMVS, *volans,*Lucret. *ater,amarus,volucer.* Virgil. *Niger, ſordidus.* Horat. *calidus.* Ouid.

FVNALIA, *lucida,*Horat.

FVNVS, *atrum,triſte* , Lucr. *acerbum, crudele.* Virg. *lacrimoſum,*Horat. *mæſtum.* Ouid.

FVNDA, *ſtridens,Balearis,*Virg. E regione Hiſpaniæ inſulæ iacent duæ Gymneſiæ quæ Baleares appellantur, quas inter Tarraconis,& Sucronis maritimam regionem eſſe ſitas contingit,Gymneſiarum vna quidem maior duas habet vrbes; Palamam atque Potentiam. Inſulæ longitudo ſtadiorum paulo minus 600. latitudo 200. Artemidorus autem longitudinem latitudinemque duplicauit. Minor autem altera à Potentia ſtadia circiter 70, diſtat,multo quam altera inferior, magnitudine minor eſt,virtute verò ea nihilo inferior, Fertiles enim ambæ, & portuum bonitate præſtantes. Ex quo Phœnices fundæ inuentores harum inſularum potiti ſunt Baleares funditores optimi extiterunt. Ternas circum caput fundas è iunciſ compactas,aut ſetis contextas, aut neruis geſtant, vel longioribus habenis, vel breuioribus, vel mediocribus ad remotiores iactus, vel propinquiores vel medios. A puerilibus hoc pacto ad fundas exercebantur annis,vt alioqui ne panis quidem pueris exhiberetur niſi funda quicquam prius attingerent,authores Plin. Strabo. *Torta.* Propert. *Balearica,lata.* Ouidius.

FVNDI, *lati.* Virg.

FVNDVM, *imum,* Virg.

FVNGI, *pluuiales.* Ouidius.

FVNES, *torti*, Virgilius.

FVROR, *violentus*. Luc. *vecors, amens*. Catul. *grauis*, Virg. *cæcus* Horat.

FVRIAE ſpeculatrices & vindices facinorum & ſceleris, quas alij, vt refert Cicero, Erebo & Nocte natas ferunt, Euripides, & Epimenides, & Heſiodus è ſanguine pudendorum Cœli quæ patri Saturnus amputauit. Orpheus in hymnis Plutonis & Proſerpinæ filias canit. Iſter Euonymen, quam Terram quibuſdam eſſe placet, Eumenidum matrem aſſerit. *Eumenides*. Catullus. Eumenides ob reuerentiam appellatæ ſunt: εὐμενὴς enim mitē ac placabilem ſignificat, cùm immites atque implacabiles ſint. Ariſtophanis interpres. Seruius. Alij Eumenidas tū primum appellari cœptas tradunt, quum Oreſti eis ouem nigram mactanti mites ſe & placabiles exhibuerunt. Alij quod Pallas erga Oreſtem eas mites reddiderit. Sunt autem tres, Alecto, Megæra, Tiſiphone. Author Suidas & Cornutus. *Erinnyes* παρὰ τὸ ἀρὰς ἀνύειν, hoc eſt quia execrationes perficiant, vel ἀπὸ τοῦ ἐν ἔρᾳ ναίειν, quod in terra habitent. Lycophronis interpres. *Diræ vltrices, ſæuæ, diræ, ſorores Tartareæ, canes*. Virgil. *Tragicæ*, quia ſæpiſſimè in tragœdiis commemorantur. *Seueræ*, Propertius. *Feræ, horriferæ, ſorores nocte genitæ. graue & implacabile numen, inſanæ, ſorores viperæ*. AEſchylus Furias cum crinibus dracones habere primus confixit, Pauſanias author. *Sanguinolentæ*. Epitheta ex Euripidis Oreſte, Τὰς αἱματωποὺς καὶ δρακοντώδεις κόρας. *Atræ, Deæ arcanæ*. Erinnyes ab Atheniensibus σεμναὶ θεαὶ appellabantur, σεμνὸν verò pro taciturno habetur, vnde σεμνὰ quæ haud facilè proferri queant myſteria dicta ſunt. Pauſan. Suidas, Ariſtophanis interp. Helychius. *Deæ Paleſtinæ*, Ouid. Quærendum ex idoneis authoribus cur Palæſtinæ dicantur, mihi quidem quid veri in medium proferam non ſuccurrit.

FVRCAE, *bicornes*, Virg.

FVRTVM, *inaue*, Virgilius.

FVSVS, *teres*, Ouidius.

G.

GAETVLI Mauritaniæ populi Straboni, Plinioque. *Genus inſuperabile bello*, Virgilius.

GALATEA vna Nereidum, Homero, & Heſiodo. *Nerine*.

Nerine. Virgil, *Candida, Neren*, Ouid.

GALLINAE Numidicæ, à Numidia quæ eſt in parte Africæ, *grandes, variæ, gibberæ*, quas Meleagridas appellant græci. Hæ nouiſſimæ in triclinium ganearium introierunt è culina propter faſtidium hominũ. Venerunt propter penuriam magno. Author Varro. Columella verò ait, Africana eſt, quam plerique Numidicam dicunt, Meleagridi ſimilis, niſi quod rutilam galeam, & criſtam capite gerit, quę vtraque ſunt in Meleagride cęrulea, Plinius ita ſcriptum reliquit. Simili modo pugnant Meleagrides in Bœotia. Africę hoc eſt gallinarum genus gibberum variis ſparſum plumis, quę nouiſſimę ſunt peregrinarum auium in menſas receptę propter ingratum virus. Verum Meleagri tumulus nobiles eas fecit. *Afra auis*. Horat.

GALLI populi Galliæ Europę prouinciæ, quę omnis Comatã vno nomine appellatur, atque in tria populorũ genera diuiditur, Belgicam, Lugdunenſem, ſiue Narbonẽſem, Aquitaniã, Plin. Mela, Cęſar, & cęteri. Inde Gallicę calciamenti genus, verbum non diu ante Ciceronis ętatem vſurpari cœptum, vſus eſt eo Cicero in ſecunda Philippica, cum gallicis & lacerna cucurriſti, vbi falſo quidam caligis repoſuerunt, ex Gellij 13. cap. 21. *Rebelles*. Virg. *Truces*, Ouid.

GALLVS amnis Phrygię, à quo nomen traxere matris deũ ſacerdotes, in quo potando neceſſarius modos ne lymphatos agat. Ei nomen dedit Gallus puer mãtri deum dilectus qui illic conſedit, cum antea Teria diceretur, Authores Plinius, Strabo, Stephanus. *Inſanus*, Ouinius.

GALLI matris deorum ſacerdotes, qui Samia teſta virilitatem ſibi amputant, author Plin. De his ita Feſtus ſcribit. Galli qui vocãtur matris magnæ comites dicti ſunt à flumine cui nomẽ eſt Gallo, quia qui ex eo biberint in hoc furere incipiunt vt ſe priuent virilitatis parte. Alij putant ideò eos ſibi genitalia incidere quia violauerint nomen patris aut matris ne poſſint ipſi fieri parentes. *Chori mitrati*, mitra enim & lydij & Phryges vtebantur, Virgilius, Seru. Propertius, *Semimares*. Ouid.

GALLVS auis, *ales vigil, criſtatus, lucis prænuntius*. Ouid.

GALESVS flumen, quod ab vrbe Tarento quinque millia abeſt, vt ſcribit Liuius. *Niger*. Virg. *Dulce ouibus flumen*, Horat. *Vmbroſus*, Propertius.

GALEAE, *comantes, æreæ, altæ, nitentes, cauæ, Triplici crinita*

iuba, Terribiles triſti, nam authore Polybio didicimus; Romanorum Militum galeam pennis tribus puniceis, aut nigris erectis adornari ſolitam, longitudinis fermè cubitalis. Quas cum in ſummo vertice cæteris armis addiderint, vir quidē apparet duplo maior quàm ſit, eius verò aſpectus pulcher, hoſtibus verò terribilis. *Triſtis decora*. Virgilius. *Leues*. Horatius. *Alienæ, radiantes*, Ouidius.

GANYMEDES in verbo Aquarius.

GANGES fluuius Indiæ, qui in Hæmodo Indiæ mōte cōceptus ſimul vnum alueum cum Indo fecit, fit omnium maximus, & alicubi latius, quando anguſtiſſimè fluit, decem millia paſſuum patens, in ſeptem ora diſpergitur. Habent Indi plurima flumina ingentiaque nauigiis apta, quæ ex fontibus montium ad Septentrionem vergentium in campeſtria decurrunt. Horum permulta in vnum coeuntia in Gangem defluunt. Eius altitudo ſtadiorum eſt triginta. Fertur ab Septentrione ad meridiem, inque mare Oceanum ingreditur delapſus ad Orientem per Gangaridas, apud quos permulti maximique ſunt Elephantes. Nomen accepit à Gange Indi, & Calauriæ Nymphæ filio, Plutarchus, Pomponius Mela, Diodorus, Strabo. Aurum inuenitur, teſte Plinio, fluminum ramentis vt in Tago Hiſpaniæ, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Aſiæ, Gange Indiæ. *Pulcher, altus*. Virg. *Extremus, lato ſpatians flumine, tepidus*, Ouid.

GARAMANTES Africæ populi, qui matrimoniorum exortes paſſim cum fœminis degunt. Author Plinius. *Extremi*. Virgilius.

GARGANVS mons Apuliæ & eiuſmontis & nominis promontorium quod ad ſtadia 300. procēditur in pelagus Oriētem proſpectans, Strabo, Plinius. *Iapyx*. Virg. ab Iapygia.

GARVMNA flumen, quod Gallos, ſiue Celtas, ſi Cæſari credimus, ab Aquitanis diuidit. Garumna autem excurrit in Oceanum, tribuſque augetur amnibus, per Bituriges, quos Loſcos nominant, & Santones Gallicam vtranque gentem effluit, vt perhibet Strabo, *Magnus*, Tibull.

GARGARA mons Troadis, eodemque nomine oppidū à Gargaro Iouis filio, Strabo, Stephanus, Plinius. *Ardua*, Ouid.

GAVDIA, *blanda*. Virg. *Dulcia*, Ouid.

GELA vrbs Siciliæ, ab amne proximo Gela, vt alij, à Gelone Ethni & Himeræ filio qui eā condidit, vt alij, à riſu Antiphemi con-

mi conditoris quo Pythiæ oraculum exceperit. Plin. Stephanus Strabo, Thucydides. *Immanis, fluuij cognomine dicta*, Virg.

GELAS amnis Siciliæ, Strabo, Plinius. *Non adeundus verticibus*, Ouidius.

GELONI Scythiæ populi à Gelono Herculis filio Agathyrſi fratre, qui hoſtiũ cutibus equos ſeque velant, illos reliqui corporis, ſe capitum. Mela, Plinius, Stephanus, Solinus. *Picti*. his enim Agathyrſi annumerantur qui ſe cæruleo colore pingunt, vt diximus, ex Mela, quod & Solin. perhibet. *Acres, Sagittiferi*, Virg. *Vltimi, pharetrati, implacidum genus*. Horat.

GELV, *canum, ſæuum*. Virg. *Acutum*. Horat. *Marmoreum, caneus, rigidum*, Ouidius.

GEMMAE, quæ & Baccæ, *Lapides clari*. Horat. *Lapides Eoi*, Arabia nanque & India Orienti appoſitæ gemmis feliciſſimæ ſunt, vt ſcribit Solinus, *Indicæ*, Proper. *Puræ, lapilli teretes, leues, lucidæ, lapilli picti, lapilli cari*, Ouid.

GEMITVS, *mœſtus, lacrimabilis*. Virg.

GENISTA frutex, quæ vinculi vſum præſtat, flores apibus gratiſſimi. Dubito an hæc ſit quam græci authores Sparton appellauere, cum ex ea lina piſcatoria apud eos factitari docuerim. Et nunquid hanc deſignauerit Homerus, cum dixit, Nauium Sparta diſſoluta. Nondum enim fuiſſe Africanum, vel Hiſpanũ Spartum in vſu certum eſt. Et quum ſutiles fierent naues, lino tamen non Sparto vnquam ſutas. ſanguinei frutices, Ilex, tingendiſque veſtibus naſcentes Geniſtæ, ait Plinius. *Lenta, humilis*, Virgilius.

GENAE, *teneræ*, Tibull. *Molles*, Ouid.

GENER, *charus*, Ouidius.

GENIVS deus generalis hominũ præſes, & ſingulis mortalibus cuſtos datus. Quem etiam Præſidem quòd præſit gerundis rebus vocauerunt. Nam & populi genio cum generalis poſcitur ſupplicant, & vnuſquiſque gubernatori proprio obſequium exhibet, ideoque Genius dicitur, quoniam quum quis hominum genitus fuerit mox eidem copulatur. Hic cuſtos fidiſſimuſque germanus animos omniũ, menteſque cuſtodit, & quoniam cogitationum arcanum ſuperæ annuntiat poteſtati etiam Angelus poterit nuncupari. Author Martianus Capella. Itemque Plutarchus ita ſcriptum reliquit. Nec verò, vt Menander putauit, homini ſtatim nato præſto Genius eſt aliquis auſpican-

da bene vitæ initiator, recteque degendæ miniſter, ſed vt Empedocles potius bini nos Genij bifariæ Sortes, quibus ille multa nomina variaque indidit in lucem protinus æditos accipiũt, iam inde auctoratos ſibi, datoſque pari, propè dixerim, mancipij iure. Eundem eſſe Genium, & Larem multi veteres memoriæ prodiderunt, in queis eſt C. Flaccus in libro quem de indigitamentis ſcriptum reliquit vt author eſt Cenſorinus. Varro egregius doctor docuit, id moris inſtitutique maiores tenuiſſe, vt quum die natali munus annuum Genio ſoluerent, manum à cęde, ac ſanguine abſtinerent, ne diem, qua ipſi lucem accepiſſent, alijs demerent. Denique Deli ad Apollinis genitoris aram, vt Timæus prodidit, nemo hoſtiam cædebat: indeque factum eſt, vt merum Genio funderetur, vt Tibullus, & Perſius teſtantur. *Sanctus*, Tibullus.

GENTES, *immenſæ*. Ouidius.

GENA, *rigida*. Ouidius.

GERYON, Callirhoe Oceani filia, & Chryſaore Meduſæ capite ædito natus, qui omnium mortalium pulcherrimus fuit, Erytheam inſulam Oceani procul à Gadibus in Luſitania tenuit, quàm Erythræam appellaſſe videtur Plinius, quum ait. Altera inſula eſt in longum 200. millia paſſuum, 40. millia lata: in qua prius oppidum Gadium fuit; vocatur ab Ephoro & Philiſtide, Erythræa: à Timæo, & Sileo, Aphrodiſias, ab indigenis, Iunonis. Erythræa dicta eſt, quoniam Tyrij ab origine eorum orti ab Erythræo mari ferebantur. In hac Geryones à quibuſdam habitaſſe exiſtimantur: quorum armenta Hercules abduxerit: Sunt qui aliam eſſe eam, & contra Luſitaniam arbitrentur, eodemque nomine quondam ibi appellatam. Hoc idem Solinus aſſerit ſcribens; in capite Bæticæ, vbi extremus eſt noti orbis terminus, Inſula à continenti ſeptingentis pedibus ſeparatur, quam Tyrij à rubro profecti mari Erythræam, Pœni lingua ſua Gadir nominauerunt. In hac Geryonem æuum agitaſſe plurimis monimentis probatur: tametſi quidam putent Herculem boues ex alia inſula adduxiſſe, quæ Luſitaniam contuetur. Calpurnius quoque poeta Geryonem Beticæ paſcua incoluiſſe canit.

Vltima viſari, trucibuſque obnoxia Mauris
Paſcua Geryonis, liquidis vbi curſibus ingens
Dicitur occiduas impellere Bætis arenas,

Eius boues quæ in Iberię locis paſcebantur, ipſo interfecto, Hercules ad Euriſtheum adduxit, quas quum adduceret cum Celtine Britani filia rem habuit, ex qua Celtus natus eſt, à quo Celtæ populi dicti ſunt. Au hores Heſiodus, Callimachus, Dionyſius Afer, Diodorus, Strabo, Parthenius, Ptolemæus, Stephanus, Mela, Plinius. *Tripectôr, tergeminus*, Lucretius. *Tricorpor*. Virgilius. *Ter amplus*, Horatius. *Paſtor Iberus, triplex*, Ouidius.

GERYONIS boues, *boues Iberæ*, Virgilius. *Erythæides, armentum Iberum*. Ouid.

GERMANIA hinc ripis eius vſque ad Alpes, à meridie ipſis alpibus, ab Oriente Sarmaticarum confinio gentium, qua Septentrionem ſpectat Oceanico litore obducta eſt. Qui habitant immanes ſunt animis, atque corporibus, & ad inſitam feritatem vaſtè vtraque exercent: bellando animos, corpora [illegible]ſuetudines laborum, maxima frigora nudi agunt antequam puberes ſint. Authores ſunt, Cæſar, Strabo, Plinius, Mela, Tacitus. *Horrida, fera*, Horatius. *Rebellatrix, perfida*, Ouidius.

GERMANI populi, *Cærulei*, Horatius. vnde habitus quoque corporum, inquit Tacitus, quanquam in tanto numero idem, omnibus truces, & cærulei oculi, rutilæ comæ, & cætera.

GETAE populi Thraciæ, qui ad Pontum in orientem vergunt, quique vtrumque Iſtri latus incolunt. Author Strabo, & Stephanus, Plinius ſcribit Scythiarum gentes varias fuiſſe. inter cæteras Getas ponit, quos à Romanis Dracos nominatos tradit. Apud Getas Serui flagris cæſi ſignantur, quemadmodum apud Laconas ingenui ac liberi, authore Artemidoro. *Rigidi*, Horatius. *Hiberni, aſtuti*, Propertius. *Bracati, Pharetrati, crudi, Martícolæ, ſtolidi, extremi, rigidi, duri, inhumani, ſæui, truces, hirſuti, diri, intonſi, pelliti, Squalidi, feri, feroces, indomiti*, Ouidius.

GIGANTES quos Terra è ſanguine virilium Cæli edidit, vt canit Heſiodus, cuius interpres Meliarum Nympharum, quæ eodem Heſiodo authore, Terra cælique ſanguine genitæ ſunt, filios putat: quarum nomina, Helice, Cynoſura, Arethuſa, Ida, Cro nna, Britho, Celæno, Adrâtios, & Glauce. *Magni*, Lucret. *Telluris iuuenes, cohors impia*. Horatius. *Serpentipedes*,

 diri,

diri, propago contemptrix ſuperum, violenti, anguipedes, feri, immania monſtra, Ouid.

GINDES amnis qui in Mantientis ortus montibus per Dardanios in Tigrim alterum amnem fluit, qui Opim vrbem prælabens rubro infunditur mari. Conabatur Cyrus hunc fluuium Gindem traiicere cum non poſſit niſi nauibus traiici: interim quidam à ſacris equis candidis petulanter ingreſſus fluuium tranſire conabatur, hunc fluuius vorticibus contorquens obruendo abripuit: Cyrus perquam ægrè ferens hanc fluminis iniuriam illi comminatus eſt, ſe ſic redditurum eum tenuem, vt poſthac facilè vel à mulieribus tranſiri poſſet, ne genua quidem tingentibus, hæc minatus expeditione in Babylonẽ intermiſſa, copias ſuas bifariam diuiſit. dehinc alueos ad funiculum deſignauit centenos, & octogenos, vtrinque ad Gindis labra omnino conuerſos, quos diſtributis copiis effodi iuſſit. Et opus quidem, vt quod à tanta multitudine fieret, perficiebatur: ta[illegible] in eo faciendo æſtatem triuerunt: atque ita Cyrus Gindem mulctauit in trecentos & ſexaginta riuos diductum. Herodot. *Cyri dementia*, Tibull.

GINGIVA, *rufa*, Catul.

GLACIES, *aſpera, frigida, ſolida, futilis*. Virg. *iners*. Horat. *lucida, fragilis*, Ouid.

GLANS, *Caduca*, Lucret. *Hiberna, Chaonia, Epiri*, quæ Chaonia dicta eſt, Dodona vrbs, à Dodone Oceani filia, ſiue à Dodone fluuio nuncupata; à quibus Dodonæum Oraculum conſtructum fuit Nam Pelaſgi inter potentiſſimos Græciæ populos antiquiſſimi celebrantur. Quocirca Poeta ita cecinit. Dodonæe Rex Pelaſgice Iuppiter. Ex Srabone, Euſtathio, Philoſtrato, Plinioq́que. Quercus Dodonæa vſque ad Pauſaniæ tempora peruenit vt ipſemet teſtatur. *Querna*, Virg.

GLAREA, *dura*, Tibullus.

GLAVCVS Anthedonius Copei filius, vt Theolytus Methymnæus tradit, vt Promathidas, Polybo Mercurij filio, & Euboea Larymni filia natus, vt Mnaſeas, Anthedone & Alcyone, vt Euanthes, Neptuno & Naide nympha. Is Hydnam Scylli Scyonei filiam amauit vt prodit Aeſchrion Samius, vt Nicandro placet, Europeam Nirei filiam, vt Theolytus Methymnæus Ariadnam in Dia inſula relictam. Hedylogus Samius ſiue Athenienſis Glaucum Melicertæ amore captum in mare ſe abieciſſe

iecíſſe ſcribit. Nicanor Cyrenęus addit Melicertę nomen Glaucum adeptum fuiſſe; alij retulerunt Glaucum piſcatorem natandi peritia apprimè pręditum à bellua quadam marina deuoratum: porro quum non rediret ex more populari fama vulgatum Glaucum guſtata herba factum immortalem, & in mari vitam agere. Alij multitudine piſcium quos caperet tędio affectum eos abieciſſe: ibi, mirū dictu vnus è piſcibus iam moriens guſtata herba reuixit. Id Glaucus obſeruans eadem herba comeſa immortalis eſt redditus: tandem vitæ tædio ſemet in mare proiecit. Non deſunt alij, qui affirment, ob eſum herbæ, quam Semperuiuum vocant, cum in mare ſe iactaſſe, verſumque in Deum marinum: alij in Balenam, ab eoque Apollinem diuinationis artem didiciſſe. Hæc latius explicata inuenies apud Athenæum, Apollonij & Lycophronis interp. Pauſaniam in Bœoticis. Palæphatum, Philoſtratum, & Strabonem. *Euboicus, tumidarum rector aquarum.* Ouid.

GLAVCI Siſyphi & Meropes filij equæ, quas in Potnia Bœotiæ vrbe humana carne alere conſueuerat, quò cupidius in hoſtem irruerent, & pernicioſius: ipſum autem quum alimenta defeciſſent deuorauerunt in ludis funebribus Peliæ. Quidam aiunt has equas Diomedis fuiſſe quas Hercules ad Euryſtheum perduxerit, & ab Euryſtheo, & Siſypho diſtractas, eumque filio ſuo dediſſe, Apollonij interp. Pauſan. Strabo, Probus, *Potniades quadrigæ*, Virg.

GLEBA, *fœcunda, putris*, Lucr. *iners*, Virg.

GLORIA, *dulcis, ardua, pe fuſa fuco*, Ouid.

GLVTEN, *lentum*, Virg.

GORYTI, *arcuum thecæ*, Suid. Heſiocho. Alij Choryti ſcribere malunt. *Leues*, Virg.

GRAECIA, regio nullius indiga præconij, quæ ab ipſius Iſthmi anguſtiis incipit, à noſtris Græcia dicta à rege nomine Græco. Hellas quoque nuncupata ab Hellenæ Pyrrhæ, & Deucalionis filio. Plin. Strabo, Thucydides, cæteri. *Magna*, Ouid.

GRAECI, *Graiugenæ Achæi*. Lucret. *Argiui*. Catullus, ab Argo rege Ius cuſtode, vt Iones ab Ione, Perſæ à Perſeo. Medi à Medo, vt ait Euſtathius. *Danai, Graij*, authore Stephano. *Aeolidis populi ſunt Achiui, Pelaſgi*, Achæus Phtius, & Pelaſgus Lariſſæ & Neptuni filij aduenientes in Aemoniam, quæ poſtea Theſſalia, incolentes eam Barbaros expellunt, ipſique regionem

nem diuidunt trifariam, denominatis partibus à ducibus ſuis. Phthia, Pelaſgia & Achaia. Author Dionyſius Halicarnaſſeus. Peloponeſum etiam Pelaſgiam vocitatam fuiſſe teſtis eſt Ephorus, Euripideſque in Archelao Danaum illum filiarum quinquaginta genitorem Argos venientem Inachi vrbem inhabitaſſe commemorat, quique antea Pelaſgi nominarentur, vt Danai dehinc vocarentur lege Græcia ſanxiſſe. *Argolici*, ab Argis. *Dorici*, Doris pars Græciæ in qua Sperchios, Erineon, Boeon, Pindus, Cytinum, Plinius. legimus & apud Platonem. In eo igitur decennio quo Troia obſidebatur, multa mala domi obſidentibus Achiuis propter ſiditiones Iuuenum acciderunt, qui nec honeſtè, nec iuſtè in ſua redeuntes milites recepere, ſed ita vt multi morte, multi exilio afficerentur. Qui rurſus expulſi deducti ſunt, Dori pro Achiuis mutato nomine appellati ſunt, propter Doricum quendam, à quo exules congregati & reſtituti fuerunt, vt verò Lycophronis interpr. ait à Dore Hellenis filio. *Magni*, *Inachij*, Virgilius. ab Inacho qui quinquaginta annis apud Argos regnauit, à quo & Inachus amnis Argiuorum dictus eſt, vt ſcribit Euſebius. *Achaici*, *Argei*, *pugnaces*, *fortes*. Horatius.

GRAMEN, *molle*. Lucretius. *viride*, Virgilius, *tenax*, Horatius.

GRANDO, *horrida*, *crepitans*, Virg. *dira*, Horat. *ſaliens*, *brumalis*, Ouidius.

GRATIAE, quas græci & Ouid. Charites vocant. Eurynome Oceani filia & Ioue natæ, vt Heſiodus & Orpheus, vt Antimachus.. Aegle & Sole, Pindarus & Heſiodus tres nominatim referunt, Aglaiam quam Vulcanus in matrimonium ſibi iunxit, Euphroſynen & Thaliam: Lacedæmonij duas tantum coluerunt, Clitam & Phænam: Athenienſes Auxo & Hegemonen, Hermeſianax inter Charites Pytho quoque enumerat. His Eteicles Thebani Andrei, vt alij Cephiſi amnis & Enippes filius, primum ſacrificauit. Pauſanias in Bœticis. Pamphos poeta qui ante Homeri tempora cenſetur, primus in Gratias carmen edidit. *Decentes*, pulchra opera, inquit Strabo, Mineruæ dictitantur, & Muſarum, & Gratiarum. Itemque Diodorus ait, Iupiter Gratiis tribuit quæ ad oris ſpeciem ac partium corporis formã decoremque ſpectant, inſuper beneficij & gratię retributionem. *Nuda*, Horat.

Grauis

GRAVISCAE oppidum Etruriæ exiguum, quod à Coſſis oppido Oſtiam nauigantibus occurrit: ideo dictæ quod grauem aerem ſuſtinent. Authores Plinius, Strabo, Cato, Seruius. *Intempeſtæ*. Virgil. hoc eſt, vt ait Seruius, ſine temperie & tranquillitate.

GRAVITAS, *tarda, anguſta*, Ouid.

GRVES aues, quarum fabellam hoc loco ex Athenæi monimentis referre non negligemus, præſertim cum latinis ignota ſit, & Ouidiani illi verſus pleriſque parum noti ſint.

Altera Pigmææ fatum miſerabile matris
Pars habet. Hanc Iuno victam certamine iuſſit
Eſſe gruem. populiſque ſuis indicere bellum.

Fabella talis eſt: Erat inter Pygmæos mulier quædam quæ cæteras facilè & forma & genere ſuperabat. Ea quum ſe ab omnibus miro honore coli cerneret, eique publicè templa dedicarentur, deos immortales, maximeque Iunonem & Dianam ſpernere cœpit, Iuno ob illius arrogantiam eam in gruem conuertit, & Pygmæis qui illam antea auguſtè ſanctèque coluerant bellum continenter inferre iuſſit. Hiſtoriam gruum habes apud Plinium. *Strymonia*, à Strymone Thraciæ amne vbi Grues maxime per æſtum morantur, authore Probo. *aeriæ*, Virgilius, volant enim vt ait Plinius & Cornutus, ad proſpiciendum altè *Threiciæ*, Ouid.

GVRGES, *altus*. Lucret. *Candens, cauus, latus*. Catull. *Vaſtus, flauus*. Virgil. *Grauis, Ceruleus*, Ouid.

GVTTA, *manans*, Lucret. *Leuis*, Ouidius.

GYAROS inſula cũ oppido vna ex Sporadibus, Pli. *Celſa*: Virg. Caſtigandus eſt Virgi. verſus qui paſſim corruptè legitur:

Errantem Mycone celſa Gyaroque reuinxit. Tu lege:
Errantem Gyaro celſa, Myconoque reuinxit.

tum ex vetuſtis codicib. tũ ex Ouid. qui Myconũ humilẽ vocat.

GYGES vnus ex Titanibus, Cæli Terræque filius, Heſiodo. *Centimanus*, Horat.

GYLIPPVS, *vir Lacedæmonius, bello clarus*, quẽ Lacedæmonij Syracuſanis auxilium contra Athenienſ. petentibus miſerũt ſolũ, ſed in quo inſtar omnium auxiliorum erat. Is duobus præliis victus, duas tandem ex hoſte victorias reportauit, vt latius exponit Iuſtinus, & Plutar. in Nicia. *Magnus*, Tibul.

GYRVS, *curuus*, Tibul.

H.

HABENAE, *validæ*, Lucret. *Leues*, Ouid.

HALITVS, *tenuis*, Virg.

HALESVS, vt alij, Agamemnonis filius, vt alij, auriga, qui poſt Agamemnonis interitum in Italiam profectus non longè à Sabinis Faliſcum oppidum Argiuorum Coloniam condidit. Author Stephanus. *Agamemnonius, Troiani nominis hoſtis*. Virg. *Atrides*. Ouidius.

HALA, *Hirſuta*. Horatius.

HALYS, fluuius qui ad orientem Paphlagonas terminat, à meridie fluens inter Cappadocas, qui & Syri, & Leucoſyri dicuntur, atque Paphlagonas, exitque in eum qui Euxinus pontus appellatur, dictus à ſalibus foſſilib. quos præterfluit, fontes habet prope Põticum in maiori Cappadocia iuxta Cambyſenam, & multus ad occidentem defertur, poſtea ad Septentrionem conuerſus per Galatas. Herod. Ptolemæus, Strabo, Plin. *Crebro vortice tortus*. Ouid.

HAMVS, *leuis, opertus* Horat. *Tenuis*. Tibull. *Curuus, aduncus, vncus, æs recuruum, fallax, æs vnicum*. Ouid.

HARPALICE quæ patrem ſuum captum à Getis multitudine collecta liberauit celerius quàm de fœmina credi poſſit. Authores Hyginus, Seruius. *Threiſſa*. Virg.

HARPYIAE Thaumante & Electra Oceani filia procreatę, *Iridis ſorores*, Authore Heſiodo, ſed & Canes appellantur ab Apollonio Rhodio, ἁρπυίας μεγάλοιο Διὸς κύνας. Itemque furiæ apud Virg. Ex quo Typhonides à Val. Flacco, nominantur, Typhon nanque Plutonis cognomen apud Orpheum, Heſiodus duas tantum dicit, Aello & Ocypeten, Tertiam addidit Maro Cæleno. Cæterum Phineus rex Arcadiæ liberis nouercam ſuperinduxit, eoſque illius inſtinctu excæcauit. Ob quam rem irati dij ei oculos ſuſtulerunt, & immiſerunt Harpyias quæ illi diu cibum abriperent. Hic Iaſonem cum Argonautis vellus aureum petentem ſuſcepit hoſpitio, & ductorem dedit, hoc beneficio Argonautæ Zetem & Calaim alatos iuuenes ad pellendas Harpyias miſerunt. Illæ ex Arcadia armatos iuuenes fugiẽtes ad inſulas Plotas peruenerunt, & quum vltra tendere vellent, admoniti ab Iride vt à Iouis Canibus abſtinerent, conuerterunt ſuos volatus. Hæc conuerſio, id eſt Strophe, nomen inſulis dedit. Inde nanque poſtmodum Strophades dictæ. Authores

res Apoll. Rhodius, Valer. Flaccus, Plinius, Seruius. *Triſte monſtrum, ſæua peſtis, & ira deum, obſcenæ pelagi volucres, diræ, obſcenæque volucres, Furiæ*: furias námque & canes eas dici & Lucanus teſtatur,

Stygiaſque canes in luce ſuperna
Deſtituunt. & ipſe Virgilius.
Viſæque canes vlulare per vmbram
Aduentante dea.

Virgineæ volucres. Ouid. Maro enim ait, *Virginei volucrũ vultus,*

HARPE, Mercurij enſis in modum falcis, ἅρπη namque Græcis falx. *Enſis falcatus, Cyllenis*, Ouid.

HARA, *immunda, humilis*, Ouid.

HASTA, *longa, horrens, valida.* Virg. *Grauis.* Propert. *Bellica, acuta, fraxinea.* Ouid.

HASTILIA, *lenta, valida.* Virgilius.

HEBRVS Thraciæ amnis cui Hebrus Caſſandri Thraciæ regis filius nomen dedit, cum antea Rhombus diceretur, authoribus Mela, Plinio, Strabone, qui pluuiis ac liquefactis anni tempore niuibus intumeſcit, ideo Iouis filius dictus in Hymnis ab Homero, quum cæteris amnibus pater Oceanus tribuatur. Cantus ad Hebri ripas exercuit Orpheus; eiuſque diſcerpti caput illuc abiectum eſt, & in Lesbum delatum, vbi nauigantibus in Troiam Græcis, & poſtea regi Cyro reſponſum dedit. Plura Philoſtratus in Heroicis, Plut Strab. Mel. Plin. *Odrygius, volucer, gelidus.* Virg. *Hyemis ſodalis.* Horat. *Iſmarius.* Iſmarus Thraciæ ciuitas Homero, Plinio, *Sacer, arenoſus*, Ouid.

HEBE Ioue & Iunone nata, ex qua Hercules Alexiaren & Anicetum ſuſtulit, quam diis omnibus pocula miniſtrare tradiderunt, quia ſolis diis immortalibus perpetua pubertas iure tribuitur, quam Hebes nomen exprimit Homerus, eiuſque interpres Heſiodus, Pauſanias, Eurip. *Cæleſtis.* Prop. *Iunonia*, Ouid.

HECALE anus, à qua Theſeus olim adoleſcens hoſpitio comiter acceptus eſt: vnde ſacrum quoque Hecaleſion per pagos celebre fuit Hecaleſio Ioui, non ſine ipſius Hecales honoribus: quam etiam Hecalenen diminutiua forma vocabant, quoniam ipſa quoque adoleſcentem Theſeum huiuſmodi excipere diminutiuorum blanditiis conſueuiſſet quoniam autem proficiſcēte ad pugnam Theſeo ſacrum Ioui pro illius reditu vouerat, ac prius quam reuerteretur ipſa obiit, vicem hanc Theſei iuſſu pro hoſpi-

hoſpitalitate recepit. Authores Plutarch. Callimach. Pli. Apul. Huius item mentio fit in Priapeis luſibus, & apud Statium. *pauper*, Ouid.

HECVBA Ciſſei regis Thraciæ filia, apud Euripidem, Ennium, Pacuuium, Virgil. Homero verò & Ouidio Dymante Phrygiæ rege, ex quo & Mygdon & Otreus, nata eſt. *Ciſſeis regina*. Virg. *Dymantis, Proles Dymantis, Priameia coniux, regia coniux, Troas*. Ouid.

HECTOR, vt Homer. Priamo & Hecuba natus, vt Steſichorus, Euphorion, Alexander AEtolus, Lycophron, Ibycus, Apollinis filius fuit. Huius oſſa à Thebanis, cum grauiter premerentur, conſilio deorum ex Aphnio Troadis in locum quem διὸς γονὰς appellant, deportata ſunt. Ex eo tempore apud Thebanos Hector in Deorum numero habitus eſt, vt ſcribit Ariſtodemus referente Homeri interpr. *Lux Dardaniæ, ſpes fidiſſima Teucrum, ſæuus, magnus, maximus*. Virg. *Ferox, homicida*. Horat. *barbarus, fortis, ferus*. Prop. *inclytus, impiger*. Ouid.

HECATE Perſei, ſiue Perſæ Tauricæ regis filia, ſuperans audacia immanitateque patrem, vt quæ cruciatu hominū læta eos pro feris appetere ſagittis conſueuerit, ſed & ad venena mortifera conficienda aconitum prima inuenit, vim naturamque cuiuſque veneni in cibis quos aduenis dabat experta. Hæc primo patrem veneno ſuſtulit, deinde regno aſſumpto templum ſtatuit Dianæ, cui nauigantes hoſpites ſacrificabat, exiſtimans ea crudelitate ſuum nomen clarius futurum. Poſthæc nupſit Aeetæ perſæ patris fratri, genuitque liberos tres, Circen, Medeam, & Aegialeum. Authores Apollonius Rhodius, eiuſque interpres, Diod. Sicul. Nocte genitam canit Bacchylides, Ioue & Aſteria Muſæus, Eodem & Cerere matre Orpheus, Pherecy des Ariſtæi Pæonis filiam tradit, Heſiodus Aſtreiæ & Perſæ Eurybeæ & Crij filij, cui Iupiter elementa ſubiecerit, magnoque inter deos mortaleſque honore affecerit, quamque homines cum ſacra faciunt præcipuè inuocent, vt preces ſuſcipiat, eiſque bona largiatur; eamque terra, mari, cœloque honorari iuſſerit. *Tergemina*. Eam namque, vt ſcribit Ariſtophanis interpres, idcirco in triuiis colebant, quod eam Lunam, Dianam, Hecatenque nuncuparent, Orpheus in Argonauticis triplex illi caput attribuit, dextrum equi, ſiniſtrum canis, medium hominis & quidem ruſtici. Apud Euſebium Hecate triformis propterea dicitur,

dic tur, quia luna Hecate dicitur, propter varias eius corporis figuras, quas à diſtantia ſolis ſumere videtur. Triformis enim eius virtus eſt. Nam nouilunij virtutem candidis & aureis veſtib. & ardente face ſignificant. Itemque Feſtus ait: Hecate Diana eadem putabatur, & Luna, & Proſerpina. Ouid. quoque:

Ora vides Hecates in tres vergentia formas,
Seruet vt in ternas compita ſecta vias.

Ter centum dij. Inde namque dicta eſt, authore Seruio, Hecate, quia centum habet poteſtates *Cælo Ereboque potens.* Virgil. *Inſ. rimis, Perſeis, triceps, potens.* Ouid.

HEDI, *teneri.* Lucr. *petulci.* Virg. *laſciui.* Horat.

HEDI ſidus geminum in manu Aurigæ, quorum & ortus & occaſus tempeſtates grauiſſimas facit. Oriuntur autem cum Scorpio menſe Octobri. Meliſſea tradunt quendam fuiſſe Cretæ regem, ad eius filias Iouem nutriendum eſſe delatum: quæ quòd lac non habuerint capram ei admiſiſſe Amalthæam nomine; quæ eum dicitur educaſſe. Hinc autem geminos hedos ſolitam eſſe procreare, & ferè eo tempore peperiſſe, quo Iupiter nutriẽdus eſt allatus. Itaque propter beneficium matris & hedos quoque dicitur inter ſidera collocaſſe. Hos autem hedos Cleoſtratus Tenedius dicitur primo inter ſidera oſtendiſſe. Hygin. Columella, Seruius. *pluuiales.* Virg. *Teneri, nimboſi,* Ouid.

HEDERA, ab Oſiride, quem græci Bacchum vocant, inuenta, quam ei conſecrarunt: lingua verò Aegyptia hederam Oſiridis plantam appell. In ſacris autem hedera vitibus præfertur, quoniam eæ folia amittant, illa verò ſeruet continuam viriditatem, quod & apud antiquiores in cæteris arboribus quæ ſemper florent accidit. Nam & Veneri Myrtum & Apollini laurum dedicarunt. Ea Liberi patris adornant Thyrſos, galeaſque etiam & ſcuta in Thraciæ populis in ſolennibus ſacris. Inimica arbor ſatis omnibus, ſepulchra muroſque rumpens, ſerpentium frigori gratiſſima, vt mirum ſit illam in honore vllo habitam. In hanc Ciſſus adoleſcens à Baccho dilectus cum in terram prolapſus interiiſſet mutatus eſt Mnaſeas, vt refert Euripidis int. ait, Bacchum infantem hedera contectum fuiſſe quæ circum colũnas enata erat, cum Cadmi regia incenderetur. Indeq; περικίονον dictum eſſe. Plura leges apud Dioſcorid. Euripid. int. Plin. Diodor. Conſt. Cæſ. *Tenax, errans,* Cat. *pallens* Virg *lentæ, vires, laſciua.* Hor. *Flexipes, nexilis, bacchica ſerta* Ouid.

iubæ, Terribiles criſtis, nam authore Polybio didicimus, Romanorum Militum galeam pennis tribus puniceis, aut nigris erectis adornari ſolitam, longitudinis fermè cubitalis. Quas cum in ſummo vertice cæteris armis addiderint, vir quidē apparet duplo maior quàm ſit, eius verò aſpectus pulcher, hoſtibus verò terribilis. *Triſtis decoræ.* Virgilius. *Leues.* Horatius. *Alienæ, radiantes,* Ouidius.

GANYMEDES in verbo Aquarius.

GANGES fluuius Indiæ, qui in Hæmodo Indiæ mōte cōceptus ſimul vnum alueum cum Indo fecit, fit omnium maximus, & alicubi latius, quando anguſtiſſimè fluit, decem millia paſſuum patens, in ſeptem ora diſpergitur. Habent Indi plurima flumina ingentiaque nauigiis apta, quæ ex fontibus montium ad Septentrionem vergentium in campeſtria decurrunt. Horum permulta in vnum cocuntia in Gangem defluunt. Eius altitudo ſtadiorum eſt triginta. Fertur ab Septentrione ad meridiem, inque mare Oceanum ingreditur delapſus ad Orientem per Gangaridas, apud quos permulti maximique ſunt Elephantes. Nomen accepit à Gange Indi, & Calauriæ Nymphæ filio, Plutarchus, Pomponius Mela, Diodorus, Strabo. Aurum inuenitur, teſte Plinio, fluminum ramentis vt in Tago Hiſpaniæ, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Aſiæ, Gange Indiæ. *Pulcher, altus.* Virg. *Extremus, lato ſpatians flumine, tepidus,* Ouid.

GARAMANTES Africæ populi, qui matrimoniorum exortes paſſim cum fœminis degunt. Author Plinius. *Extremi.* Virgilius.

GARGANVS mons Apuliæ & eiuſ montis & nominis promontorium quod ad ſtadia 300. protēditur in pelagus Oriētem proſpectans, Strabo, Plinius. *Iapyx.* Virg. ab Iapygia.

GARVMNA flumen, quod Gallos, ſiue Celtas, ſi Cæſari credimus, ab Aquitanis diuidit. Garumna autem excurrit in Oceanum, tribuſque augetur amnibus, per Bituriges, quos Loſcos nominant, & Santones Gallicam vtranque gentem effluit, vt perhibet Strabo, *Magnus,* Tibull.

GARGARA mons Troadis, eodemque nomine oppidū à Gargaro Iouis filio, Strabo, Stephanus, Plinius. *Ardua,* Ouid.

GAVDIA, *blanda.* Virg. *Dulcia,* Ouid.

GELA vrbs Siciliæ, ab amne proximo Gela, vt alij, à Gelone Ethni & Himeræ filio qui eā condidit, vt alij, à riſu Antiphemi con-

mi conditoris quo Pythiæ oraculum exceperit, Plin. Stephanus, Strabo, Thucydides. *Immanis, fluuij cognomine dicta*, Virg.

GELAS amnis Siciliæ, Strabo, Plinius. *Non adeundus verticibus*, Ouidius.

GELONI Scythiæ populi à Gelono Herculis filio Agathyrſi fratre, qui hoſtiiũ cutibus equos ſeque velant, illos reliqui corporis, ſe capitum. Mela, Plinius, Stephanus, Solinus. *Picti.* his enim Agathyrſi annumerantur qui ſe cæruleo colore pingunt, vt diximus, ex Mela, quod & Solin. perhibet. *Acres, Sagittiferi*, Virg. *Vltimi, pharetrati, implacidum genus*. Horat.

GELV, *canum, ſæuum*. Virg. *Acutum*. Horat. *Marmoreum, canens, rigidum*, Ouidius.

GEMMAE, quæ & Baccæ, *Lapides clari*. Horat. *Lapides Eoi*, Arabia nanque & India Orienti appoſitæ gemmis feliciſſimæ ſunt, vt ſcribit Solinus, *Indicæ*, Proper. *Puræ, lapilli teretes, leues, lucidæ, lapilli picti, lapilli cari*, Ouid.

GEMITVS, *mæſtus, lacrimabilis*. Virg.

GENISTA frutex, quæ vinculi vſum præſtat, flores apibus gratiſſimi. Dubito an hæc ſit quam græci authores Sparton appellauere, cum ex ea lina piſcatoria apud eos factitari docuerim; Et nunquid hanc deſignauerit Homerus, cum dixit, Nauium Sparta diſſoluta. Nondum enim fuiſſe Africanum, vel Hiſpanũ Spartum in vſu certum eſt. Et quum ſutiles fierent naues, lino tamen non Sparto vnquam ſutas. ſanguinei frutices. Ilex, tingendiſque veſtibus naſcentes Geniſtæ, ait Plinius. *Lenta, humilis*, Virgilius.

GENAE, *teneræ*, Tibull. *Molles*, Ouid.

GENER, *charus*, Ouidius.

GENIVS deus generalis hominũ præſes, & ſingulis mortalibus cuſtos datus. Quem etiam Præſidem quòd præſit gerundis rebus vocauerunt. Nam & populi genio cum generalis poſcitur ſupplicant, & vnuſquiſque gubernatori proprio obſequium exhibet, ideoque Genius dicitur, quoniam quum quis hominum genitus fuerit mox eidem copulatur. Hic cuſtos fidiſſimuſque germanus animos omniũ, menteſque cuſtodit. & quoniam cogitationum arcanum ſuperæ annuntiat poteſtati etiam Angelus poterit nuncupari. Author Martianus Capella. Itemque Plutarchus ita ſcriptum reliquit. Nec verò, vt Menander putauit, homini ſtatim nato præſto Genius eſt aliquis auſpican-

da bene vitæ initiator, recteque degendæ miniſter, ſed vt Empedocles potius bini nos Genij bifariæ Sortes, quibus ille multa nomina variaque indidit in lucem protinus æditos accipiūt, iam inde auctoratos ſibi, datoſque pari, propè dixerim, mancipij iure. Eundem eſſe Genium, & Larem multi veteres memoriæ prodiderunt, in queis eſt C. Flaccus in libro quem de indigitamentis ſcriptum reliquit vt author eſt Cenſorinus. Varro egregius doctor docuit, id moris inſtitutique maiores tenuiſſe, vt quum die natali munus annuum Genio ſoluerent, manum à cęde, ac ſanguine abſtinerent, ne diem, qua ipſi lucem accepiſſent, alijs demerent. Denique Deli ad Apollinis genitoris aram, vt Timæus prodidit, nemo hoſtiam cædebat: indeque factum eſt, vt merum Genio funderetur, vt Tibullus; & Perſius teſtantur. *Sanctus*. Tibullus.

GENTES, *immenſæ*. Ouidius.

GENA, *rigida*. Ouidius.

GERYON, Callirhoe Oceani filia, & Chryſaore Meduſæ capite ædito natus, qui omnium mortalium pulcherrimus fuit, Erytheam inſulam Oceani procul à Gadibus in Luſitania tenuit, quàm Erythræam appellaſſe videtur Plinius, quum ait. Altera inſula eſt in longum 200. millia paſſuum, 40. millia lata: in qua prius oppidum Gadium fuit; vocatur ab Ephoro & Philiſtide, Erythræa: à Timæo, & Sileo, Aphrodiſias, ab indigenis, Iunonis. Erythræa dicta eſt, quoniam Tyrij ab origine eorum orti ab Erythræo mari ferebantur. In hac Geryones à quibuſdam habitaſſe exiſtimantur: quorum armenta Hercules abduxerit: Sunt qui aliam eſſe eam, & contra Luſitaniam arbitrentur, eodemque nomine quondam ibi appellatam. Hoc idem Solinus aſſerit ſcribens; in capite Bæticæ, vbi extremus eſt noti orbis terminus, Inſula à continenti ſeptingentis pedibus ſeparatur, quam Tyrij à rubro profecti mari Erythræam, Pœni lingua ſua Gadir nominauerunt. In hac Geryonem æuum agitaſſe plurimis monimentis probatur: tametſi quidam putent Herculem boues ex alia inſula adduxiſſe, quæ Luſitaniam contuetur. Calpurnius quoque poeta Geryonem Beticæ paſcua incoluiſſe canit.

Vltima viſari, trucibuſque obnoxia Mauris
Paſcua Geryonis, liquidis vbi curſibus ingens
Dicitur occiduas impellere Bætis arenas,

Eius boues quæ in Iberiæ locis paſcebantur, ipſo interfecto, Hercules ad Euriſtheum adduxit, quas quum adduceret cum Celtine Britani filia rem habuit, ex qua Celtus natus eſt, à quo Celtæ populi dicti ſunt. Authores Heſiodus, Callimachus, Dionyſius Afer, Diodorus, Strabo, Parthenius, Ptolemæus, Stephanus, Mela, Plinius. *Tripectòr, tergeminus*, Lucretius. *Tricorpor.* Virgilius. *Ter amplus*, Horatius. *Paſtor Iberus, triplex*, Ouidius.

GERYONIS boues, *boues Iberæ*, Virgilius. *Erytheides, armentum Iberum.* Ouid.

GERMANIA hinc ripis eius vſque ad Alpes, à meridie ipſis alpibus, ab Oriente Sarmaticarum confinio gentium, qua Septentrionem ſpectat Oceanico litore obducta eſt. Qui habitant immanes ſunt animis, atque corporibus, & ad inſitam feritatem vaſtè vtraque exercent: bellando animos, corpora [illegible]ſuetudines laborum, maxima frigora nudi agunt antequam puberes ſint. Authores ſunt, Cæſar, Strabo, Plinius, Mela, Tacitus. *Horrida, fera*, Horatius. *Rebellatrix, perfida*, Ouidius.

GERMANI populi, *Cærulei*, Horatius. vnde habitus quoque corporum, inquit Tacitus, quanquam in tanto numero idem, omnibus truces, & cærulei oculi, rutilæ comæ, & cætera.

GETAE populi Thraciæ, qui ad Pontum in orientem vergunt, quique vtrumque Iſtri latus incolunt. Author Strabo, & Stephanus, Plinius ſcribit Scythiarum gentes varias fuiſſe. inter cæteras Getas ponit, quos à Romanis Dracos nominatos tradit. Apud Getas Serui flagris cæſi ſignantur, quemadmodum apud Laconas ingenui ac liberi, authore Artemidoro. *Rigidi*, Horatius. *Hiberni, aſtuti*, Propertius. *Bracati, Pharetrati, crudi, Marticolæ, ſtolidi, extremi, rigidi, duri, inhumani, ſæui, truces, hirſuti, diri, intonſi, pelliti, Squalidi, feri, feroces, indomiti*, Ouidius.

GIGANTES quos Terra è ſanguine virilium Cæli edidit, vt canit Heſiodus, cuius interpretes Meliarum Nympharum, quæ eodem Heſiodo authore, Terra cælique ſanguine genitæ ſunt, filios putat: quarum nomina, Helice, Cynoſura, Arethuſa, Ida, Cronna, Britho, Celæno, Adratios, & Glauce. *Magni*, Lucret. *Telluris iuuenes, cohors impia.* Horatius. *Serpentipedes, diri,*

diri, propago contemptrix ſuperum, violenti, anguipedes, feri, immania monſtra, Ouid.

GINDES amnis qui in Mantientis ortus montibus per Dardanios in Tigrim alterum amnem fluit, qui Opim vrbem præterlabens rubro infunditur mari. Conabatur Cyrus hunc fluuium Gindem traiicere cum non poſſit niſi nauibus traiici: interim quidam à ſacris equis candidis petulanter ingreſſus fluuium tranſire conabatur, hunc fluuius vorticibus contorquens obruendo abripuit: Cyrus perquam ægrè ferens hanc fluminis iniuriam illi comminatus eſt, ſe ſic redditurum eum tenuem, vt poſthac facilè vel à mulieribus tranſiri poſſet, ne genua quidem tingentibus, hæc minatus expeditione in Babylonē intermiſſa, copias ſuas bifariam diuiſit. dehinc alueos ad funiculum deſignauit centenos, & octogenos, vtrinque ad Gindis labra omnino conuerſos, quos diſtributis copiis effodi iuſſit. Et opus quidem, vt quod à tanta multitudine fieret, perficiebatur [illegible] in eo faciendo æſtatem triuerunt: atque ita Cyrus Gindem mulctauit in trecentos & ſexaginta riuos diductum. Herodot. *Cyri dementia*, Tibull.

GINGIVA, *rufa*, Catul.

GLACIES, *aſpera, frigida, ſolida, futilis*. Virg. *iners*. Horat. *lucida, fragilis*, Ouid.

GLANS, *Caduca*, Lucret. *Hiberna, Chaonia, Epiri*, quæ Chaonia dicta eſt, Dodona vrbs, à Dodone Oceani filia, ſiue à Dodone fluuio nuncupata; à quibus Dodonæum Oraculum conſtructum fuit Nam Pelaſgi inter potentiſſimos Græciæ populos antiquiſſimi celebrantur. Quocirca Poeta ita cecinit. Dodonæe Rex Pelaſgice Iuppiter. Ex Strabone, Euſtathio, Philoſtrato, Plinioque. Quercus Dodonæa vſque ad Pauſaniæ tempora peruenit vt ipſemet teſtatur. *Querna*, Virg.

GLAREA, *dura*, Tibullus.

GLAVCVS Anthedonius Copei filius, vt Theolytus Methymnæus tradit, vt Promathidas, Polybo Mercurij filio, & Euboea Larymni filia natus, vt Mnaſeas, Anthedone & Alcyone, vt Euanthes, Neptuno & Naide nympha. Is Hydnam Scylli Scyonei filiam amauit vt prodit Aeſchrion Samius, vt Nicandro placet, Europeam Nirei filiam, vt Theolytus Methymnæus Ariadnam in Dia inſula relictam. Hedylogus Samius ſiue Athenienſis Glaucum Melicertæ amore captum in mare ſe abieciſſe

ieciſſe ſcribit. Nicanor Cyrenęus addit Melicertę nomen Glaucum adeptum fuiſſe, alij retulerunt Glaucum piſcatorem natandi peritia apprimè pręditum à bellua quadam marina deuoratum: porrò quum non rediret ex more populari fama vulgatum Glaucum guſtata herba factum immortalem, & in mari vitam agere. Alij multitudine piſcium quos caperet tędio affectum eos abieciſſe: ibi, mirũ dictu.vnus è piſcibus iam moriens guſtata herba reuixit. Id Glaucus obſeruans eadem herba comeſa immortalis eſt redditus: tandem vitæ tædio ſemel in mare proiecit. Non deſunt alij, qui affirment, ob eſum herbæ, quam Semperuiuum vocant, cum in mare ſe iactaſſe, verſumque in Deum marinum: alij in Balenam, ab coque Apollinem diuinationis artem didiciſſe. Hæc latius explicata inuenies apud Athenæum, Apollonij & Lycophronis interp. Pauſaniam in Bœoticis. Palæphatum, Philoſtratum, & Strabonem. *Euboicus, tumidarum rector aquarum.* Ouid.

GLAVCI Siſyphi & Meropes filij equæ, quas in Potnia Bœotiæ vrbe humana carne alere conſueuerat, quò cupidius in hoſtem irruerent, & perniciosius: ipſum autem quum alimenta defeciſſent deuorauerunt in ludis funebribus Peliæ. Quidam aiunt has equas Diomedis fuiſſe quas Hercules ad Euryſtheum perduxerit, & ab Euryſtheo, & Siſypho diſtractas, eumque filio ſuo dediſſe, Apollonij interp. Pauſan. Strabo, Probus. *Potniades quadrigæ*, Virg.

GLEBA, *fœcunda, putris*, Lucr. *iners*, Virg.

GLORIA, *dulcis, ardua, perfuſa fuco*, Ouid.

GLVTEN, *lentum*, Virg.

GORYTI, *arcuum thecæ*, Suid. Heſiocho. Alij Chorytiſcribere malunt. *Leues*, Virg.

GRAECIA, regio nullius indiga præconij, quæ ab ipſius Iſthmi anguſtiis incipit, à noſtris Græcia dicta à rege nomine Græco. Hellas quoque nuncupata ab Hellenæ Pyrrhæ, & Deucalionis filio. Plin. Strabo, Thucydides, cæteri. *Magna*, Ouid.

GRAECI, *Graiugenæ Achæi.* Lucret. *Argiui.* Catullus, ab Argo rege Ius cuſtode, vt Iones ab Ione, Perſæ à Perſeo. Medi à Medo, vt ait Euſtathius. *Danai, Graij*, authore Stephano. *Aeolidis populi ſunt Achiui, Pelaſgi*, Achæus Phtius, & Pelaſgus Lariſſæ & Neptuni filij aduenientes in Aemoniam, quæ poſtea Theſſalia, incolentes eam Barbaros expellunt, ipſique regio-

nem

nem diuidunt trifariam, denominatis partibus à ducibus ſuis, Phthia, Pelaſgia & Achaia. Author Dionyſius Halicarnaſſeus. Peloponeſum etiam Pelaſgiam vocitatam fuiſſe teſtis eſt Ephorus, Euripideſque in Archelao Danaum illum filiarum quinquaginta genitorem Argos venientem Inachi vrbem inhabitaſſe commemorat, quique antea Pelaſgi nominarentur, vt Danai dehinc vocarentur lege Græcia ſanxiſſe. *Argolici*, ab Argis. *Dorici*, Doris pars Græciæ in qua Sperchios, Erineon, Boeon, Pindus, Cytinum, Plinius. legimus & apud Platonem. In eo igitur decennio quo Troia obſidebatur, multa mala domi obſidentibus Achiuis propter ſeditiones Iuuenum acciderunt, qui nec honeſtè, nec iuſtè in ſua redeuntes milites recepere, ſed ita vt multi morte, multi exilio afficerentur. Qui rurſus expulſi deducti ſunt, Dori pro Achiuis mutato nomine appellati ſunt, propter Doricum quendam, à quo exules congregati & reſtituti fuerunt, vt verò Lycophronis interpr. ait à Dore Hellenis filio. *Magni*, *Inachij*, Virgilius. ab Inacho qui quinquaginta annis apud Argos regnauit, à quo & Inachus amnis Argiuorum dictus eſt, vt ſcribit Euſebius. *Achaici*, *Argei*, *pugnaces*, *fortes*. Horatius.

GRAMEN, *molle*. Lucretius. *viride*, Virgilius, *tenax*, Horatius.

GRANDO, *horrida*, *crepitans*, Virg. *dira*, Horat. *ſaliens*, *brumalis*, Ouidius.

GRATIAE, quas græci & Ouid. Charites vocant, Eurynome Oceani filia & Ioue natæ, vt Heſiodus & Orpheus, vt Antimachus.. Aegle & Sole, Pindarus & Heſiodus tres nominatim referunt, Aglaiam quam Vulcanus in matrimonium ſibi iunxit, Euphroſynen & Thaliam: Lacedæmonij duas tantum coluerunt, Clitam & Phænam: Athenienſes Auxo & Hegemonen, Hermeſianax inter Charites Pytho quoque enumerat. His Eteocles Thebani Andrei, vt alij Cephiſi amnis & Enippes filius, primum ſacrificauit. Pauſanias in Bœticis. Pamphos poeta qui ante Homeri tempora cenſetur, primus in Gratias carmen edidit. *Decentes*, pulchra opera, inquit Strabo. Mineruæ dicti tantur, & Muſarum, & Gratiarum. Itemque Diodorus ait, Iupiter Gratiis tribuit quæ ad oris ſpeciem ac partium corporis formã decoremque ſpectant, inſuper beneficij & gratię retributionem. *Nuda*, Horat.

Grauiſ

GRAVISCAE oppidum Etruriæ exiguum, quod à Coſſis oppido Oſtiam nauigantibus occurrit: ideo dictæ quod grauem aerem ſuſtinent. Authores Plinius, Strabo, Cato, Seruius. *Intempeſtæ*, Virgil. hoc eſt, vt ait Seruius, ſine temperie & tranquillitate.

GRAVITAS, *tarda, anguſta*, Ouid.

GRVES aues, quarum fabellam hoc loco ex Athenæi monimentis referre non negligemus, præſertim cum latinis ignota ſit, & Ouidiani illi verſus pleriſque parum noti ſint.

Altera Pigmææ fatum miſerabile matris
Pars habet, Hanc Iuno victam certamine iuſſit
Eſſe gruem, populiſque ſuis indicere bellum.

Fabella talis eſt: Erat inter Pygmæos mulier quædam quæ cæteras facilè & forma & genere ſuperabat. Ea quum ſe ab omnibus miro honore coli cerneret, eique publicè templa dedicarentur, deos immortales, maximeque Iunonem & Dianam ſpernere cœpit, Iuno ob illius arrogantiam eam in gruem conuertit, & Pygmæis qui illam antea auguſtè ſancteque coluerant bellum continenter inferre iuſſit. Hiſtoriam gruum habes apud Plinium. *Strymoniæ*, à Strymone Thraciæ amne vbi Grues maxime per æſtum morantur, authore Probo. *aeriæ*, Virgilius, volant enim vt ait Plinius & Cornutus, ad proſpiciendum altè *Threiciæ*, Ouid.

GVRGES, *altus*. Lucret. *Candens, cauus, latus*. Catull. *Vaſtus, flauus*. Virgil. *Grauis, Ceruleus*, Ouid.

GVTTA, *manans*, Lucret. *Leuis*, Ouidius.

GYAROS inſula cũ oppido vna ex Sporadibus, Pli. *Celſa*: Virg. Caſtigandus eſt Virgi. verſus qui paſſim corruptè legitur:

Errantem Myeone celſa Gyareque reuinxit. Tu lege:
Errantem Gyaro celſa, Myconoque reuinxit.

tum ex vetuſtis codicib. tũ ex Ouid. qui Myconũ humilẽ vocat.

GYGES vnus ex Titanibus, Cæli Terræque filius, Heſiodo. *Centimanus*, Horat.

GYLIPPVS, *vir Lacedæmonius, bello clarus*, quẽ Lacedæmonij Syracuſanis auxilium contra Athenienſ. petentibus miſerũt ſolũ, ſed in quo inſtar omnium auxiliorum erat. Is duobus præliis victus, duas tandem ex hoſte victorias reportauit, vt latius exponit Iuſtinus, & Plutar. in Nicia. *Magnus*, Tibul.

GYRVS, *curuus*, Tibul.

nem diuidunt trifariam, denominatis partibus à ducibus ſuis. Phthia, Pelaſgia & Achaia. Author Dionyſius Halicarnaſſeus. Peloponeſum etiam Pelaſgiam vocitatam fuiſſe teſtis eſt Ephorus, Euripideſque in Archelao Danaum illum filiarum quinquaginta genitorem Argos venientem Inachi vrbem inhabitaſſe commemorat, quique antea Pelaſgi nominarentur, vt Danai debinc vocarentur lege Græcia ſanxiſſe. *Argolici*, ab Argis. *Dorici*, Doris pars Græciæ in qua Sperchios, Erineon, Boeon, Pindus, Cytinum, Plinius. legimus & apud Platonem. In eo igitur decennio quo Troia obſidebatur, multa mala domi obſidentibus Achiuis propter ſiditiones Iuuenum acciderunt, qui nec honeſtè, nec iuſtè in ſua redeuntes milites recepere, ſed ita vt multi morte, multi exilio afficerentur. Qui rurſus expulſi deducti ſunt, Dori pro Achiuis mutato nomine appellati ſunt, propter Doricum quendam, à quo exules congregati & reſtituti fuerunt, vt verò Lycophronis interpr. ait à Dore Hellenis filio. *Magni, Inachij*, Virgilius. ab Inacho qui quinquaginta annis apud Argos regnauit, à quo & Inachus amnis Argiuorum dictus eſt, vt ſcribit Euſebius. *Achaici, Argei, pugnaces, fortes*. Horatius.

GRAMEN, *molle*. Lucretius. *viride*, Virgilius, *tenax*, Horatius.

GRANDO, *horrida, crepitans*, Virg. *dira*, Horat. *ſaliens, brumalis*, Ouidius.

GRATIAE, quas græci & Ouid. Charites vocant. Eurynome Oceani filia & Ioue natæ, vt Heſiodus & Orpheus, vt Antimachus.. Aegle & Sole, Pindarus & Heſiodus tres nominatim referunt, Aglaiam quam Vulcanus in matrimonium ſibi iunxit, Euphroſynen & Thaliam: Lacedæmonij duas tantum coluerunt, Clitam & Phænam: Athenienſes Auxo & Hegemonen, Hermeſianax inter Charites Pytho quoque enumerat. His Eteticles Thebani Andrei, vt alij Cephiſi amnis & Enippes filius, primum ſacrificauit. Pauſanias in Bœticis. Pamphos poeta qui ante Homeri tempora cenſetur, primus in Gratias carmen edidit. *Decentes*, pulchra opera, inquit Strabo, Mineruæ dictitantur, & Muſarum, & Gratiarum. Itemque Diodorus ait, Iupiter Gratiis tribuit quæ ad oris ſpeciem ac partium corporis formã decoremque ſpectant, inſuper beneficij & gratię retributionem. *Nuda*, Horat.

Grauiſ

GRAVISCAE oppidum Etruriæ exiguum, quod à Coſſis oppido Oſtiam nauigantibus occurrit: ideo dictæ quod grauem aerem ſuſtinent. Authores Plinius, Strabo, Cato, Seruius. *Intempeſtæ*. Virgil. hoc eſt, vt ait Seruius, ſine temperie & tranquillitate.

GRAVITAS, *tarda, anguſta*, Ouid.

GRVES aues, quarum fabellam hoc loco ex Athenæi monimentis referre non negligemus, præſertim cum latinis ignota ſit, & Ouidiani illi verſus pleriſque parum noti ſint.

Altera Pigmææ fatum miſerabile matris
Pars habet, Hanc Iuno victam certamine iuſſit
Eſſe gruem, populiſque ſuis indicere bellum.

Fabella talis eſt: Erat inter Pygmæos mulier quædam quæ cæteras facilè & forma & genere ſuperabat. Ea quum ſe ab omnibus miro honore coli cerneret, eique publicè templa dedicarentur, deos immortales, maximeque Iunonem & Dianam ſpernere cœpit, Iuno ob illius arrogantiam eam in gruem conuertit, & Pygmæis qui illam antea auguſtè ſanctèque coluerant bellum continenter inferre iuſſit. Hiſtoriam gruum habes apud Plinium. *Strymonia*, à Strymone Thraciæ amne vbi Grues maxime per æſtum morantur, authore Probo. *aeriæ*, Virgilius, volant enim vt ait Plinius & Cornutus, ad proſpiciendum altè *Threiciæ*, Ouid.

GVRGES, *altus*. Lucret. *Candens, cauus, latus*. Catull. *Vaſtus, flauus*. Virgil. *Grauis, Ceruleus*, Ouid.

GVTTA, *manans*, Lucret. *Leuis*, Ouidius.

GYAROS inſula cũ oppido vna ex Sporadibus, Pli. *Celſa*: Virg. Caſtigandus eſt Virgi. verſus qui paſſim corruptè legitur:

Errantem Myeone celſa Gyaroque reuinxit. Tu lege:
Errantem Gyaro celſa, Myconoque reuinxit.

tum ex vetuſtis codicib. tũ ex Ouid. qui Myconũ humilẽ vocat.

GYGES vnus ex Titanibus, Cæli Terræque filius, Heſiodo. *Centimanus*, Horat.

GYLIPPVS, *vir Lacedæmonius, bello clarus*, quẽ Lacedæmonij Syracuſanis auxilium contra Athenienſ. petentibus miſerũt ſolũ, ſed in quo inſtar omnium auxiliorum erat. Is duobus præliis victus, duas tandem ex hoſte victorias reportauit, vt latius exponit Iuſtinus, & Plutar. in Nicia. *Magnus*, Tibul.

GYRVS, *curuus*, Tibul.

H.

HABENAE, *validæ*, Lucret. *Leues*, Ouid.

HALITVS, *tenuis*, Virg.

HALESVS, vt alij, Agamemnonis filius, vt alij, auriga, qui poſt Agamemnonis interitum in Italiam profectus non longè à Sabinis Faliſcum oppidum Argiuorum Coloniam condidit. Author Stephanus. *Agamemnonius, Troiani nominis hoſtis*. Virg. *Atrides*. Ouidius.

HALA, *Hirſuta*. Horatius.

HALYS, fluuius qui ad orientem Paphlagonas terminat, à meridie fluens inter Cappadocas, qui & Syri, & Leucoſyri dicuntur, atque Paphlagonas, exitque in eum qui Euxinus pontus appellatur, dictus à ſalibus foſſilib. quos prætterfluit, fontes habet prope Pôticum in maiori Cappadocia iuxta Cambyſenam, & multus ad occidentem defertur, poſtea ad Septentrionem conuerſus per Galatas. Herod. Ptolemæus, Strabo, Plin. *Crebro vortice tortus*. Ouid.

HAMVS, *leuis, opertus* Horat. *Tenuis*. Tibull. *Curuus, aduncus, vncus, æs recuruum, fallax, æs vnicum*. Ouid.

HARPALICE quæ patrem ſuum captum à Getis multitudine collecta liberauit celerius quàm de fœmina credi poſſit. Authores Hyginus, Seruius. *Threiſſa*. Virg.

HARPYIAE Thaumante & Electra Oceani filia procreatæ, *Iridis ſorores*, Authore Heſiodo, ſed & Canes appellantur ab Apollonio Rhodio, ἁρπύιας μεγάλοιο διός κύνας. Itemque furiæ apud Virg. Ex quo Typhonides à Val. Flacco, nominantur, Typhon nanque Plutonis cognomen apud Orpheum, Heſiodus duas tantum dicit, Aello & Ocypeten, Tertiam addidit Maro Cæleno. Cæterum Phineus rex Arcadiæ liberis nouercam ſuperinduxit, eoſque illius inſtinctu excæcauit. Ob quam rem irati dij ei oculos ſuſtulerunt, & immiſerunt Harpyias quæ illi diu cibum abriperent. Hic Iaſonem cum Argonautis vellus aureum petentem ſuſcepit hoſpitio, & ductorem dedit, hoc beneficio Argonautæ Zetem & Calaim alatos Iuuenes ad pellendas Harpyias miſerunt. Illæ ex Arcadia armatos iuuenes fugiẽtes ad inſulas Plotas peruenerunt, & quum vltra tendere vellent, admoniti ab Iride vt à Iouis Canibus abſtinerent, conuerterunt ſuos volatus. Hæc conuerſio, id eſt Strophe, nomen inſulis dedit. Inde nanque poſtmodum Strophades dictæ. Autho-

res

res Apoll. Rhodius, Valer. Flaccus, Plinius, Seruius. *Triſte monſtrum, ſæua peſtis, & ira deum, obſcenæ pelagi volucres, diræ, obſcenæque volucres, Furiæ*: furias namque & canes eas dici & Lucanus teſtatur,

Stygiaſque canes in luce ſuperna
Deſtituunt. & ipſe Virgilius.
Viſæque canes vlulare per vmbram
Aduentante dea.

Virgineæ volucres. Ouid. Maro enim ait, *Virginei volucrũ vultus.*

HARPE, Mercurij enſis in modum falcis, ἅρπη namque Græcis falx. *Enſis falcatus, Cyllenis,* Ouid.

HARA, *immunda, humilis,* Ouid.

HASTA, *longa, horrens, valida.* Virg. *Grauis.* Propert. *Bellica, acuta, fraxinea.* Ouid.

HASTILIA, *lenta, valida.* Virgilius.

HEBRVS Thraciæ amnis cui Hebrus Caſſandri Thraciæ regis filius nomen dedit, cum antea Rhombus diceretur, authoribus Mela, Plinio, Strabone, qui pluuiis ac liquefactis anni tempore niuibus intumeſcit, ideo Iouis filius dictus in Hymnis ab Homero, quum cæteris amnibus pater Oceanus tribuatur. Cantus ad Hebri ripas exercuit Orpheus; ciuſque diſcerpti caput illuc abiectum eſt, & in Lesbum delatum, vbi nauigantibus in Troiam Græcis, & poſtea regi Cyro reſponſum dedit. Plura Philoſtratus in Heroicis, Plut Strab. Mel. Plin. *Odrgrius, volucer, gelidus.* Virg. *Hyemis ſodalis.* Horat. *Iſmarius.* Iſmarus Thraciæ ciuitas Homero, Plinio, *Sacer, arenoſus,* Ouid.

HEBE Ioue & Iunone nata, ex qua Hercules Alexiaren & Anicetum ſuſtulit, quam diis omnibus pocula miniſtrare tradiderunt, quia ſolis diis immortalibus perpetua pubertas iure tribuitur, quam Hebes nomen exprimit Homerus, eiuſque interpres Heſiodus, Pauſanias, Eurip. *Cæleſtis.* Prop. *Iunonia,* Ouid.

HECALE anus, à qua Theſeus olim adoleſcens hoſpitio comiter acceptus eſt: vnde ſacrum quoque Hecaleſion per pagos celebre fuit Hecaleſio Ioui, non ſine ipſius Hecales honoribus: quam etiam Hecalenen diminutiua forma vocabant, quoniam ipſa quoque adoleſcentem Theſeum huiuſmodi excipere diminutiuorum blandiciis conſueuiſſet quoniam autem proficiſcẽte ad pugnam Theſeo ſacrum Ioui pro illius reditu vouerat, ac prius quam reuerteretur ipſa obiit, vicem hanc Theſei iuſſu pro hoſpi-

dic'tur, quia luna Hecate dicitur, propter varias eius corporis figuras, quas à diſtantia ſolis ſumere videtur. Triformis enim eius virtus eſt. Nam nouilunij virtutem candidis & aureis veſtib. & ardente face ſignificant. Itemque Feſtus ait: Hecate Diana eadem putabatur. & Luna, & Proſerpina. Ouid. quoque:

Ora vides Hecates in tres vergentia formas,
Seruet vt in ternas compita ſecta vias.

Ter centum dij. Inde namque dicta eſt, authore Seruio, Hecate, quia centum habet poteſtates *Cælo Ereboque potens.* Virgil. *Inf. r̃mis, Perſeis, triceps, potens.* Ouid.

HEDI, *teneri.* Lucr. *petulci.* Virg. *laſciui.* Horat.

HEDI ſidus geminum in manu Aurigæ, quorum & ortus & occaſus tempeſtates grauiſſimas facit. Oriuntur autem cum Scorpio menſe Octobri. Meliſſea tradunt quendam fuiſſe Cretæ regem, ad eius filias Iouem nutriendum eſſe delatum: quæ quod lac non habuerint capram ei admiſiſſe Amaltheam nomine; quæ eum dicitur educaſſe. Hinc autem geminos hedos ſolitam eſſe procreare, & ferè eo tempore peperiſſe, quo Iupiter nutriẽdus eſt allatus. Itaque propter beneficium matris & hedos quoque dicitur inter ſidera collocaſſe. Hos autem hedos Cleoſtratus Tenedius dicitur primo inter ſidera oſtendiſſe. Hygin. Columella, Seruius. *pluuiales.* Virg. *Teneri, nimboſi,* Ouid.

HEDERA, ab Oſiride, quem græci Bacchum vocant, inuenta, quam ei conſecrarunt: lingua verò Ægyptia hederam Oſiridis plantam appell. In ſacris autem hedera vitibus præfertur, quoniam eæ folia amittant, illa verò ſeruet continuam viriditatem, quod & apud antiquiores in cæteris arboribus quæ ſemper florent accidit. Nam & Veneri Myrtum & Apollini laurum dedicarunt. Ea Liberi patris adornant Thyrſos, galeaſque etiam & ſcuta in Thraciæ populis in ſolennibus ſacris. Inimica arbor ſatis omnibus, ſepulchra muroſque rumpens, ſerpentium frigori gratiſſima, vt mirum ſit illam in honore vllo habitam. In hanc Ciſſus adoleſcens à Baccho dilectus cum in terram prolapſus interiiſſet mutatus eſt Mnaſeas, vt refert Euripidis int. ait, Bacchum infantem hedera contectum fuiſſe quæ circum colũnas enata erat, cum Cadmi regia incenderetur. Indeque περικίονον dictum eſſe. Plura leges apud Dioſcorid. Euripid. int. Plin. Diodor. Conſt. Cæſ. *Tenax, errans,* Cat. *pallens.* Virg *lenta, virens, laſciua.* Hor. *Flexipes, nexilis, bacchica ſerta.* Ouid.

K HELI-

HELICON altiſſimus Bœotiæ mons,& lucus non longè à Permeſſo amne,Muſis ſacer, ab Helicone Cithæronis fratre nomen adeptus. Solin. Pauſan. Et Muſis, inquit Plinius, natale in nemore Helicone aſſignant. Strabo verò ita ſcribit: Helicon igitur non procul à Parnaſſo diſtans, illi æmulus eſt & altitudine & circuitu. Vterque enim niuibus pulſatur: hoc autem in loco eſt conſecrata Muſis ædes, Fonſque Caballinus, & Libethridum ſpelunca Nympharum. *amœnus*,Lucret.*vmbroſus*. Hor. *virgineus*. Ouid.

HELENA vt Pindarus Ioue & Leda procreata,vt alij Tyndareo & Leda,vt alij ex Ioue & Nemeſi in piſcem mutata. Ex ea & Menelao nati,Motraphion, à quo Motraphiorum genus apud Perſas,Diæthus,Aethiolas qui apud Lacedæmonios colitur, itemque Nicoſtratus, & filia Hermione, authores Athenæus, Euſtathius, Porphyrius, Interpres Homeri, Heſiodus. Hyginus verò hoc pacto æditam Helenam ſcriptis mandauit. Iupiter quum amore inductus Nemeſim diligere cœpiſſet, neque ab ea vt ſecum cubaret,impetrare potuiſſet,hac cogitatione eſt liberatus: Iubet enim Venerem aquilæ ſimulatam ſe ſequi, ipſe in Olorem conuerſus vt aquilam fugiēs ad Nemeſim fugit, & in eius gremio ſe collocauit, quem Nemeſis non aſpernata, amplexu tenens,ſomno eſt conſopita, quam dormientem Iupiter compreſſit,ipſe autem auolauit. Et quia ab hominibus altè volans cœlo videbatur, inter ſidera dictus eſt eſſe conſtitutus, quod ne falſum videretur,Iupiter è facto eum volantem, & aquilam conſequentem collocauit in mundo. Nemeſis autem vt quæ auium generi eſſet iuncta,menſibus actis ouum procreauit,quod Mercurius auferens,detulit Spartam, & Ledæ ſedenti proiecit in gremium, ex quo naſcitur Helena, cæteris corporis ſpecie præſtans,quam Leda ſuam filiam nominauit. Alij autem cum Leda Iouem concubuiſſe in Olorem conuerſum,de quo in medio relinquimus. hæc Hyginus. Meminit huius fabulæ & Lycophronis interp. Helenam à Theſeo Pirithooque raptam latius diſſeruere Diodor. & Plutarch. Eam quinque viri habuerunt,Theſeus,Menelaus,Paris,Deiphobus, Achilles in Campis Elyſiis, vt ait Lycophronis interpr. Helenium herbam celebrat Plin. quod è lacrymis Helenæ dicitur natum, & ideo in Helena inſula laudatiſſimum,fauere creditur formæ, cutem mulierum in facie reliquoque corpore nutrire incorruptam. Præterea putant

tant vſu eius quandam datam gratiam iis. Veneremque conciliari, attribuit & hilaritatis effectum eidem ſi potetur in vino, eumque quem habuerit Nepenthes illud prædicatum ab Homero, quod ea triſtitia omnis aboleatur, Eſt autem ſucci prædulcis. *Tyndaris*, Lucret. *Mœcha*, Catull. *Argiua, Ledæa, Lacæna*, Virg. *Infamis, adultera*. Horat. *Pulcherrima, Tænaria, Oebalis, Oebalia*. Oebalus namque Perierus filius Lacedæmone regnauit, ex quo Tyndareus & Icarus & Hippothoon, & Arne nati ſunt, Icarus Tyndareum regno expulit. Euſtathius author. *Therapnæa*, Ouid. Therapne oppidum in agro Laconico, vbi Helenæ fanũ erat. Herodotus, Plin.

HELLESPONTVS fretum Europam ab Aſia diuidẽs, Vaſtum mare, inquit Plin. præiacens Aſiæ, & ab Europa porrecto Cheroneſi littore expulſo anguſto meatu itrumpit in terras, ſeptem ſtadiorum interuallo Europam auferens Aſiæ, primas anguſtias Helleſpontum vocant. Hac Xerxes Perſarum rex conſtrato in nauibus ponte duxit exercitum. Ei nomen dedit Helle Phryxi ſoror quum in eum decidiſſet, ibique debitum naturæ reddidiſſet, Strabo, Hyginus, Philoſtratus. *Rapidus*, Catullus. *Lõgus*. Quidam enim Helleſponti Longitudinem 720. milia faciũt, vt ſcribit Plin. Latitudo eius 384. eſt *Mare Helles, longa ſtagna Phryxeæ ſororis, anguſtæ male vectæ virginis vndæ*, Ouid.

HELLE Athamantis Aeoli filij & Nepheſes filia, de qua diuerſa atque aduerſa inter ſe authores tradidere, Diod. Ariſtop. & Apollonij int. Hygi. *Athamantis*. Prop. *Nephaleis, ſoror Phryxea. Aeolis, virgo vecta male, Aeolia*, Oui.

HELENVS Priami ex Hecuba filius, cui ob induſtriam ſingularem vaticinandi Pyrrhus Achillis filius regnum Chaonum, ſiue Epirum, & Andromacham Hectoris quam & ipſe matrimonio in diuiſione Troianæ prædæ acceperat vxorem tradidit, author Iuſtin. *Priamides, Troiugena, interpres diuum, interpres Phœbi, armipotens*. Virgilius. *Vates Dardanius, vates Phrygius*. Ouidius.

HELLOPIAE aquæ calidæ in Caryſto Eubœæ oppido, quæ Hellopia dicta eſt ab Iouis filio Hellope, Caryſtus verò quæ & Aegæa ab Aegæone principe, & Caryſtus à Caryſto Chironis filio, & aliquando Chironia dicta eſt, non tam aquis calentibus nobilis fuit quam marmore Caryſtio, habuit etiam aues quæ flammas impune inuolarent, & Carbaſa quæ in flamma cõiecta

cuiundabantur. Cæterum & in Chalcide & Delio Euboeæ aquarum calentium ſcaturigines fuerunt, curandis corporibus accõmodatiſſimæ. Strabo, Euſtathius, Plin. Solinus. *Caryſtia vnda ardens campis Cretæis*, Tibull. Nam vt ait Strab. ex Ione, libro primo, Euripi tempeſtas fretum Euboeæ quod in Cretam traijciebat abſcidit.

HELICE Achaiæ Ciuitas, ab Helica Lycaonis filio, vel ab Helice Sellinuntis filia, à fluctibus deleta. Nam quum terræ motus in ſublime pelagus extuliſſet, & ipſam diluuij inſtar abſorpſit, ſimul & Neptuni templũ Heliconij, quod & ætate noſtra (inquit Strabo) Iones præcipuè honoribus adorant, ibique ſacrificium operantur quod ab vniuerſis Ionibus factum Panionia vocatur. Cæterum Helice duobus ante res Leuctricas annis deſtructa eſt Eratoſthenes locum ſe vidiſſe ait, & Porthmenſes affirmare, vt in traiectu Neptunus ex ære ſubliīmis aſtabat, aurigariam ſcuticam manu geſtans piſcatoribus diſcrimen importātem. Heraclides autem commemorat, ætate ſua calamitatem illam noctu accidiſſe vrbemque ipſam quæ ſtadiis 12. diſtabat à mari, toto cum loco fuiſſe obrutam. Homines verò inde ad duo milia miſſos ab Achæis vt mortuos eximerent re infecta rediſſe: finitimis autem agrum diuiſiſſe. Eam vero cladem ob Neptuni iram accidiſſe. Alterius quoque Helices quæ ad Theſſaliam pertinet mentionem fecit Heſiodus. Hæc ex Strabone, Plinius quoque ait, Achaiæ oppida Helice, Bura, in quæ refugere hauſtis prioribus. Sicyon, Aegira, Aegion, Erineos. *Achais*, Ouid.

HERBAE, *florentes, molles, teneræ, pallentes, virides, potentes*, Virg. *Salubres*, Tibull. *Opacæ, fortes*, Ouid.

HERCVLANIVM vrbs prope Neapolim, Melæ Plinioque. *Herculea vrbs*. Ouid.

HERCVLES Alcmenæ & Iouis filius, Homerus, Heſiod. Amphitryone natus creditur, vt in fabulis legimus, vel apud Plautum. non tā alienis quā ſuis laboribus ac monimentis inclytus: de quo plurima habes apud Diodorũ. Vt ſcribit Stephanus, Agenor & Belus fratres fuere, filij Neptuni & Libyes, ex Agenore Phœnix, ex Belo Danaus & Aegyptus, cuius Lynceus, cuius Abas, cuius Acriſius, cuius Danae, cuius Perſeus, cuius Alceus, cuius Amphitryon ex Laonome, & non, vt alij putant, Lyſidice Pelopis filia, cuius Hercules. *Falſiparens, Amphitryoniades*. Catul. *Alcides, magnus, Tirynthius, maximus*. Virg.

Vagus,

Vagus.impiger. Horatius. *Inuictus, deus Oetæus*, ab Oeta monte Theſſaliæ, vbi pyra constructa ſe combuſſit, indeque ad deos tranſiit. Authoribus Ouidio, Seneca, Diodoro. *Deus Thebanus*, Plinius. Nec cedentes inquit, Athenis claritate quæ cognominantur Bœotiæ Thebæ duorum numinum Liberi atque Herculis (vt volunt) patria, *Eximius, pater ſanctus*. Propertius. Acilus, vt refert Varro, Diumfidium dicebat Diious filium vt græci Dioſcoron Caſtorem, & putabant hunc eſſe ſanctum ab Sabina Lingua, Herculem à græca. *Ferox, Ioue natus, Iouis inclyta proles, laborifer, clauiger*. Ouidius. Eodem modo claua & pellis Leonis, inquit Diodorus, antiquo Herculi conueniunt, quo tempore nondum erant arma adinuenta, ſed fuſtibus homines iniurias propulſabant, ac ferarum pellibus tegebant pro armis corpora.

HERMAPHRODITVS Venere & Mercurio æditus, vnde vtriuſque parentis nomen cæpiſſe fertur. Hunc deum eſſe opinantur promiſcua viri ac fœminæ natura, & ſpecie mollicieque corporis fœminæ ſimilem & opera exercuiſſe viri, quidam eiuſmodi aſſerunt naturæ monſtra quæ rarò fiunt, atque aliquid tum bonum tum malum portendunt, Diod. Ouid. *Atlantiades*, propter Maiam Atlantis filiam & Mercurij matrem. *Semimas, ſemiuir, biformis*. Ouidius.

HERMIONE Menelai & Helenæ filia Homero, & Heſiodo authoribus. Interpres Lycophronis Theſeo & Helena natam putat. *Ledæa, Lacedæmonia*. Virgilius. *Spartana*. Propert. *Pelopea, Tantalis*. Ouidius.

HERMVS Lydiæ amnis Smyrnæum agrum præterfluens, Myſiæ initium eſt, & è monte Dyndymene ſacro per exuſtam regionem in Sardianum agrum defertur ſecundum continuos Campos vſque in mare, multa auri ramenta ſecum ferens, Herodot. Strabo, Plin. *Auro turbidus*. Virg.

HERO puella è Seſto vrbe Europæ, cuius amore Leander Abydenus quum teneretur, noctu maris anguſtias natare ad illam conſueuerat, auth. Muſæus, Strabo, Philoſtrat. Ouidius. *Seſtia puella*, Ouid.

HEROES diuinum genus, qui Semidei vocantur, authore Heſiodo. Nam & Diuinũ genus in Deos & Dæmonas qui Diis inferiores ſunt, & humanum in Heroes, & homines qui Heroibus ſubiecti ſunt, diuiditur: ſunt autem Heroes qui vel matre

 dea,

dea, mortali patre geniti ſunt, vel è contrario, qualis Achilles, & Hector fuit, Apolline ſcilicet & Hecuba natus, vt legimus apud Euſtathium. Diuus Auguſtinus qui ſint Heroes oſtendit dicens. Nomen heroum ab Iunone dicitur tractum, quod græcè Iuno Hera appellatur, & ideo neſcio quis filius eius ſecundum Græcorum fabulas Heros fuit, hoc videlicet myſticum ſignificante fabula, quod aer dæmonibus deputetur, vbi volunt cum dæmonibus Heroas habitare, quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum. Idem quoque ſcribit inter Lunæ gyrum ac ventorũ cacumina aerias eſſe animas: ſed eas animo nõ oculis videri, & vocari Heroas, & Lares, & Genios. Triſmegiſtus quoque author eſt Heroas habitare inter aeris puriſſimam partem ſupra nos & terram vbi nullus eſt nebulis locus. Thales, Pythagoras, Plato, Stoici, Genios animales eſſe ſubſtantias, eſſe etiam Heroas abſtractas à corporibus animas, bonos quidem bonas, malos verò malas voluerunt. Martianus Capella, A medietate, inquit aeris vſque in montium terræque confinia Hemithei, Heroeſque verſantur: qui ex eo quod Heram Terram veteres dixerunt Heroes nuncupati. At Plato in Cratylo ita Socratem loquentem inducit, Heros autem quid ſignificat? Id nequaquam, inuentu difficile: paulo enim, Heroum nomen ab origine diſtat, indicans generationem illorum ab Herotos id eſt amore manaſſe. Her. Quid tum? So. Omnes vtique heroes vel ex amore deorum erga mulieres humanas, vel amore virorum erga deas ſunt geniti, præterea ſi hoc ſecundum priſcam Atticorum Linguam conſideraueris, magis intelliges, reperies enim quod pauliſper mutatum eſt nominis gratia ex Herotos, id eſt amore vnde ſunt Heroes geniti, quod aut hinc Heroum nomẽ eſt ductum, aut ex eo quod ſapientes rhetoreſque fuerunt, facundi videlicet, & ad interrogandum diſſerendumque promptiſſimi, εἴρειν nanque dicere eſt. Quare vt modo dicebamus, Attica voce Heroes rhetores quidam diſputatoreſque & amatorij eſſe videntur, vnde rhetorum ſophiſtarumque genus heroica proles exiſtit. *Deum genus*, Catullus. *Delecti, magnanimi*, Virgilius.

HEROIDES, quæ & Heroinæ, *blandæ, formoſæ, Inachiæ*, Propertius, hoc eſt Græcæ, ab Inacho Argiuorum rege, porro frequenti epitheto Home. Achaiam καλλιγύναικα appellat.

HESIODVS poeta Dij ac Pycymedæ filius: cuius interfecti

oſſa

oſſa ex Naupacto in Orchomeniam ex Pythiæ oraculo tranſlata ſunt, Cymæus fuit, ſed quum adhuc iuuenis eſſet, in Aſcram Bæotiæ vicum à parentibus delatus eſt. Porphyrius aliiq́ue non pauci Heſiodum annos fere centum poſt Homerum fuiſſe prodiderunt. Is princeps omnium de Agricultura præcepit, authores Plutarch. Pauſanias, Thucydides, Suid. Plinius. *Aſcræus ſenex.* Virg. *Aſcræus poeta, vetus.* Propert. *Præceptor arandi, ſenex agricola.* Ouidius.

HESPERVS Atlantis filius, pietate ac in ſubiectos iuſtitia humanitateq́ue inſignis, qui quum in Atlantis montis cacumen ad obſeruandos aſtrorum curſus aſcendiſſet, ſubito à ventis arreptus nequaquam amplius viſus eſt. Ob eius virtutem caſum hunc miſerata plebs honores ei præbens immortales, aſtrum cœleſte lucidiſſimum eius nomine vocauit. Author Diodorus. Hunc Latini Veſperuginem, Veſperumq́ue appellant vt ſcribit Varro. *Noctifer.* Catull. *Frigidus, ſerus, rubens.* Virg. *Formoſus, Roſcidus,* Ouidius.

HESPERI equus, *fuſcus,* Ouid.

HESPERIDVM poma, *aurea, fulgentia.* Lucret.

HIATVS, *Cauus.* Propert. *Patulus.* Ouid.

HIEMS, *aquoſa, ignaua, genialis, triſtis, dura, aſpera, glacialis,* Virg. *Acris, informis, iniqua.* Horat. *Cana, ſenilis, tremula, horrida, pigra, ſqualens, fera, iners,* Ouidius.

HIMBER, *gelidus, vagus.* Lucret. *Ater, frigidus, turbidus, fæcundus, Ceruleus,* Virgil. *Edax.* Horat.

HINNITVS, *acutus.* Virgilius.

HIPPOLYTVS Theſei & Antiopes Amazonis filius, vt Diodoro placet, Hippolyte Amazonis, vt Trogo, & Plutarcho. Eius notiſſima fabula ex Diodoro, Ouidio, Senec. Plutarc. *Virbius,* quod bis vir fuerit, primo antequam ab equis diſcerperetur, deinde poſtquam beneficio Aeſculapij ad vitam eſt reuocatus, id quod ex Virgilio, Ouidioq́ue manifeſtè colligi poteſt. *Pudicus.* Horat. *Theſeius heros, Amazone natus, Amazonius, nepos Aethræ, pius.* Ouidius.

HIPPOCRENE fons, Latinis, vt Perſio, fons Caballinus nuncupatus, in Bœotia apud Heliconem, ſic dictus, quod Pegaſus ſubiectam rupem vngula feriens fontem aperuit, Authores Strabo, Hyginus, Plin. Feſtus. Solinus Plinium ſecutus ita ſcribit, Apud Thebas Helicon lucus eſt, Cithæron ſaltus, amnis

Iſmenus, fontes Arethuſa, Oedipodia, Pſamathe, Epigranea, Dirce, Gargaphie, ſed ante alios Aganippe, & Hippocrene, quos Cadmus literarum primus repertor, dum rimaretur quænam adiiſſet loca, quoniam equeſtri exploratione primus deprehendiſſet, incenſa eſt licentia poetarum vt pariter vtrumque vulgarent, ſcilicet quod eorum alter alitis equi vngula ſollicitatus foret, alter potatus facundia animas irrigaret, Et quod aperta foret alitis equi vngula, & quod poti inſpirationem facerent litterariam. *Lacus Gorgoneus*, Pegaſum namque Aratus, & alij complures Neptuni & Meduſæ Gorgonis filium dixerunt, *Humor equi Bellerophontei*, Propert. *Aganippis, vnda Pegaſides, fons Meduſæus*, Ouid.

HIPPONAX poeta Iambicus, Epheſius, Pytheo patre, matre Protide, incoluit Clazomenas, à Tyrannis Athenagora & Coma expulſus. Scripſit in Malam ſculptorem, filiumque eius Miciaden, nepotemque eius Anthermum Chium, item filios eius Bupalum, & Athenim, ſiue Antherinum, ſcalpendi marmoris clariſſimos artifices, qui ipſius Poetæ ætate fuere, quem certum eſt 60. Olympiade fuiſſe. Hipponacti notabilis fœditas in vultu erat, quamobrem imaginem eius laſciuia iocorum ij propoſuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudine carminum diſtrinxit eos, in tantum vt credatur aliquot ex iis in laqueum compuliſſe, quod falſum eſt. Compluta enim in finitimis inſulis ſimulachra poſtea fecere. Authores Suidas, & Plinius. Hic Trimetrum Archilochium, teſte Dionyſio Halicarnaſſeo, de induſtria in Scazontem infregit, quum inimicos lacerare vellet, quo videlicet feriret fortius. *Acer hoſtis Bupalo*, Horat.

HIPPODAMIA Briſæ filia, quam Poetæ à patre Briſeida vocant, quæ Achilli capta Lyrneſo in ſorte prædæ obtigit, cã poſtmodum Agamemnon Achilli abſtulit, quam ob cauſam Achilles diu pugna abſtinuit. Cæterum Driſes & Chryſes fratres fuerunt, Ardyis filij, Briſes Pedaſum Troadis vrbem apud Satnicentem fluuium habitauit, Chryſes verò Chryſam quæ à Pedaſo diei itinere abeſt, ex authoribus Homero, Euſtathio, Dicty Cretenſe. *Briſeis*, *formoſa*, Propert. *Lyrneſis*. Ouid. à Lyrneſo oppido Phrygiæ, Strabo, Feſtus.

HIPPODAMIA, quæ & Hippodame Ouidio, Butæ ſiue Adraſti filia, quam Pirithous duxit vxorem, Nuptiæ in Pelio Theſſa-

Theſſaliæ monte celebratæ, Centauri qui aderant quum fœminis vim parassent, Theſei, Herculis, Neſtoriſque manibus trucidati, & in fugam acti ſunt. Home. eiuſque interpres. Diodor. Plin. Ouidius. *Lapithæ genus, Heroine, Centauris medio grata rapina mero* Propertius. *Atracis*, ab Atrace Theſſaliç fluuio, Strab. *ambigua*, Ouid.

HIPPODAMIA quę & Hippodame, Oenomai regis filia, ex Euarete Acriſij filia, Pelopis vxor, in Piſa namque Peloponeſi ciuitate Mars ex Aegina Aſopi filia genuit Oenomaum. Hic vnicam filiam Hippodamiam ex Eurithoe Danai filia ſuſceptam appellauit, finem vitę ab oraculo ſciſcitante, reſponſum eſt tunc in fata illum conceſſurum cum filia Hippodamia nupſiſſet. Igitur filię nuptias veritus, decreuit vt in perpetuum aſſeruaretur virginitate. Multis puellam in vxorem petentibus, illis id propoſuit certamen, quo qui victus eſſet interficeretur, victori virginem deſponderet. Equorum inſtituit curſum à Piſa ad aram Neptuni, quę eſt ad Iſthmũ Corinthi, curſus erat eiuſmodi, Oenomaus arietem Ioui ſacrificabat, qui virginem poſtulabat quatuor equorum ferebatur curru, Oenomaus ſacris peractis curſu ſequebatur pręcedentem auriga Myrtilo Mercurij & Cleobules filio, equi Pſylla & Harpinina dicebantur; aſſecutum haſta quam manu geſtabat interficiebat. Hoc pacto quum plures equorum velocitate peremiſſet, Pelops Tantali filius qui Piſam acceſſerat viſa Hippodamia id concipiens connubium, corrupto Myrtilo, illius opera, & equis pennatis ſibi à Neptuno datis, victoria vſus eſt, primuſque ad Aram Neptuni peruenit, qua ex re dolore actus Oenomaus exiſtimans aduenisse reſponſi tempus, ſibi mortem conſciuit, Pelops ſumpta vxore Hippodamia Piſę regnum tenuit. Qui viribus ac prudentia inſignis quum plurimos in Poloponeſo accolas deduxiſſet, eam regionem Peloponeſſum à ſe denominauit. Authores. Pindarus, Hyginus, & Diodorus, & Lycophronis interp. ex Hippodamia & Pelope nati ſunt, vt refert Pindari interpres, Atreus, Thyeſtes, Pyttheus, Alcathus, Pliſthenes, Chryſippus, vel vt alij, Thyeſtes, Atreus, Alcathus, Hippoalcmos, Dias, vt quidam Chryſippus ex Axioche nympha, Pliſthenes ex alia, vt quibuſdam placet, Atreus, Thyeſtes, Hippolcmus, Pliſthenes, Pyttæus, Pelops iunior, eam poſtmodum Pelops ex torrem fecit, ob Chryſippum filium ab ea interfectum vt

ſcribit Plutar. *aucta externis rotis*. Proper. *vecta peregrinis rotis*. *Piſaa*, Ouid.

HIPPOLYTE Amazon Antiopes ac Menalippes ſoror, hanc Theſeus obtentam in præmium captiuam, eandem in matrimonium aſſumpſit, atque ex ea genuit Hippolytum. Iuſtin. author. *barbara*. Prop.

HIPPOLYTE, de qua in Acaſto dictũ eſt. *Magneſſa*, Hor.

HIPPOMENES ex Megareo Oncheſti filij Neptuni filio natus apud Ouidium qui eius fabulam percurrit, Martis filius apud Theocriti interpretem. *Aonius, proles Neptunia, Megareius*. Ouidius.

HIRCVS, *Cinyphius*, Virgil. ex Herodoto. *grauis*, propter fœtorem. *leuis*. Horat. *Dux pecoris*. Tibul.

HIRVNDO, *garrula, arguta, nigra*, Virgil. *veris prænuntia*. Ouid. ex Sappho. ἦρ☉ ἄγγελ☉ ἱμερόφων☉ ἀηδών.

HIRVNDINIS nidus, *opus luteum*. Ouid.

HISPANIA Græcis ac Latinis Iberia nuncupata ab Ibero amne, poſtea Hiſpania ab Hiſpalo, qua Gallias tangit, pelago vndique incincta, vbi illis adhæret maximè anguſta, paulatim ſe in oceanum mare extendit, magis magiſque latior ad occidentem abit, ac fit ibi latiſſima, equis, ferro, plumbo, ære, argento auroque & tam abundans, & adeo fertilis, vt ſicubi ob penuriam aquarum effœta & ſui diſſimilis eſt, Linum tamen aut ſpartum alat. Tribus autem eſt diſtincta nominibus, parſque eius Tarraconenſis, pars Bœtica, pars Luſitania vocatur. Plin. Mela, Iuſtin. Strab. *Fera, dura*, Horat. *latis audax campis*. Tibul. Hiſpani, inquit Iul. Firmicus, elata iactantiæ animoſitate præpoſteri, Scythæ ſoli immani feritatis crudelitate graſſantur. Itali ſemper regali nobilitate præfulgidi, Galli ſtolidi, leues Græci, Afri ſubdoli, auari Syrij, acuti Siculi, luxurioſi ſemper Aſiani, & voluptatibus occupati.

HISPANI qui & Iberi, Catullo & aliis. *impacati*. Virg.

HISTORIA, *pedeſtris*, Horat. *arguta*, Propert.

HOMERVS poetarum Deus, Meletis in Smyrna fluuij & Critheidis filius, vt alij Apollinis & Calliopes, vt Charax hiſtoricus Maronis, vel Mitij & Eumetidis, vt alij putant Telemachi Vlyſſis filij & Polydoræ Neſtoris filiæ, alij Critei, alij Mæonis filium tradiderunt, de quo accuratiſſimè Herodotus, Plutar. & Suid. & Vell. Paterculus meminerunt. *Semper florens*. Lucret.

Lucret. *Mæonium*, Horat. *æternum. Meletæum*, Tibul. Meletes amnis Lydiæ prope Smyrnam fluens, quæ à compluribus Homeri patria dicta eſt. author Strab. *Vates Achæum, magnum, Mæonides, antiquum*. Ouid.

HOMINES, qui & mortales, *miſeri, ægri*, Lucret. *Durum genus*. Virgilius. *Audaces*. Horat.

HONOR, *clarus*. Lucret. *Latus*. Virgil. *Tumidus*, Propert. *Inuidioſus*. Ouidius.

HORAE Themidis & Iouis filiæ, quibus Cœli portæ creditæ ſunt. Earum nomina Eunomie, Dice, Irene. Horarum ſingulis ab Ioue datum eſt munus ſuum ad vitæ cultum, & mortaliũ commoditatem. Nihil eſt enim vitæ hominum ad felicitatem comparandam vtilius, quam leges, iuſtitia, & pax, Homerus, Heſiodus, Orpheus, Cornutus, Diodorus, Philoſtratus. *Aureæ*, Catull. *Deæ veloces, celeres, mites*. Ouid.

HORA, *fugiens*. Horatius.

HORATIVS poeta, cui primas apud Latinos in Lyricis Satyraque dederunt. 179 Olympiade Libertino patre Venuſij natus, qui 57. ætatis ſuæ anno Romæ mortuus eſt. Euſebius, Quintilianus. *Daunius*, quod ipſemet exponit dicens.

Lucanus an Appulus anceps.

Nam Venuſinus arat finem ſub vtrunque Colonus.

Porro Venuſia Dauniorum Colonia apud Plinium. *Romanæ fidicen lyræ*. Horat. *Cultus, numeroſus*, Ouid.

HORREA, *terrena*, Ouid.

HORROR, *acerbus*, Lucret. *Frigidus, ſæuus*. Virg. *Mæſtus*. Propert. *Tremulus, Luridus, gelidus*, Ouid.

HORTVS, *varius*. Catull. *Pinguis*, Virgil. *Pomoſus, fertilis*, Tibull. *Riguus, cultus*. Ouidius.

HOSTIS, *ſæuus*. Lucret. *Aduerſus, amarus*. Virg. *Cruentus, perfidus*. Horat. *Pugnax*, Propert. *Ferus, infeſtus*. Ouid.

HOSTIA, *pinguis*, Virg. *Myſtica*, Tibull.

HOSPES, *nouus*, Virg. *Sagax*. Horatius.

HVBERA, *Lactea, Læta*. Virgilius.

HVLCERA. *Putria*. Lucretius.

HVMERI, *alti*. Virg. *Duri*, Ouidius.

HVMOR. *tener*, Virgilius.

HYACINTHVS puer in ſui nominis florem mutatus, Apollinis & Zephyri amor, Amyclæ regis Lacædemoniorum & Dio-

& Diomedæ filius, vt Pauſanias & Nicander & Tzetzes, vt Lucianus & Philoſtratſus, Oebali. *Tenarides, Amyclides, Oebalides, Oebalius puer.* Ouid.

HYACINTHVS flos, ſi Ouidio credimus, lilij forma, colore purpureo. Apud Dioſcoridem ita legimus, Hyacinthus, alij Eloniaden, alij porphyrantes, Romani Bacum ſeu Vaccum, alij Vaccinium: folium habet Bulbi, caulem palmi læuē tenuiorémque digito minimo, coloris herbacei, cornam iacentem, incuruam, plenam floris purpurei. hæc apud Dioſcorid. Cæterum Hyacinthi & albi & ferruginei hoc eſt cęrulei viſuntur. Nam & lapis frutici cognominis cæruleo nitore fulget, vt Solin. inquit. Comitatur florem hunc duplex fabula, luctum præferens eius quem dilexerit Apollo, aut ex Aiacis cruore editum, ita diſcurrentibus venis vt græcarum literarum figura αι legatur inſcripta, Pauſanias florem qui legatur extincto Aiace apud Salaminam credi, refert enitum primo, nec hyacintho, ſed literis hyacintho ſimilem videri ex candido rubentem, ac lilio minorem. Palladius Hyacinthum & Irim, & Gladiolum à ſimilitudine foliorum vocari dicit. Certè Columella hyacinthum cœleſtis numinis vocat, vt ad Hyacinthum qui ab Iridis foliorum ſimilitudine Iris dicitur reſpicere videatur, propter Iridem cœleſte numen. Qui Seruium grammaticum accuſant, quod hyacinthum eſſe dixerit, quem Virgilius Vaccinium in carmine dixerit, Dioſcoridem accuſant, affirmantem Hyacinthum à Romanis Vaccinium appellari: nec obſtat quod nigra dicat poeta, quando purpuream quoque violam eſt vbi authores nigrā vocare ſoleant. *Suaue rubens, niger, mollis, ferrugineus.* Virgilius. *Nitentior oſtro,* Ouid.

HYADES ſtellæ, quæ Tauri ſideris oris effigiē continent. Has autem Pherecydes Athenienſis Bacchi nutrices eſſe demonſtrat numero ſeptem, quas etiam Nymphas Dodonidas ait appellatas. Harum nomina ſunt hæc, Ambroſia, Coronis, Eudora, Dione, Aeſyle, Polyxo, Thiene, vt Heſiodus, Phæſyle, Clea, Phæo, Eudora, Coronis. Hæc dicuntur à Lycurgo fugatæ, & præter Ambroſiam omnes ad Tethyn profugiſſe, vt ait Aſclepiades: Sed vt Pherecydes dicit ad Thebas Bacchum perlatum Iunoni tradiderunt, quam ob cauſam ab Ioue gratia eis eſt relata, quod inter ſidera ſint conſtitutæ. Hyades autem appellatæ ſunt, vt ait Muſæus, quod ex Atlante & Hya Oceani filia ſint

ſint quindecim filiæ procreatæ, quarum quinque Hyades appellatas demonſtrat: alij quod harum Hyas fuerit frater à ſororibus plurimum dilectus, qui quum venans à leone eſſet interfectus, quinque, de quibus ſupra diximus, lamentationibus aſſiduis permotæ dicuntur interiiſſe, quare eas quod plurimum de eius morte laborarent, Hyadas appellatas. Hyadas Cicero eiuſque Libertus Tyro à pluendo dictas ſcribunt, ὕειν enim eſt pluere, noſtri imperitò ſucculas appellarunt, quaſi à ſuibus eſſent, non ab Himbribus nominatæ, alij quod Bacchum, qui & ὕης dicitur, educauerint, alij à Semele quæ ὕη appellata eſt, authore Pherecyde. Ex authoribus Hygino, interprete Arati, & Homeri, Etymologico. *Pluuiæ*, Virgil. *triſtes*, Horat. Nam & cum oriuntur, & cum occidunt tempeſtates largoſque himbres cient. *Hyantides*, Ouid.

HYBLA in Sicilia oppidum, & mõs, ab Hyblone rege nũcupata, vt Thucydidi placet. poſtmodum Megara dicta, verum Hyblæ nomen permanſit. Mel mittit quod cum Attico certat. Strab. Plin. *Sicula, florida, Trinacris, alta*, Ouid.

HYDRA ſerpens, quam Plautus Excetram vocat, in Lerna Argiuorum palude, centum capitum vt Diodorus, vt Simonides nonaginta, vt Alcæus quinquaginta, quorum ſingulis cæſis, duo renaſcebãtur, ob eamq; rem minimè vinci poſſe videbatur. Ob hanc difficultatẽ Hercules Iolaum monuit vt è veſtigio inciſam ceruicem face lignea, ne efflueret ſanguis, inureret: hoc pacto ſuperata bellua ſagittas ſuas eius ſanguine tinxit, quo illatum vulnus mortiferũ redderetur. Diodo. & Suid. Eam Heſiod. ſcribit ex Echidna & Typhaone prognatam à Iunone nimirum in odium Herculis enutritam. *peſtis Lernæa*, Lucre. *bellua Lernæ ſtridens, horrenda, cincta ſerpentibus, immanis, anguis Lernæus*, Virg. *Echidna, Lernæa*. Cæterum Echidna græcis vipera eſt.

HYDRI, *immanes, grauiter ſpirantes*. Virgil. *Diri, Echidnei*, Ouidius.

HYDASPES Indiæ fluuius ampliſſimus, & ad nauigandi vſum aptiſſimus, Indum atque Aceſinem amnes influit. Ei nomen dedit Hydaſpes rex, qui ſe in eum ob dolorem ſtupratæ à ſe crucique affixæ Chryſippe filiæ præcipitauit. Strab. Diodorus, Ptolemæus, Arrhianus, Dionyſius Afer, Plutarchus. *Medus vir*. A Medis namque montibus auſpicatur India, vt ait Solin. *Fabuloſus*. Horat.

HYDROPS, *dirus*, Horat.

HYLAS Thiodomantis filius vt Apollonius ait, vt Hellanicus, Thiomenis, ab Hercule dilectus, qui etiam Philocteten, & Dionium, & Perithoam, & Phrygem dilexit: tametſi Socrates Hylam à Polyphemo, non autem ab Hercule amatum ſcribat. Pruſiadi Myſiæ vrbi, quæ & Cius dicta eſt, mons imminet, quē Arganthonium vocāt. Hoc in loco Hylam vnum ex ſociis Herculis, qui etiam Argonauta erat, quum aqua tum egrederetur à Nymphis captum finxerunt, & adhuc feſta quædam apud Pruſienſes celebrantur, in quibus per montes vagi ſaltantes Hylam vocant, quaſi in ſyluam ad illum inquirendum egrediantur, authores Strabo, Apollonius Rhodius, eiuſque interpres. Sanè montem illum non Arganthonium vt Apollonius, Suidas, & Strabo, ſed Arganthum Orpheus in Argonauticis vocat, qui & Argathon & Argathone Stephano dicitur. Alij non Arganthonium, ſed Argathonium legunt, ab Argathona Rheſi coniuge, vnde poſſeſſiuum Argathoneius, ſicut à Citherone Citheroneius, ex authoritate Stephani, *Thiodomanteus, formoſus*, Prop.

HYMEN, ſiue Hymenæus, Apollinis ex Calliope filius, apud Orpheum, Ialemum, Aſclepiadem, apud Catull. Vraniæ. Huius fabulām percurrit Lactantius Placidus. *Vraniæ genus, cultor collis Heliconij* Catull. *Formoſus*, Ouid.

HYMETTVS Atticæ mons maxime nobilis, Strabo, Stephanus. *Semper florens, purpureus*. Ouid. à purpureis floribus.

HYPANIS nobiliſſimus Indiæ amnis, qui Alexandri magni iter terminauit, ſicut aræ in ripa eius poſitæ probāt. Solinus, Strabo, Diodorus, Stephanus ſcribit Hypanim fluuium inter Pontnm & Meotidem paludem, quæ ab Europæ parte in pontum influit, Plinio quoque Hypanis per Nomadas & Hyclæos Ponti populos fluit manu facto alueo in Bycen, ſiue Bugen, naturali in Caroetum, itemque apud Strabonem Hypanis Boryſtheni amni proximus eſt. *Saxoſum, ſonans*. Virg.

HYPERMNESTRA Danai & Elephantidis filia, quæ Lynceo pepercit, authores Pindarus in Nemeis, Pauſanias, interpres Homeri, Euſebius, Tzetzes. *Nobilis, Clemens*. Horatius.

HYPAEPAE vrbs, quæ deſcendentibus à Tmolo Lydiæ monte occurrit ad Cayſtri campeſtria, nomen ei quoniam ſub Aepos mōte ſita eſt, Veneri dicata, ideo quod pulcherrimæ fœminæ ibi viſantur, Strabo, Stephanus, *Parua*. Ouid.

HYPSI-

HYPSIPYLE Thoantis regis Lemni inſulæ filia, quæ ſola patrem ſeruauit, quum reliquæ mulieres viros omnes vna nocte peremiſſent, ex ea Iaſon Euneum filium ſuſtulit.

I.

IACVLVM, *velox, acutum*, Virg. *latum*. Ouid.

IAMBVS, *trux*, Catul *Criminoſus*. Nam & ἰαμβίζειν græcis eſt cauillari, & ἰαμβοφάγος, contumelioſus & conuiciator, vt ait Hermogenis interpres. *celer*. Horatius. *pugnax, liber*. Ouid.

IANVS Deus à Chao detracta aſpiratione nominatus, id quod fuerit omnium primum, cui primo ſupplicabant velut parenti, à quo rerum omnium factum putabant initium, à quo tanquam à principe deo prior menſis Ianuarius. Varro, Feſtus, Macrob. is in Italia ante AEneam regnauit annis circiter 150. Euſebius. *Bifrons*. Virg. C. Baſſus in libro quem de diis compoſuit Ianum bifrontem fingi ait, quaſi ſuperum ac inferum ianitorem, eundemque quadrifontem, quaſi vniuerſa climata maieſtate ſua complexum. Plutarchus verò in problematis ſcribit Ianum bifrontem idcirco pingi, vel quod græcus perrhæbus fuerit: ſic enim monimentis proditum eſt. Is poſtea quum in Italiam traieciſſet, & apud Barbaros conſediſſet linguam ſimul cũ victu commutauit, vel potius quod Italos agreſtes ac barbaros ad humanitatem vitæ cultumque traductos, & agros colere & remp. adminiſtrare inſtituit. *Matutinus pater*. Horat. Nam (vt ait Macrobius) Ianum quidam Solem demonſtrari volunt: & ideo geminum, quaſi vtriuſque ianuæ cœleſtis potentem, qui exoriẽs aperiat diem, occidens claudat. Septimius quoque Afer poeta apud Terentianum canit: Iane pater, Iane tuens, diue biceps, biformis: O ca te rerum ſator, ô principium deorum, ſtridula cilimina, cui cardinei tumultus; cui reſerata mugiunt aurea clauſtra mundi. Tibi vetus ara caluit Aborigineo ſacello. Tibi naſcitur omne pecus, tibi creſcit hedus. *Anceps, biformis, ſacer, cluſius* à claudendo. Numa namque mitigandum ferocem populum armorum deſuetudine ratus, Ianum ad infimum Argiletum indicem pacis belliqúe fecit, apertus, vt in armis eſſe ciuitatem, clauſus pacatos circa omnes populos ſignificaret. *Patulcius*. Cluſius ergo & Patulcius quia bello eius ianuæ patent, pace clauduntur. *Biceps, Claniger*. Ouid. quia vt ipſe canit.

Quicquid

Quicquid vbique vides, cœlum, mare, nubila, terras,
Omnia ſunt noſtra clauſa, patentque manu.
Me penes eſt vnum vaſti cuſtodia mundi,
Et ius vertendi cardinis omne meum eſt.

IAPYGIA regio. Italiæ contigua, quam & Meſſapiã græci vocant. Eſt verò Meſſapia in Peninſulæ forma à Brunduſio vſque Tarenthum Iſthmo incluſa ſtad. 10. atque 300. Annauigatio verò circa vltimam Iapygiam ſtadiorum eſt 400 Iapygia autem vniuerſa vſque ad Dauniam, cognomen à quodam duxit Iapyge, quem Dædalus è Cretenſi muliere ſuſcepiſſe dicitur, ducemque Cretenſibus extitiſſe. Sanè Meſſapiam, & Iapygiam, & Calabriam, & Salentinam complures communi appellatione eaſdem faciunt. Hæc ex Strab. Hecatæus verò vt ſcribit Steph. duas ponit Iapygias, quarum vna ſit in Apulia, altera in Illyrico, à quarum vtraque Iapyx & Iapygius deriueretur, quamuis hoc improbetur à Seruio, qui Iapygiam ab Iapidia ſcriptione diſtinguat, Iapygiam in Apulia conſtituens, Iapidiam verò ab Iapidio oppido dictam, à qua lapis, Venetiæ proximã, quo vocabulo etiam Saluſtius vſus ſit. *Fortis*, Tib. *Meſſapia arua*. Ouid.

IARBAS, Mauritanorum rex, Iouis Ammonis ex Garamãtide nympha filius, qui decem pœnorum principibus ad ſe accerſitis Didonis nuptias ſub belli denuntiatione petiit, Iuſtinus, Virg. *Gætulus*. Virg. *Maurus*. Ouid.

IASION Cretæ rex, qui & Iaſius, & Ection, Ioue & Electra Atlantide natus, vt alij Minoe & Phronia, de qua Ouid. intellexiſſe videtur quum ait,

Paſiphaes Minos in Phronide perdidit ignes.

Iaſion ſumpta vxore Cybele Corybantum genuit. Ex Cerere quoque Plutum genuit, cui diuitias attribuerunt, quamobrem & fulmine in Samothracia percuſſus eſt, etſi Diodorus eum ad deos tranſlatum ſcribat, alij fulmine ictum prodiderunt quod Cereris imagini iniuriam fecerit. In huius Iaſij gratiam Ceres ex frumento panem Harmoniæ ſorori in nuptiis attulit Ex auth. Homero, Heſiodo, Diod. Dionyſio Halicarn. Theocriti, Lycophronis, & Apollonij interprete, itemque apud nos Hygino. *Mitis*, Ouidius.

IASON Aeſonis & Alcimedes Phylaci filius, vt Pherecydes. & Apollonius, vt Herodotus, Polyphemes, ſiue Polymeles Autolyci filiæ, vt Andron, Theognitis Laodoci filiæ, vt alij

Rhæus Staphyli filiæ, vt alij Arnes, vt alij, Scarphes, Iaſonis hiſtoriam percurrunt Apollonij & Lycophronis interp. Tzetzes, Ouid. & Diodor. *Candidus*. Horat. *Aeſonides* ab Aeſone patre, Scarphæ filio, à qua vrbs Locridis dicta eſt, interp. Hom. Steph. *Aemonius*. Propert. *Clarus, Aeſone natus, Aeſonius, multor primæ ratis, Pelaſgus, Pagaſæus, male gratus, Aemonius*. Qui Medeam ob Glauceen ſiue Creuſam Creontis regis filiam Corintho expulerit, cuius ope vellus aureum conſecutus erat, atque tot periculis ſeruatus. *Formoſus, perfidus*, Ouid.

IASOM qui Pheras Theſſaliæ vrbem tyrannide oppreſſit, quique à medicis deploratus vomice morbo, cum morte in acie quæreret, vulnerato ab hoſte pectore ſalutē inuenit, hunc Thebæ vxor tandem interemit. author. Cic. Plutarc. *Phæreus*. Ouid. à Pheris Theſſaliæ vrbe, cui nomen dedit Pheres Crethei filius, ſeu Pheră Aeoli filia: duæ verò in Theſſalia hoc nomine fuĕrūt, Strab. Euſtathius.

IASPIS gemma quæ viret & ſæpe tranſlucet, plurimæ ferunt eam gentes, Smaragdo ſimilem Indicæ, Cyprij colore glauco & pingui, Perſica ſimilis eſt aeri, quæ ob id aeriziſa vocatur, Thermodontiaca cerulea, & Scythica inter ceruleas omnes optima, Phrygia purpurea, Cappadox ex purpureo cerulea, & nō refulgens, Thracia Indicæ ſimilis, Chalcidica turbida præfertur omnibus quæ purpuræ aliquid habet. Secunda quæ roſæ Tertia quæ Smaragdi. Quarta cœlo autumnali matutino ſimilis, quæ Boſa appellatur, & Aerizuſa. Similis eſt & Sardæ, imitatur etiam violas. Galenus iaſpidem medicinæ vtilem Chloron iaſpin, hoc eſt viridem, cognominat. Pli. Dioſcor. *Fulua*, Virg. hoc eſt viridis, vt fuluaque caput innectet oliua. author Seru.

IAZYGES populi in Ponto. Strab. Plin. *acres*, Ouid.

IBERIA regio Ponti ad Septentrionem, vnde Iberes populi. Strab. Ptolem. Priſc. *Venenorum ferax*. Horatius. Solinus ſcribit Ponticis oris portum eſſe qui prouentu malorum graminum vſque adeo celebris eſt, vt noxias herbas aconita illic nominemus Et Virgil. ait;

Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena
Ipſe dedit Mœris, naſcuntur plurima Ponto.

IBISCVM herba, quod à Paſtinaca gracilitate diſtat: damnatum in cibis, ſed medicinæ vtile. Plin. *Gratile*. Virg.

ICARVS Dædali filius, qui Icario mari nomen dedit.

Callimachus, Ouidius. *Dædaleus*. Horat.

ICTVS, *validi*, Virgilius.

IDAS Lyncei frater ex Aphareo Oebali filio, vt Lycophronis interpres, vt Piſander, matre Polydora, vt Theocritus Laocooſa, vt Pherecydes, Arene. *Velox*, Ouid.

IDALIVM Cypri oppidum, quod & idalia, veneri ſacrũ, Plinius, & Stephanus. Eſt & idalium Cypri nemus Virgilio, Seruioque. *Sanctum, frondoſum*. Catull.

IDA mons Troadis, qui propontidi imminet, ab ida regina, vt alij putant, ab ida Aegeſthi filia, ex qua etiam idæos dactylos genuit, antea Gargarum dicebatur. ibi ſunt & Iouis, & Cybeles matris deorum altaria. authores Plutarchus, Stephanus, Strabo. *Viridis*. Catull. arboribus namque mirum in modum fœcundus eſt, præcipueque Larice, fraxinoque abundat, vt ſcribit Plinius. *Frondoſa, magna, Phrygia, venatrix*. Virgil. ex Homero, qui idam μητέρα θηρῶν, hoc eſt matrem ferarum appellat. *Aquoſa*. Horat. itidem epithetum ex Homero repetitum, frequenti namque epitheto πολυπίδακα idam nominat. Et vt ait Strabo, idam propriè multorum fontium dici exiſtimant, propter fluminum multitudinem ex ea profluentium, præſertim vbi Dardania regio ei ſubiacet. *Celeberrima fontibus, humida, longa, alta, vmbroſa, ſacra*, propter Cybelen, *cliuoſa, nemoroſa, opaca, amœna fontibus, pinifera*, Ouidius.

IDA mons Cretæ. Pauſanias, Strabo. *Ardua*. Ouid.

IDMON, vt ait Pherecydes. Aſteria Coroni filia & Apolline genitus, vt Apollonius Rhodius Abãte Melampodis filio. Vnus ex Argonautis, qui in Maryandina ab apro necatus eſt. Interpres Apollonij. *Audax*. Ouid.

IDOMENEVS Deucalionis Minois filij ex Cleopatra filius, qui cum Merione Moli Minois filio cũ nauibus nonaginta ad Ilium cum Agamemnone profectus, poſtmodum ambo reuerſi in patria diem ſuum obierunt, honorificeque ſepulti diuinos honores aſſecuti ſunt. Horum ſepulcra in Cnoſo Cretæ oſtendũtur cum inſcriptione. Cnoſij Idomenei ſepulchrũ, Aſpice in quo ego Merion Moli filius propinquus iaceo. Hós vt nobiles heroes Cretenſes colunt ſacris in Bellorum diſcrimine eorũ præſidium inuocantes. Homerus, Lycophronis interpres, Diodorus. Hic, authore Seruio, poſt euerſam Troiam quum reuerteretur in tempeſtate nouit diis ſacrificaturum de re quæ prius occur-

Digitized by Google

occurriſſet. Quum ergo filius illi occurriſſet, & illum aut immolaſſet, aut immolare voluiſſet, pulſus à ciuibus regno Salentinum Calabriæ promontorium tenuit, & ciuitatem condidit, *Lyctim*, Virgilius.

IGNIS, qui & Vulcanus poetis, *calidus, aſtifer, liquidus:* Lucret. *Rutilus, fumifer, edax.* Virgilius. *Sanus, celer.* Horat. *Rapidus, acer, viuidus.* Ouid.

ILEX arbor inter eas quæ glandem ferunt. Cuius duo genera Maſculas ilices negant ferre. Ilex nullo flore exhilaratur. Poſt occaſum Vergiliarum fructificat, & anno proficit vt Arcades putant, ſimul enim antecedentem fructum nouus, occupat, propterea à nonnullis inter biferas deſcripta. Radix ilici multiplex, & vt ſiluestri altiſſima, folio roboris minore aculeato, læuiore cortice, Arbor ex ampliſſimis vt robur, materie ſpiſſa & robuſta, ſed quæ frangatur ac diſſiliat ſponte ſua. Ob id Pericles Bœotios ilicibus dixit eſſe ſimiles, vt eſt apud Ariſtotelem, quoniam ipſi ſe conficerent inteſtinis diſcordiis. Plura apud Pliniũ & Theophraſtum. *Nigra*, hoc eſt vmbroſa, *Arguta, canora, ſtridula*, ob auræ flatum, vt exponit Seruius. *Caua, Littorea, frondens, opaca.* Virg. *Procera.* Horat. *Viridis, ramoſa, curuata glandibus.* Ouidius.

ILIAS Homeri opus. *Longa.* Prop. *Opus æternum.* Ouid.

ILIVM, & Ilios muliebri genere, Troadis vrbs, ab Ilo, ſiue Troe Ili patre condita, & ab Ilo dicta, quam Troes Acten vocabant, ad orientem Idam & Dardaniam verſus. IuxtaÍlienſiũ vrbem quercus Ili tumulo tunc ſatæ ducuntur quum cœpit Iliũ vocari, Euſebius, Strabo, Plin. Suid. Stephan. *Diuum domus inclytum bello, ſuperbum, altum, vrbs Iliaca*, Virg. *Sacrum.* Horat. *Ingens.* Ouidius.

ILIA, quæ & Rhea Siluia dicta eſt. Numitoris Albanorum regis filia, cui Amulius per ſpeciẽ honoris cũ Veſtalem eã legiſſet perpetua virginitate ſpem partus ademit, compreſſa veſtalis quum geminum partum edidiſſet, ſeu ita rata, ſeu quia deus author culpæ honeſtior erat, Martem incertæ ſtirpis patrem nuncupat. Dionyſ. Halicarnaſſ. Liuius, Cæteri. De cuius morte varia tradidere ſcriptores, Liuius enim, & Strabo ſcribunt vinctam fuiſſe in cuſtodiam datam, nec aliud, Dionyſius virgis cæſam necatam illico, vel in carcere diu aſſeruatam, ſolutamque deinde fuiſſe mortuo Amulio, quod quidem & Plutarchus ſen-

tir, addens à Romulo debitos matri reſtitutos fuiſſe honores, Porphyrio tradit authore Ennio in amnē Tiberim iuſſu Amulij præcipitatam, antea enim Anieni matrimonio iunctam. Acron adijcet mortuam ad ripam Anienis ſepultam. *Regina ſacerdos*, Virgil. à regibus oriunda & reges paritura. *Troica ſacerdos*, *clara*, Horat.

ILLVVIES, *dira*. Virg.

ILLYRIA regio, vt Græci tradunt, ſupra Macedoniam, & Thraciam, à Chaonibus, & Theſprotis ad fluuium Iſtrum ſedem habens. Hæc enim totius prouinciæ longitudo eſt: amplitudo eius ex Macedonia, & Thraciæ montibus ad Pæones vſque, & Ionium mare, alpiumq́ue obiecta protenditur, quæ dierum quinque itinere continetur, longitudo in triplo productior eſt, vt græci perhibent. Romani eam regionem menſuræ ſubijcientes, longitudinem ſex milium ſtadiorum, latitudinē mille & ducentorum numero contineri putant: aſſeruntq; eius prouinciæ cognomen ab Illyrio Polyphemi filio ortum habuiſſe, Polyphemo quippe Cyclopi ac Galateæ Celtum, & Illyrium, & Gallum filios extitiſſe, eoſq́ue ex Sicilia progreſſos, Celtis, & Illyriis, & Gallis ab ipſis cognomen aſſumentibus imperitaſſe. author Appianus. *Gelida*, Proper.

ILVS Trois filius ex Callirhoe Scamandri filia. Homerus, Dionyſius Halicarnaſſeus, Interpres Lycophronis. *Dardanides*. Ouidius.

IMAGO, *vagans*, Ouid.

IMPETVS, *validus, celer, acer*. Lucret. *viuidus*, *vaſtus*, *ſonans*. Horat.

INACHVS, qui Argis annis 50. regnauit, totidemq́ue Troianum bellum anteceſſit, authore Euſeb. *priſcus*, Hor.

INACHVS amnis Argiuorum, cum prius Carmanor appellaretur, deinde Halyacmon, ab Halyacmone Tirynthio, qui cum Iouem cum Rhea matre coeuntem conſpicatus eſſet in furorem verſus in fluuium ſeſe deturbauit, deinde Inachus ab Inacho Ius patre, qui quum Iouem ab Io filiam compreſſam conuiciis inſectaretur, in furorem actus à Tiſiphone in ſubiectum amnem ſeſe præcipitauit, Oceani & Tethyos filius, qui iuxta Argiuorum vrbem inter ſaxoſas conualles labitur. Oritur ex Lyrtio ad Cynuriam montem Arcadiæ Euſeb. Strab. Lycoph. int. Plut. Inachum ex Melia Oceani filia, quæ Bithynis ab Apollonio

Ionio dicitur, Aegialeum & Phoroneum procreauiſſe tradit idē Lycophronis interp. ex quo ab Ouid. dictum eſt.

Inachus in Melia Bithynide pallidus iſſe
Dicitur, & mediis incaluiſſe vadis.

Liquidus, Ouid.

INCANTATIO, *valens* Hor. *Carmen magicum*, Tibul.

INCENDIA, *clara, ſæua*, Virg.

INCVDES, *duri*, Virg.

INDIA regio notiſſima, non Eoo tātum appoſita pelago, ſed & mari Indico quod ad meridiem ſpectat, & hinc Tauri iugis ab occidente inde finita, tantum ſpatium littoris occupat, quantum per 60. dies noctéſque velificantibus curſus eſt, bis in anno æſtatem habet, bis legit fruges, vice hiemis Eteſiis potitur auris regio fertilis, & vario genere hominū aliorumq; animaliū ſcatet, nomen ei dedit *Indus* amnis. Cui antea Mauſolii nomen fuit à Mauſolo Solis filio. Plut. Strab. Diodor. Stepha. Mela, Solin. *Toſta*, Cat. *Diues*, Hor. *Decolor*, *Gangetis*, Ouid. Maximi namque Indiæ amnes authore Solin. *Indus* & Ganges.

INDI, *Extremi* Catul. *Colorati, ſitientes*. Virg. *Felices, nigri, proximi Eois aquis*, Tib. *Diſcolores, longinqui, dites*, Prop. *Eoi*, *decolores, depexi, Thuriferi, poſiti ſub ignibus ſidereis*, Ouid.

INERTIA, *mollis, ſepulta*, Horat.

INFANS, *paruus*. Lucret.

INFERORVM porta, *nigra, lurida*. Prop.

INFERIAE, *miſeræ, triſtes*, Catul.

INFERI, ſiue Tartarus, & Tartara, *atri, lucis egeni*, *tetri*. Lucr. *iter tenebricoſum*, Cat. *intimi, triſtes, Stygij alti, impij, nigri, regna inuia: viuis, domus ſolis vacuæ, inania regna, loca ſenta ſitu, triſtes ſine ſole domus, loca turbida, duriſſima regna, pallida regna, diis inuiſa. Tartareæ ſedes caligantes*, Virgil. *Domus exilis, domus Plutonia, regna triſtia, liuidi*. Horatius. *Duri tertia regna, infernum Plutonis regnum*. Tibullus. *Nigrantes domi aula fuſca*. Propertius: *Sedes tenebroſa, mundus opacus, regnum inamabile, tenebroſi, luce carentia regna, inanes, regna illætabilia, regnum vaſtum, regia cæca*. Ouidius.

INFVLA, *lanea*. Virg.

INGLVVIES, *atra*, Virg.

INGENIVM, *velox, capax*, Ouid.

INIMICITIAE, *truces*. Horat. *acerbæ*, Prop.

INO, Cadmi & Harmoniæ filia, Harmonia verò Veneris & Martis filia fuit: vt alij, regis cuiuſdam Thebani, vt Euphorus. Electræ Atlantis filiæ, quam Cadmus in Samothracia rapuit, ſiue vt Dercillus ait, interfecto patre vxorem duxit. Inonem Athamas Phryxo, & Helle nouercam ſuperduxit, quæ ſe poſtquam in mare præcipitauit, Leucothea à græcis, à nobis Matuta dicitur. authores Heſiod. Pauſa. Apollonij, Lycoph. & Ariſtophanis int. Cicero, Firmian *Flebilis*, Hor. *Cadmeis, ſoror Semeles, matertera Bacchi, Cadmea*, Ouid.

INSANIA, *trepida*, Ouid.

INSIGNIA, *decora*, Virg. *clara*. Ouid.

INSOMNIA, *falſa*, Virgilius, cuius rei rationem habes apud Macrob.

INSVLA, *grauis, ſtabilis*, Ouid.

INTYBVM holus, cuius duplex genus eſt, agreſte & erraticum, alterum ab amaritudine Picris, & Cichorium in Aegypto appellatum, & apud nos quidam Ambubeiam vocant, latioribus foliis, alterum ſatiuum quod Serim vocant, & in cibis gratius. Dioſcor. & Plin. *amarum fibris*, Virg.

INVIDIA, *infelix, obliqua*. Virg *acris*, Horat.

IO Inachi Argiuorum regis filia, cui miſtus eſt Iupiter, ob idque in bouem à Ioue verſa, ne à Iunone agnoſceretur, poſtmodum in Aegyptũ profecta, mutato nomine Iſis nuncupata, tametſi Iſidem alij Lunam, alij Cererem, alij Iunonem vocent. Authores Herodotus, Euſeb. Suid. Ouid. *Inachia iuuenca*. Virg. *Inachis*. Propez. *Phoronis*, à Phoroneo Inachi Argiuorum regis ex Niobe filio, qui Argis annos ſexaginta regnauit, vt ſcribit Euſeb. *Argolica, auxiliaris*, vt enim ſcribit Diodor. aſſerunt Aegyptij Iſidem complurium inuentricem fuiſſe medicamentorũ, & medicinæ arti plurimum contuliſſe, quam immortalitate potitam gaudere hominum cultu, inque eorum valetudine præcipuè verſari, quinetiam in ſomnis opitulari palam eis, quos cenſuerit dignos, ſigna horum eſſe dicunt non græcas fabellas, ſed opera certa. Omnis enim fermè orbis hanc Deam colit propter manifeſtas eius morborum curas. Et qui eius monitis obtemperent, præter opinionem curari, etiam quorum medici ſalutem deſperauerint. Ab ea quoque pharmacum ad aſſequendam immortalitatem aiunt eſſe inuentum. *Vacca Memphitis*, fuit enim Aegypti regina, ſepultaque eſt apud Memphim in Vulcani lo-

Digitized by Google

ro, vbi vſque ad hoc tempus ſepulchrum eius monſtratur teſte Diodoro. *iuuenca Pharia, linigera*, Ouid. E lino veſtes ſacerdotibus Aegypti gratiſſimæ, vt ait Plinius. itemque Herodotus inquit, Sacerdotes veſtem tantummodo lineam, calceos papyraceos geſtant, aliam veſtem aut alios calceos induere eis fas non eſt.

IOCVS, *vanus*. Tibul. *dulcis, lætus, iucundus*, Ouid.

IOLAVS Iphiclo Amphitryonis & Alcmenæ filio natus, qui Sardiniā ingreſſus priorem inſulæ partem campeſtrem ſcilicet tenuit, Iolam ab eo quoque dictam, eamq; quum Dædalū è Sicilia accerſiſſet pluribus præclaris operibus, quæ ab artifice Dædalea appellantur, exornauit. Gymnaſia inſuper magna erexit ac ſumptuoſa. Iudicia quoque, ac cætera quibus ciuitas diuturnior eſſet, ac felicior inſtituit, populóſque ab ſuo nomine Iolenſes appellauit. Rediens deinceps in Græciam Iolaus, inque Siciliam nauigans aliquamdiu permanſit in inſula, quo tempore complures qui cum eo acceſſerāt capti locorum amœnitate Sicaniſque permiſti in inſula remanſere ſummo ab incolis honore accepti, Iolao quum gloria præclarus eſſet, multaq; in diuerſis locis ſui reliquiſſet beneficij monimenta, & templa & deorum honores plures ciuitates tribuere. Herculis precibus Hebe Iolaum ex ſene in adoleſcentem mutauit, authores Diodor. Strabo, Solinus, & Ouid. *Hyanteus*, Ouid.

IOLE Eurythi regis Oechaliæ filia, quam Hercules Oechalia deuicta in matrimonium ſumpſit, vt author eſt Diodorus: Plutarchus vero ex Nicia ſcribit, Herculem ab Iole connubio reiectum Oechaliam dirupiſſe, Iolen ſeſe è muro deieciſſe, ventoque vehementi ſinum inflante illæſam deſcendiſſe. *Eurytis*, Ouidius.

IONIA regio Aſiatica intra Peloponeſum, ab Ione Xuthi & Creuſæ Erechthei filio, quo duce Athenienſes intra Peloponeſum ex Ionibus Coloniam miſerunt, & plagam quam occuparunt pro Aegialea Ioniam nominarunt. Eodemque modo pro Aegialenſibus Iones appellati in ciuitates duodecim diſpartiti. Strabo, Plinius, Vitruuius. *Mollis*. Propert. quoniam omnis ille tractus mollis & delicatus eſt. vbi clementiſſimum cælum, huber ſolum, mitiſſima accolarum ingenia ſunt, & amœnitas Aſiatica eneruauit viuidos animos Romanorum, quod Liuius Pliniuſque oſtendunt. Nam & Plutarchus ſcribit Alcibiadem

in Lacedæmonia fuiſſe ſeuerum & grauem, in *Ionia* verò incertem, mollem, fluxum. *diues*, Ouid.

IPHIGENIA, quæ & *Iphianaſſa* Lucretio, & Homero Agamemnonis & Clytemneſtræ filia, vt Euripedes, vt Steſichorus, Euphorion, Alexander, Theſei & Helenæ. Cæterum quum Græci ad Aulidem veniſſent, Agamemnon Dianæ ceruum ignarus occidit, Dea verò irata flatum ventorum remouit. Quum igitur nec nauigare poſſent, & peſtilentiam ſuſtinerent, oracula conſulta Deam Agamemnonio ſanguine placandam dixerunt. Ergo cum ab Vlyſſe per cauſam nuptiarum adducta Iphigenia in eo eſſet vt immolaretur numinis miſeratione ſubrepta eſt, & cerua pro ipſa immolata, ipſa in Tauricam regionem tranſlata eſt. Author Euripides. *Puella Agamemnonia*, Propert. *Mycenis, virgo Pelopeia*, Ouid.

IRA, *acris, acerba*, Lucr. *Triſtis, horribilis, memor*. Virg. *cruenta, grauis*, Horat. *Tumida, ſæua, indomita, rabida, violenta, feruens, ferox, cæca, trux*. Ouid.

IRIS, Thaumantis & Electræ filia, Harpyiarum ſoror, *Iunonis* & *Iouis* nuntia. Heſiod. Hom. ideo Thaumante natam tradiderunt Cicero & Macro. quoniam cum admiratione quadam oritur. Nam θαῦμα miraculũ ſignificat: *Iris* autem nihil aliud eſt quàm radius ſolis immiſſus cauæ nubi, Colorumque illa varietas fit ex miſtura ignis, nubium, & aeris, Plin. author. *Roſcida, crocea, decus cœli, Thaumantias, aeria*, Virg. *Nuntia Iunonis, virgo Thaumantea, Iunonia*, Ouid.

IRVS, publicus mendicus apud *Ithacenſes*, corpore ſpecieque prægrandi, à matre dictus Arnæus, à iuuenibus *Irus* nominatus. Cum hoc commiſſus Vlyſſes cum haberetur & ipſe pro mendico, eiicit hominem. author Homer. Huius & Codri paupertas in prouerbium abiit. *Dulichius*, Propert. Dulichium vna ex inſulis Echinadibus, quibus Vlyſſes præerat, quæ Dolicha dicebatur ad Acheloi oſtium iacens. Strab. Mel. Plin. *Binominis, egens*, Ouid.

ISCHYS Elati filius, qui Coronidem vitiaſſe fertur, quod quum videret coruus Apollini nuntiaſſe fertur, qui quum fuerit antea candidus pro incommodo nuntio eum nigrum fecit, & *Iſchym* ſagittis confixit. authores. Pindar. Pherecydes, Pauſan. Heſiod. Hygin. Ouid. *iuuenis Aemonius*, Ouid.

ISMENVS Bœotiæ amnis, qui campum Thebis adiacentem

tem perlabitur. Cnopus alio nomine dictus, à Cnopo Apollinis filio primum Cadmi pes appellatus, deinde *Iſmenus*, ab *Iſmeno* Amphionis & Niobes filio, qui ab Apolline ſagittis confixus præ dolore in fluuium ſe præcipitauit. Steph. Strab. Plutar. Nicand interp. *celer*, Ouid.

ISTROPOLIS Mileſiorum opus, poſt quam Tomos, *Iſtria* quoque ab Arrhiano dicta, ea autem à ſacro *Iſtri* oſtio occurrebat ad ſtadia 500. Strabo, Plin. *vrbs Miletis*, Ouid.

ISTER, fluuius ortus in Germaniæ iugis montis Arnobæ, ex aduerſo Raurici Galliæ oppidi multis vltra alpes milibus, ac per innumeras lapſus gentes Danubij nomine immenſo aquarum auctu, & vnde primum *Illyricum* alluit, *Iſter* appellatur, ſexaginta amnibus receptis, medio ferme numero eorum nauigabili, in pontum vaſtis ſex fluminibus euoluitur. Septem eius ora tanta ſunt vt prodatur in quadraginta mill. paſſ. longitudinis vinci mare, dulcemque intelligi hauſtum. Plinius auth. Strabo ſcribit Ephorum aſſerere *Iſtrum* cõſtare quinque oſtiis. idem tamen paulo poſt ait eum in ſeptem oſtia diſtingui, quod & Mela & Solinus docent. *Item*que Cornelius Tacitus his verbis: Danubius molli & clementer edito montis Arnobæ iugo effuſus plures populos adit, donec in Ponticum mare ſex meatibus erumpit, ſeptimum enim os paludibus hauritur. Matoas ſiue Mentoas, nam vtroque modo ſcriptum legimus, apud Pannonios nominatur, vt tradit Stephanus, Euſtathius Dionyſij Afri interpres. *Turbidus, torquens, flauentes arenas*, Virg. *profundus*, Horatius, *Capax, gelidus, binominis, barbarus, Septemplex, Scythicus*, *Iſtrum* quinque alueis delabi per Scythiam tradit Herodotus. *latus*, Ouid.

ISTHMOS anguſtiæ vnde Peloponeſus procedit inter duo maria AEgæum & Ionium, *Iſthmi* pars altera cum delubro Neptuni quinquennalibus inclyto Ludis, Celebratur & *Iſtmos* in Thracia. Mela, Plinius, Strabo. *Tenuis*, Propert. *bimaris, capax*. Ouid.

ITALIA regio, de qua quia ordo potius exigit, quam quia monſtrari eget, pauca dicentur. Nota ſunt omnia, ab alpibus incipit in altum excedere, atque vt procedit, mediam ſe perpetuo Apennini montis iugo attollens inter Adriaticũ & Thuſcũ, ſiue vt aliter eadem appellãtur, inter ſuperum mare & inferũ excurrit, diu ſolida. Verum vbi longe abit, in duo cornua ſcinditur,

reſpiciturque altero Siculum pelagus, altero *Ionium*, tota anguſta, & alicubi multo quàm vnde cœpit anguſtior: Italia dicta quod magnos italos hoc eſt boues habeat. Vituli enim Itali sūt dicti, ſiue ab Italo rege. Varro, *Iuſtin*. Feſt. Mel. cæteri. *Saturnia tellus.* Italiæ cultores primi Aborigines fuere, quorum rex Saturnus tantæ iuſtitiæ fuiſſe dicitur, vt neque ſeruierit ſub illo quiſquam, neque quicquam priuatæ rei habuerit: ſed omnia cōmunia & indiuiſa omnia omnibus fuerint, veluti vnum cunctis patrimonium eſſet. Ob cuius exempli memoriam cautum eſt, vt Saturnalibus exæquato omnium iure paſſim in cōuiuiis ſerui cum dominis recumbant. itaque Italia regis nomine Saturnia appellata eſt. Author Iuſtinus. *magna virum, magna parens frugum, Heſperia magna*, ab heſpero ſtella, quod occaſui ſubiecta ſit, vt Macrobio placet, magna vero ad Hiſpaniæ differentiam. *Terra antiqua, potens armis atque vbere glebæ, magna, Saturnia arua, Latium*. ita eam Saturnus vocari maluit.

his quoniam latuiſſet tutus in oris,
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.

Priſcianus à latitudine dictam putat, Varro à Latino rege dictā aſſerit. Eſt autem duplex Latium vt docet Seru. vnum à Thyberi vſque ad Fundos: aliud inde vſque Vulturnum amnem. itemque Varro ait. Aut declinato ab hominibus vt Apulia & Latium vtrumque, vt Etruria & Thuſcia qua regnum fuit Latini vniuerſus ager dictus latiū, Latium vero propriè vbi Thyberina oſtia & Roma terrarū caput 16. mil. paſſ interuallo à mari. Pli. auth. *Auſonia*, Auſones Latium tenuere, vnde nomen Latij modo proceſſit ait Plin. Feſtus vero Auſoniam, inquit, appellauit Auſon Vlyſſis & Calypſus filius eam primam partem *Italię* in qua ſunt vrbes Beneuentum & Cales. deinde paulatim tota quoque *Italia*, quæ Appenino finitur, dicta eſt Auſonia ab eōdē duce, à quo etiam conditam Auruncam vrbem ferunt. *Tellus Oenotria*, ab Oenotro Lycaonis filio, quo duce decem & ſeptem ætatibus ante Troiam obſeſſam Colonos in Italiam miſerunt gręci, qui non ſatisfaciente ſibi portione ſua, inſtructa claſſe Ionium ſecat, & cum eo Peucetius vnus è fratribus. Peucetius in quam partem Italiæ primum curſus tulit ſupra vertices Iapigios populum ſuum deportans ibi collocat. Peucetiique ab eodem dicti ſunt qui circum ea loca habitant. Oenotrus autem maiorem exercitus partem ducens in alterum venit ſinum ab

occi-

occidente ſecundum Italiam diffuſum qui tunc quidem Auſonius ex accolis eius Auſonibus dicebatur. Inueniens autem Oenotrus regionem ipſam multam pecori, multamque cultui percommodè expoſitam, magna autem ex parte deſertam, ac ne illam quidem quæ incoleretur, hominibus frequentem, cum expurgaſſet Barbaris partem eius quandam, vrbes condidit in montibus paruas & crebras, qui mos erat condendi priſcis. Vocata eſt autem ea ora & quidem multa quantamcumque occupauit, Oenotria, atque homines quibuſcúque imperauit Oenotri. Hæc ex Dionyſ. Halicarnaſſ. *Pulchra, fertilis*, Virgil. *Ferax*, Horat.

ITALI, *Auſonij, antiqui*, Virg.

ITONVS Theſſaliæ, itemque poſtea Bœotiæ vrbs, quæ & Itonia, & Iton, & Itone dicitur. In vtraque Itoniæ Palladis templum, ab Itono Amphictyonis filio nomen accepit. Authores Strabo, Steph. Pauſan. Callimachi & Apollon. int. & apud nos Pli. Statius, Feſtus. *ſanctus*. Cat.

ITHACA inſula in Acarnania, Vlyſſis patria, carmine Homeri celeberrima. *Laertia regna*. Virgil. Acarnanes namque & Cephalenes Laertæ, eiuſque filij Vlyſſis ſubiecti fuere imperio vt oſtendit Strabo ex Homer. *parua*. Tib. Ithaca ſane ad ſtadia 80. in circuitu patet. Strab.

ITYS qui & Itylus Homero & Catullo, Procnes & Terei Thracum regis filius, quem mater in Philomelæ ſororis vltionem epulandum patri appoſuit, fabulam narrat Ouid. & Ariſtophanis interp. Cæterúm Ityli nomine dictus eſt etiam Aedonis & Zethi filius apud Homeri interpretem, quem quum Aedon mater Pandarei ex Harmothoe filia inſcienter occidiſſet, præ dolore in Aedonem auem hoc eſt luciniam mutatus eſt. *Iſmarius, Terei puer, Threicius, Odryſius*. Ouidius. Odryſæ Thraciæ gens Liuio, Plinio.

IVBAR, *tremulum, rubrum*, Lucr. *nitidum*, Ouid.

IVBA, *rutila*, Cat. *fulua*, Ouid.

IVBA Ptolemæi pater, qui primus vtriqueMauritaniæ imperauit, ſtudiorum claritate memorabilior etiam quam regno, volumina ad Claudium Cæſarem Auguſti filium ſcripſit de Arabica expeditione. Curionem Iulij Cæſaris Legatum cum exercitu cecidit. Idem ſuaſit vt Vtica dirueretur, à Cæſare diſcrimine maximo oppugnatur, tandem ab omnibus ciuitatibus

exclu-

Quicquid vbique vides, cœlum, mare, nubila, terras,
Omnia ſunt noſtra clauſa, patent'que manu.
Me penes eſt vnum vaſti cuſtodia mundi,
Et ius vertendi cardinis omne meum eſt.

IAPYGIA regio, Italiæ contigua, quam & Meſſapiã græci vocant. Eſt verò Meſſapia in Peninſulæ forma à Brunduſio vſque Tarenthum Iſthmo incluſa ſtad. 10. atque 300. Annauigatio verò circa vltimam Iapygiam ſtadiorum eſt 400 Iapygia autem vniuerſa vſque ad Dauniam, cognomen à quodam duxit Iapyge, quem Dædalus è Cretenſi muliere ſuſcepiſſe dicitur, ducemque Cretenſibus extitiſſe. Sanè Meſſapiam, & Iapygiam, & Calabriam, & Salentinam complures communi appellatione eandem faciunt. Hæc ex Strab. Hecatæus verò vt ſcribit Steph. duas ponit Iapygias, quarum vna ſit in Apulia, altera in Illyrico, à quarum vtraque Iapyx & Iapygius deriueretur, quamuis hoc improbetur à Seruio, qui Iapygiam ab Iapidia ſcriptione diſtinguat, Iapygiam in Apulia conſtituens, Iapidiam verò ab Iapidio oppido dictam, à qua Iapis, Venetiæ proximã, quo vocabulo etiam Saluſtius vſus ſit. *Fortis*, Tib. *Meſſapia arua.* Ouid.

IARBAS, Mauritanorum rex, Iouis Ammonis ex Garamãtide nympha filius, qui decem pœnorum principibus ad ſe accerſitis Didonis nuptias ſub belli denuntiatione petiit, Iuſtinus, Virg. *Gætulus.* Virg. *Maurus.* Ouid.

IASION Cretæ rex, qui & Iaſius, & Eetion, Ioue & Electra Atlantide natus, vt alij Minoe & Phronia, de qua Ouid. intellexiſſe videtur quum ait,

Paſiphaes Minos in Phronide perdidit ignes.

Iaſion ſumpta vxore Cybele Corybantum genuit. Ex Cerere quoque Plutum genuit, cui diuitias attribuerunt, quamobrem & fulmine in Samothracia percuſſus eſt, etſi Diodorus eum ad deos tranſlatum ſcribat, alij fulmine ictum prodiderunt quod Cereris imagini iniuriam fecerit. In huius Iaſij gratiam Ceres ex frumento panem Harmoniæ ſorori in nuptiis attulit Ex auth. Homero, Heſiodo, Diod. Dionyſio Halicarn. Theocriti, Lycophronis, & Apollonij interprete, itemque apud nos Hygino, *Mitis*, Ouidius.

IASON Aeſonis & Alcimedes Phylaci filius, vt Pherecydes, & Apollonius, vt Herodotus, Polyphemes, ſiue Polymeles Autolyci filiæ, vt Andron, Theognitis Laodoci filiæ, vt alij

Rhæus

Rhæus Staphyli filiæ, vt alij Arnes, vt alij, Scarphes, Iaſonis hiſtoriam percurrunt Apollonij & Lycophronis interp. Tzetzes, Ouid. & Diodor. *Candidus*. Horat. *Aeſonides* ab Aeſone patre, Scarphæ filio, à qua vrbs Locridis dicta eſt. interp. Hom. Steph. *Aemonius*. Propert. *Clarus, Aeſone natus, Aeſonius, multor primæ ratis, Pelaſgus, Pagaſæus, male gratus, Aemonius*. Qui Medeam ob Glaucen ſiue Creuſam Creontis regis filiam Corintho expulerit, cuius ope vellus aureum conſecutus erat, atque tot periculis ſeruatus. *Formoſus, perfidus*, Ouid.

IASOM qui Pheras Theſſaliæ vrbem tyrannide oppreſſit, quique à medicis deploratus vomice morbo, cum morte in acie quæreret, vulnerato ab hoſte pectore ſalutē inuenit, hunc Thebæ vxor tandem interemit. author. Cic. Plutarc. *Phæreus*. Ouid. à Pheris Theſſaliæ vrbe, cui nomen dedit Pheres Crethei filius, ſeu Pherā Aeoli filia: duæ verò in Theſſalia hoc nomine fuuūt, Strab. Euſtathius.

IASPIS gemma quæ viret & ſæpe tranſlucet, plurimæ ferunt eam gentes, Smaragdo ſimilem Indicæ, Cyprij colore glauco & pingui, Perſica ſimilis eſt aeri, quæ ob id aerizuſa vocatur, Thermodontiaca cerulea, & Scythica inter ceruleas omnes optima, Phrygia purpurea, Cappadox ex purpureo cerulea, & nō refulgens, Thracia Indicæ ſimilis, Chalcidica turbida præfertur omnibus quæ purpuræ aliquid habet. Secunda quæ roſæ Tertia quæ Smaragdi. Quarta cœlo autumnali matutino ſimilis, quæ Boſa appellatur, & Aerizuſa. Similis eſt & ſardæ, imitatur etiam violas. Galenus iaſpidem medicinæ vtilem Chloron iaſpin, hoc eſt viridem, cognominat. Pli. Dioſcor. *Fulua*, Virg. hoc eſt viridis, vt fuluaque caput nectet oliua. author Seru.

IAZYGES populi in Ponto. Strab. Plin. *acres*. Ouid.

IBERIA regio Ponti ad Septentrionem, vnde Iberes populi. Strab, Ptolem. Priſc. *Venenarum ferax*. Horatius. Solinus ſcribit Ponticis oris portum eſſe qui prouentu malorum graminum vſque adeo celebris eſt, vt noxias herbas aconita illic nominemus Et Virgil. ait;

Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena
Ipſe dedit Mœris, naſcuntur plurima Ponto.

IBISCVM herba, quod à Paſtinaca gracilitate diſtat: damnatum in cibis, ſed medicinæ vtile. Plin *Gratile*. Virg.

ICARVS Dædali filius, qui Icario mari nomen dedit,

Callimachus,Ouidius. *Dædaleus*. Horat.

ICTVS, *validi*, Virgilius.

IDAS Lyncei frater ex Aphareo Oebali filio, vt Lycophronis interpres, vt Piſander, matre Polydora, vt Theocritus Laocooſa, vt Pherecydes, Arene. *Velox*, Ouid.

IDALIVM Cypri oppidum, quod & idalia, veneri ſacrũ, Plinius, & Stephanus. Eſt & idalium Cypri nemus Virgilio, Seruioque. *Sanctum, frondoſum*. Catull.

IDA mons Troadis, qui propontidi imminet, ab ida regina, vt alij putant, ab ida Aegeſthi filia, ex qua etiam idæos dactylos genuit, antea Gargarum dicebatur. ibi ſunt & iouis, & Cybeles matris deorum altaria. authores Plutarchus, Stephanus, Strabo. *Viridis*, Catull. arboribus namque mirum in modum fœcundus eſt, præcipueque Larice, fraxinoque abundat, vt ſcribit Plinius. *Frondoſa, magna, Phrygia, venatrix*. Virgil. ex Homero, qui idam μητέρα θηρῶν, hoc eſt matrem ferarum appellat. *Aquoſa*. Horat. iidem epithetum ex Homero repetitum, frequenti namque epitheto πολυπίδακα idam nominat. Et vt ait Strabo, idam propriè multorum fontium dici exiſtimant, propter fluminum multitudinem ex ea profluentium, præſertim vbi Dardania regio ei ſubiacet. *Celeberrima fontibus, humida, longa, alta, vmbroſa, ſacra*, propter Cybelen, *Cliuoſa, nemoroſa, opaca, amæna fontibus, pinifera*, Ouidius.

IDA mons Cretæ, Pauſanias, Strabo. *Ardua*. Ouid.

IDMON, vt ait Pherecydes, Aſteria Coroni filia & Apolline genitus, vt Apollonius Rhodius Abãte Melampodis filio. Vnus ex Argonautis, qui in Maryandina ab apro necatus eſt. Interpres Apollonij. *Audax*. Ouid.

IDOMENEVS Deucalionis Minois filij ex Cleopatra filius, qui cum Merione Moli Minois filio cũ nauibus nonaginta ad Ilium cum Agamemnone profectus, poſtmodum ambo reuerſi in patria diem ſuum obierunt, honorificeque ſepulti diuinos honores aſſecuti ſunt. Horum ſepulcra in Cnoſo Cretæ oſtendũtur cum inſcriptione. Cnoſij Idomenei ſepulchrũ, Aſpice in quo ego Merion Moli filius propinquus iaceo. Hos vt nobiles heroes Cretenſes colunt ſacris in Bellorum diſcrimine eorũ præſidium inuocantes. Homerus, Lycophronis interpres, Diodorus. Hic, authore Seruio, poſt euerſam Troiam quum reuerteretur in tempeſtate nouit diis ſacrificaturum de re quæ prius occur-

occurriſſet. Quum ergo filius illi occurriſſet, & illum aut immolaſſet, aut immolare voluiſſet, pulſus à ciuibus regno Salentinum Calabriæ promontorium tenuit, & ciuitatem condidit, *Lyctius*, Virgilius.

IGNIS, qui & Vulcanus poetis, *calidus, aſtifer, liquidus*. Lucret. *Rutilus, fumifer, edax*. Virgilius. *Sanus, celer*. Horat. *Rapidus, acer, viuidus*. Ouid.

ILEX arbor inter eas quæ glandem ferunt. Cuius duo genera Maſculas ilices negant ferre. Ilex nullo flore exhilaratur. Poſt occaſum Vergiliarum fructificat, & anno proficit vt Arcades putant, ſimul enim antecedentem fructum nouus, occupat, propterea à nonnullis inter biferas deſcripta. Radix ilici multiplex, & vt ſiluestri altiſſima, folio roboris minore aculeato, læuiore cortice, Arbor ex ampliſſimis vt robur, materie ſpiſſa & robuſta, ſed quæ frangatur ac diſſiliat ſponte ſua. Ob id Pericles Bœotios ilicibus dixit eſſe ſimiles, vt eſt apud Ariſtotelem, quoniam ipſi ſe conficerent inteſtinis diſcordiis. Plura apud Plinium & Theophraſtum. *Nigra*, hoc eſt vmbroſa, *Arguta, canora, ſtridula*, ob auræ flatum, vt exponit Seruius. *Caua, Littorea, frondens, opaca*. Virg. *Procera*. Horat. *Viridis, ramoſa, curuata glandibus*. Ouidius.

ILIAS Homeri opus. *Longa*. Prop. *Opus æternum*. Ouid.

ILIVM, & Ilios muliebri genere, Troadis vrbs, ab Ilo, ſiue Troe Ili patre condita, & ab Ilo dicta, quam Troes Acten vocabant, ad orientem Idam & Dardaniam verſus. Iuxta Ilienſium vrbem quercus Ili tumulo tunc ſatæ dicuntur quum cœpit Ilium vocari, Euſebius, Strabo, Plin. Suid. Stephan. *Diuum domus inclytum bello, ſuperbum, altum, vrbs Iliaca*, Virg. *Sacrum*. Horat. *Ingens*. Ouidius.

ILIA, quæ & Rhea Siluia dicta eſt. Numitoris Albanorum regis filia, cui Amulius per ſpeciē honoris cū Veſtalem eā legiſſet perpetua virginitate ſpem partus ademit, compreſſa veſtalis quum geminum partum edidiſſet, ſeu ita rata, ſeu quia deus author culpæ honeſtior erat, Martem incertæ ſtirpis patrem nuncupat. Dionyſ. Halicarnaſſ. Liuius, Cæteri. De cuius morte varia tradidere ſcriptores, Liuius enim, & Strabo ſcribunt vinctam fuiſſe in cuſtodiam datam, nec aliud, Dionyſius virgis cæſam necatam illico, vel in carcere diu aſſeruatam, ſolutamque deinde fuiſſe mortuo Amulio, quod quidem & Plutarchus ſen-

tit, addens à Romulo debitos matri reſtitutos fuiſſe honores, Porphyrio tradit authore Ennio in amnē Tiberim iuſſu Amulij præcipitatam, antea enim Anieni matrimonio iunctam. Acron adijcet mortuam ad ripam Anienis ſepultam. *Regina ſacerdos*, Virgil. à regibus oriunda & reges paritura. *Troica ſacerdos*, *clara*, Horat.

ILLVVIES, *dira*. Virg.

ILLYRIA regio, vt Græci tradunt, ſupra Macedoniam & Thraciam, à Chaonibus, & Theſprotis ad fluuium Iſtrum ſedem habens. Hæc enim totius prouinciæ longitudo eſt: amplitudo eius ex Macedonia, & Thraciæ montibus ad Pæones vſque, & Ionium mare, alpiumque obiecta protenditur, quæ dierum quinque itinere continetur, longitudo in triplo productior eſt, vt græci perhibent. Romani eam regionem menſuræ ſubijcientes, longitudinem ſex milium ſtadiorum, latitudinē mille & ducentorum numero contineri putant: aſſeruntq; eius prouinciæ cognomen ab Illyrio Polyphemi filio ortum habuiſſe, Polyphemo quippe Cyclopi ac Galateæ Celtum, & Illyrium, & Gallum filios extitiſſe, eoſque ex Sicilia progreſſos, Celtis, & Illyriis, & Gallis ab ipſis cognomen aſſumentibus imperitaſſe. author Appianus. *Gelida*, Proper.

ILVS Trois filius ex Callirhoe Scamandri filia. Homerus, Dionyſius Halicarnaſſeus, Interpres Lycophronis. *Dardanides*. Ouidius.

IMAGO, *vegetus*, Ouid.

IMPETVS, *validus, celer, acer*. Lucret. *viuidus*, *vaſtus*, *ſanus*. Horat.

INACHVS, qui Argis annis 50. regnauit, totidemque Troianum bellum anteceſſit, authore Euſeb. *priſcus*, Hor.

INACHVS amnis Argiuorum, cum prius Carmanor appellaretur, deinde Halyacmon, ab Halyacmone Tirynthio, qui cum Iouem cum Rhea matre coeuntem conſpicatus eſſet in furorem verſus in fluuium ſeſe deturbauit, deinde Inachus ab Inacho Ius patre, qui quum Iouem ab Io filiam compreſſam conuiciis inſectaretur, in furorem actus à Tiſiphone in ſubiectum amnem ſeſe præcipitauit, Oceani & Tethyos filius, qui iuxta Argiuorum vrbem inter ſaxoſas conualles labitur. Oritur ex Lyrtio ad Cynuriam montem Arcadiæ Euſeb. Strab. Lycoph. int. Plut. Inachum ex Melia Oceani filia, quæ Bithynis ab Apollonio

Ionio dicitur, Aegialeum & Phoroneum procreauiſſe tradit idē Lycophronis interp. ex quo ab Ouid. dictum eſt.

Inachus in Melia Bithynide pallidus iſſe
Dicitur, & mediis incaluiſſe vadis.

Liquidus, Ouid.

INCANTATIO, *valens* Hor. *Carmen magicum*, Tibul.

INCENDIA, *clara, ſaeua*, Virg.

INCVDES, *duri*, Virg.

INDIA regio notiſſima, non Eoo tātum appoſita pelago, ſed & mari Indico quod ad meridiem ſpectat, & hinc Tauri iugis ab occidente inde finita, tantum ſpatium littoris occupat, quantum per 60. dies noctesque velificantibus curſus eſt, bis in anno æſtatem habet, bis legit fruges, vice hiemis Eteſiis ponitur auris regio fertilis, & vario genere hominū aliorumq; animaliū ſcatet, nomen ei dedit *Indus* amnis. Cui antea Mauſolii nomen fuit à Mauſolo Solis filio. Plut. Strab. Diodor. Stepha. Mela, Solin. *Toſta*, Cat. *Diues*, Hor. *Decolor*, *Gangetis*, Ouid. Maximi namque Indiæ amnes authore Solin. *Indus* & Ganges.

INDI, *Extremi* Catul. *Colorati, ſitientes*. Virg. *Felices, nigri, proximi Eois aquis*, Tib. *Diſcolores, longinqui, dites*, Prop. *Eoi*, *decolores, depexi, Thuriferi, poſiti ſub ignibus ſidereis*. Ouid.

INERTIA, *mollis, ſepta*, Horat.

INFANS, *paruus*. Lucret.

INFERORVM porta, *nigra, lurida*. Prop.

INFERIAE, *miſeræ, triſtes*, Catul.

INFERI, ſiue Tartarus, & Tartara, *atri, lucis egeni*, *tetri*. Lucr. *iter tenebricoſum*. Cat. *infimi, triſtes, Stygij alti, impij, nigri, regna inuia: viuis, domus ſolis vacuæ, inania regna, loca ſenta ſitu, triſtes ſine ſole domus, loca turbida, duriſſima regna, pallida regna, diis inuiſa. Tartareæ ſedes caligantes*, Virgil. *Domus exilis, domus Plutonia, regna triſtia, luridi*. Horatius. *Duri tertia regna, infernum Plutonis regnum*. Tibullus. *Nigrantes domi aula fuſca*. Propertius: *Sedes tenebroſa, mundus opacus, regnum inamabile, tenebroſi, luce carentia regna, inanes, regna inamœna, regnum vaſtum, regia cæca*. Ouidius.

INFVLA, *lanea*. Virg.

INGLVVIES, *atra*, Virg.

INGENIVM, *velox, capax*, Ouid.

INIMICITIAE, *truces*. Horat. *acerba*, Prop.

INO, Cadmi & Harmoniæ filia, Harmonia verò Veneris & Martis filia fuit: vt alij, regis cuiuſdam Thebani, vt Euphorus. Electræ Atlantis filiæ, quam Cadmus in Samothracia rapuit, ſiue vt Dercillus ait, interfecto patre vxorem duxit. Ianonem Athamas Phryxo, & Helle nouercam ſuperduxit, quæ ſe poſtquam in mare præcipitauit, Leucothea à græcis, à nobis Matuta dicitur. authores Heſiod. Pauſa. Apollonij, Lycoph. & Ariſtophanis int. Cicero, Firmian *Flebilis*, Hor. *Cadmeis, ſoror Semeles, matertera Bacchi, Cadmea*, Ouid.

INSANIA, *trepida*, Ouid.

INSIGNIA, *decora*, Virg. *clara*. Ouid.

INSOMNIA, *falſa*, Virgilius, cuius rei rationem habes apud Macrob.

INSVLA, *grauis, ſtabilis*, Ouid.

INTYBVM holus, cuius duplex genus eſt, agreſte & erraticum, alterum ab amaritudine Picris, & Cichorium in Aegypto appellatum, & apud nos quidam Ambubeiam vocant, latioribus foliis, alterum ſatiuum quod Serim vocant, & in cibis gratius. Dioſcor. & Plin. *amarum fibris*, Virg.

INVIDIA, *infelix, obliqua*. Virg *acris*, Horat.

IO Inachi Argiuorum regis filia, cui miſtus eſt Iupiter, ob idque in bouem à Ioue verſa, ne à Iunone agnoſceretur, poſtmodum in Aegyptũ profecta, mutato nomine Iſis nuncupata, tametſi Iſidem alij Lunam, alij Cererem. alij Iunonem vocent. Authores Herodotus, Euſeb. Suid. Ouid. *Inachia iuuenca*. Virg. *Inachis*. Proper. *Phoronis*, à Phoroneo Inachi Argiuorum regis ex Niobe filio, qui Argis annos ſexaginta regnauit, vt ſcribit Euſeb. *Argolica, auxiliaris*, vt enim ſcribit Diodor. aſſerunt Aegyptij Iſidem complurium inuentricem fuiſſe medicamentorũ, & medicinæ arti plurimum contuliſſe, quam immortalitate potitam gaudere hominum cultu, inque eorum valetudine præcipuè verſari, quinetiam in ſomnis opitulari palam eis, quos cenſuerit dignos, ſigna horum eſſe dicunt non græcas fabellas, ſed opera certa. Omnis enim fermè orbis hanc Deam colit propter manifeſtas eius morborum curas. Et qui eius monitis obtemperent, præter opinionem curari, etiam quorum medici ſalutem deſperauerint. Ab ea quoque pharmacum ad aſſequendam immortalitatem aiunt eſſe inuentum. *Vacca Memphitis*, fuit enim Aegypti regina, ſepultaque eſt apud Memphim in Vulcani lo-

vo, vbi vſque ad hoc tempus ſepulchrum eius monſtratur teſte Diodoro. *iuuenca Pharia, linigera*, Ouid. E lino veſtes ſacerdotibus Aegypti gratiſſimæ, vt ait Plinius. itemque Herodotus inquit, Sacerdotes veſtem tantummodo lineam, calceos papyraceos geſtant, aliam veſtem aut alios calceos induere eis fas non eſt.

IOCVS, *vanus*, Tibul. *dulcis, lætus, iucundus*, Ouid.

IOLAVS Iphiclo Amphitryonis & Alcmenæ filio natus, qui Sardiniã ingreſſus priorem inſulæ partem campeſtrem ſcilicet tenuit, Iolam ab eo quoque dictam, eamq; quum Dædalũ è Sicilia acceſſiſſet pluribus præclaris operibus, quæ ab artifice Dædalea appellantur, exornauit. Gymnaſia inſuper magna erexit ac ſumptuoſa. Iudicia quoque, ac cætera quibus ciuitas diuturnior eſſet, ac felicior inſtituit, populóſque ab ſuo nomine Iolenſes appellauit. Rediens deinceps in Græciam Iolaus, inque Siciliam nauigans aliquamdiu permanſit in inſula, quo tempore complures qui cum eo acceſſerãt capti locorum amœnitate Sicaniſque permiſti in inſula remanſere ſummo ab incolis honore accepti, Iolao quum gloria præclarus eſſet, multaq; in diuerſis locis ſui reliquiſſet beneficij monimenta, & templa & deorum honores plures ciuitates tribuere. Herculis precibus Hebe Iolaum ex ſene in adoleſcentem mutauit, authores Diodor. Strabo, Solinus, & Ouid. *Hyanteus*, Ouid.

IOLE Eurythi regis Oechaliæ filia, quam Hercules Oechalia deuicta in matrimonium ſumpſit, vt author eſt Diodorus: Plutarchus vero ex Nicia ſcribit, Herculem ab Iole connubio reiectum Oechaliam diruipiſſe, Iolen ſeſe è muro deieciſſe, ventoque vehementi ſinum inflante illæſam deſcendiſſe. *Eurytis*, Ouidius.

IONIA regio Aſiatica intra Peloponeſum, ab Ione Xuthi & Creuſæ Erechthei filio, quo duce Athenienſes intra Peloponeſum ex Ionibus Coloniam miſerunt, & plagam quam occuparunt pro Aegialea Ioniam nominarunt. Eodemque modo pro Aegialenſibus Iones appellati in ciuitates duodecim diſpartiti. Strabo, Plinius, Vitruuius. *Mollis*: Propert. quoniam omnis ille tractus mollis & delicatus eſt. vbi clementiſſimum cælum, huber ſolum, mitiſſima accolarum ingenia ſunt, & amœnitas Aſiatica eneruauit viuidos animos Romanorum, quod Liuius Pliniuſque oſtendunt. Nam & Plutarchus ſcribit Alcibiadem

 in La-

in Lacedæmonia fuiſſe ſeuerum & grauem, in Ionia verò incertem, mol em, fluxum. *diues*, Ouid.

IPHIGENIA, quæ & Iphianaſta Lucretio, & Homero Agamemnonis & Clytemneſtræ filia, vt Euripedes, vt Steſichorus, Euphorion, Alexander, Theſei & Helenæ. Cæterum quum Græci ad Aulidem veniſſent, Agamemnon Dianæ ceruum ignarus occidit, Dea verò irata flatum ventorum remouit. Quum igitur nec nauigare poſſent, & peſtilentiam ſuſtinerent, oracula conſulta Deam Agamemnonio ſanguine placandam dixerunt. Ergo cum ab Vlyſſe per cauſam nuptiarum adducta Iphigenia in eo eſſet vt immolaretur numinis miſeratione ſubrepta eſt, & ceruа pro ipſa immolata, ipſa in Tauricam regionem tranſlata eſt. Author Euripides. *Puella Agamemnonia*, Propert. *Mycenis, virgo Pelopeia*, Ouid.

IRA, *acris, acerba*, Lucr. *Triſtis, horribilis, memor*. Virg. *cruenta, grauis*, Horat. *Tumida, ſæua, indomita, rabida, violenta, feruens, ferox, cæca, trux*. Ouid.

IRIS, Thaumantis & Electræ filia, Harpyiarum ſoror, Iunonis & Iouis nuntia. Heſiod. Hom. ideo Thaumante natam tradiderunt Cicero & Macro. quoniam cum admiratione quadam oritur. Nam θαῦμα miraculū ſignificat: Iris autem nihil aliud eſt quàm radius ſolis immiſſus cauæ nubi, Colorumque illa varietas fit ex miſtura ignis, nubium, & aeris, Plin. author. *Roſcida, crocea, decus cæli, Thaumantias, aeria*, Virg. *Nuntia Iunonis, virgo Thaumantea, Iunonia*, Ouid.

IRVS, publicus mendicus apud Ithacenſes, corpore ſpecieque prægrandi, à matre dictus Arnęus, à iuuenibus Irus nominatus. Cum hoc commiſſus Vlyſſes cum haberetur & ipſe pro mendico, eiicit hominem, author Homer. Huius & Codri paupe tas in prouerbium abiit. *Dulichius*, Propert. Dulichium vna ex inſulis Echinadibus, quibus Vlyſſes præerat, quæ Dolicha dicebatur ad Acheloi oſtium iacens. Strab. Mel. Plin. *Binominis, egens*, Ouid.

ISCHYS Elati filius, qui Coronidem vitiaſſe fertur, quod quum videret coruus Apollini nuntiaſſe fertur, qui quum fuerit antea candidus pro incommodo nuntio eum nigrum fecit, & Iſchym ſagittis confixit. authores. Pindar. Pherecydes, Pauſan. Heſiod. Hygin. Ouid. *iuuenis Aemonius*, Ouid.

ISMENVS Bœotiæ amnis, qui campum Thebis adiacentem

tem perlabitur. Cnopus alio nomine dictus, à Cnopo Apollinis filio primum Cadmi pes appellatus, deinde *Iſmenus*, ab *Iſmeno* Amphionis & Niobes filio, qui ab Apolline ſagittis confixus præ dolore in fluuium ſe præcipitauit. Steph. Strab. Plutar. Nicand. interp. *celer*, Ouid.

ISTROPOLIS Mileſiorum opus, poſt quam Tomos, *Iſtria* quoque ab Arrhiano dicta, ea autem à ſacro *Iſtri* oſtio occurrebat ad ſtadia 500. Strabo, Plin. *vrbs Miletis*, Ouid.

ISTER, fluuius ortus in Germaniæ iugis montis Arnobæ, ex aduerſo Raurici Galliæ oppidi multis vltra alpes milibus, ac per innumeras lapſus gentes Danubij nomine immenſo aquarum auctu, & vnde primum *Illyricum* alluit, *Iſter* appellatur, ſexaginta amnibus receptis, medio ferme numero eorum nauigabili, In pontum vaſtis ſex fluminibus euoluitur. Septem eius ora tanta ſunt vt prodatur in quadraginta mill. paſſ. longitudinis vinci mare, dulcemque intelligi hauſtum. Plinius auth. Strabo ſcribit Ephorum aſſerere *Iſtrum* cõſtare quinque oſtiis. idem tamen paulo poſt ait eum in ſeptem oſtia diſtingui, quod & Mela & Solinus docent. *Item*que Cornelius Tacitus his verbis: Danubius molli & clementer edito montis Arnobæ iugo effuſus plures populos adit, donec in Ponticum mare ſex meatibus erumpit, ſeptimum enim os paludibus hauritur. Matoas ſiue Mentoas, nam vtroque modo ſcriptum legimus, apud Pannonios nominatur, vt tradit Stephanus, Euſtathius Dionyſij Afri interpres. *Turbidus, torquens, flauentes arenas*, Virg. *profundus*, Horatius, *Capax, gelidus, binominis, barbarus, Septemplex, Scythicus*, *Iſtrum* quinque alueis delabi per Scythiam tradit Herodotus. *latus*, Ouid.

ISTHMOS anguſtiæ vnde Peloponeſus procedit inter duo maria AEgæum & Ionium, *Iſthmi* pars altera cum delubro Neptuni quinquennalibus inclyta Ludis, Celebratur & *Iſtmos* in Thracia. Mela, Plinius, Strabo. *Tenuis*, Propert. *bimaris, capax*. Ouid.

ITALIA regio, de qua quia ordo potius exigit, quam quia monſtrari eget, pauca dicentur. Nota ſunt omnia, ab alpibus incipit in altum excedere, atque vt procedit, mediam ſe perpetuo Apennini montis iugo attollens inter Adriaticũ & Thuſcũ, ſiue vt aliter eadem appellãtur, inter ſuperum mare & inferũ excurrit, diu ſolida. Verum vbi longe abit, in duo cornua ſcinditur, reſpi-

occidente ſecundum Italiam diffuſum qui tunc quidem Auſonius ex accolis eius Auſonibus dicebatur. Inueniens autem Oenotrus regionem ipſam multam pecori, multamque cultui percommodè expoſitam, magna autem ex parte deſertam, ac ne illam quidem quæ incoleretur, hominibus frequentem, cum expurgaſſet Barbaris partem eius quandam, vrbes condidit in montibus paruas & crebras, qui mos erat condendi priſcis. Vocata eſt autem ea ora & quidem multa quantamcumque occupauit. Oenotria, atque homines quibuſcúque imperauit Oenotri. Hæc ex Dionyſ. Halicarnaſſ. *Pulchra, fertilis*, Virgil. *Ferax*, Horat.

ITALI, *Auſonij, antiqui*, Virg.

ITONVS Theſſaliæ, itemque poſtea Bœotiæ vrbs, quæ & Itonia, & Iton, & Itone dicitur. In vtraque Itoniæ Palladis templum, ab Itono Amphictyonis filio nomen accepit. Authores Strabo, Steph. Pauſan. Callimachi & Apollon. int. & apud nos Pli. Statius, Feſtus. *ſanctum*. Cat.

ITHACA inſula in Acarnania, Vlyſſis patria, carmine Homeri celeberrima. *Laertia regna*. Virgil. Acarnanes namque & Cephalenes Laertæ, eiuſque filij Vlyſſis ſubiecti fuere imperio vt oſtendit Strabo ex Homer. *parua*. Tib. Ithaca ſane ad ſtadia 80. in circuitu patet. Strab.

ITYS qui & Itylus Homero & Catullo, Procnes & Terei Thracum regis filius, quem mater in Philomelæ ſororis vltionem epulandum patri appoſuit, fabulam narrat Ouid. & Ariſtophanis interp. Cæterum Ityli nomine dictus eſt etiam Aedonis & Zethi filius apud Homeri interpretem, quem quum Aedon mater Pandarei ex Harmothoe filia inſcienter occidiſſet, præ dolore in Aedonem auem hoc eſt luciniam mutatus eſt. *Iſmarius, Terei puer, Threicius, Odryſius*. Ouidius. Odryſæ Thraciæ gens Liuio, Plinio.

IVBAR, *tremulum, rubrum*, Lucr. *nitidum*, Ouid.

IVBA, *rutila*, Cat. *fulua*, Ouid.

IVBA Ptolemæi pater, qui primus vtrique Mauritaniæ imperauit, ſtudiorum claritate memorabilior etiam quam regno, volumina ad Claudium Cæſarem Auguſti filium ſcripſit de Arabica expeditione. Curionem Iulij Cæſaris Legatum cum exercitu cecidit. Idem ſuaſit vt Vtica dirueretur, à Cæſare diſcrimine maximo oppugnatur, tandem ab omnibus ciuitatibus exclu-

excluſus, cum Petreium ferro conſumpſiſſet, deinde ipſe ſibi cũ conaretur gladio traijcere pectus, nec poſſet, precibus à ſeruo ſuo impetrauit, vt ſe interficeret, idque obtinuit. auth. Hircius, Pli. Florus, Suidas. *Magnanimus, Cinyphius.* Ouid.

IVDEX, *grauis*, Ouid.

IVDAEI populi Iudææ, quæ ſupra Idumæam & Samariã longè lateque funditur. Pars eius Syriæ iuncta Galilæa vocatur, Arabiæ verò & Aegypto proxima Peræa, hoc eſt vlterior, aſperis diſperſa montibus, & à cæteris Iudæis Iordane amne diſcreta: reliqua Iudæa diuiditur in Toparchias decem. author Plin. *Curti.* Horat. *Palæſtini.* Ouid. Syria namque Palæſtina vocatur qua contingit Arabes & Iudæa, vt ait Plin.

IVGA montium, *longa.* Virg *fumosa, ſaxoſa, montana, frondoſa, acclina, celſa.* Ouid.

IVGVM, *curuum.* Tibull. *Pandum, incuruum.* Ouid.

IVLIVS Cæſar. *Magnus*, Catull.

IVNCVS, *Limoſus, mollis.* Virg. *Lenis*, Tibull. *Acutus, paluſtris.* Ouidius.

IVNO Rheæ & Saturni filia, Iouis vxor, ex qua Heben, Martem, Ilithyiam, & Vulcanum ſuſtulit. Home. Heſio. *Maxima cælicolum, ſancta.* Catul. *Sæua, Saturnia, deum regina, Iouis ſoror & coniux, bona, domina potens, Argiua*, tum quia Argos in tutela Iunonis eſt, quemadmodum Sparta, & Mycenæ, docente Homero, tum quia illic vt omnibus notum eſt, religioſiſſimè colitur, itemque poſt fauces fluuij Silari eſt Iunonis templum Argiuæ, ſiue Argoniæ quod Iaſon condidit, Iulius, Solinus, Plin. Strabo. fuit in Venetia prouincia delubrum Argiuæ Iunonis eodem authore, Atque etiam, vt ait Hyginus, Phoroneus Inachi filius templum Argis Iunoni primus conſecrauit: Dorus quoque Vitruuio authore, quum Achaiæ Peloponneſiq; ſummam teneret, Argis vetuſta ciuitate Iunoni templum ædificauit. *Diua Lacinia*, Lacinium Italiæ promõtorium inter Adriaticum & Ionium mare, vbi templum Iunonis ſuperiori ætate locupletiſſimum, doniſque frequentiſſimis plenum. Strabo Plinius. *Cara Iouis coniux pronuba*, quia vt ait Virgilius.

Et vincla iugalia curæ.

Et Iugarius vicus dictus Romæ, quia ibi fuerat ara Iunonis iugæ, quam putabant matrimonia iungere. Author Feſtus. *Regia omnipotens, coniux Saturnia, Gabina.* Virgilius. Gabij

vrbs

vrbs non longe ab vrbe Roma in Prænestina via, vbi Latomiæ ſunt Lapides Romæ ſuppeditantes, diſtantes Roma & Præneſte ex æquo ad ſtadia centum. Illic Iuno religioſiſſimè colitur, Strabo & Seruius. *Matrona,* Horat. *Pelaſga.* Propert. Iunonis templum eſt prope Mycenas commune Argis & Mycenis, vt ait Strabo. *Alta, conſors Iouis, diuaque potens teri, germana tonantis, Princeps deorum, ſaturnia.* Ouid.

IVPPITER, quaſi iuuans pater, Saturni Rheæque filius, Heſiodus, Homerus, Cicero. *Pater omnipotens.* Lucretius. *Maximus, ſupremus, rector cæleſtium, pater diuum, omniſuolus, æſtuoſus.* Nam Ammonis Iouis templum in Libya æſtuoſa conditum fuit vt infra dicemus, Catullus. *Pater Chaonius,* propter Dodonam quæ eſt in Epiro Chaonia dicta. *Magnus, æther,* Iuppiter namque cælum & aer eſt, vt ſcribit Varro, Iuno verò terra. *Rex Dictæus,* in Dicte namque mater deum Iouem edidit, vnde & illi nomen à τίκτω vt Agathocli placet, *Diuum pater atque hominum rex, hominum ſator atque deorum, ſummus pater, regnator olympi.* Poteſt, inquit Firmianus, mons Olympus figuram poetis dediſſe vt Iouem dicerent cæli regnum eſſe ſortitum, quod Olympus ambiguum nomen eſt & montis & cæli. In Olympo autem Iouem habitaſſe docet ſacra hiſtoria, quæ dicit, Eadem tempeſtate Iuppiter in monte Olympo maximam partem vitæ colebat, & eo ad eum in ius veniebant ſi quæ res in controuerſia erant. *Cælicolum rex, deum rex, deum regnator, pater Saturnius, Idæus.* Nam iuxta Idæ montem à Cerere Curetibus nutriendus traditus eſt, author Diod. *Diuum maximus rector, cæligenitor, hominum diuumque æterna poteſtas hominum ſator atque deorum altus, pulcherrimus, Sæuus, rex Aetherius, magnanimus, hominum rerumque repertor, Anxyrus.* Prope Circeios Campaniæ Iuppiter Anxyrus colebatur quaſi ἄνευ ξυροῦ hoc eſt ſine nouacula, quia barbam nunquam raſiſſet, author Seruius. *Ammon,* Bacchus, quo tempore Africam oppugnauit fertur deueniſſe cum exercitu in eum locum, qui propter multitudinem pulueris Ammodes eſt appellatus. Itaque quum in maximum periculum deueniſſet quod iter neceſſario facere videbat, acceſſit eò vt aquæ maxima penuria eſſet, quo facto exercitus ad defectionem maximā venire cogebatur, qui quid agerent dum cogitant, aries quidam fortuito ad milites eorum errans peruenit, quos quum vidiſſet fuga præſidium ſibi parauit.

Milites autem qui eum fuerant conſpicati, & ſipuluere & æſtu preſſi vix progrediebantur, tamen vt prædam ex flamma potentes arietem ſequi cœperunt vſque ad eum locum qui Iouis Ammonis poſtea templo conſtituto eſt appellatus. Quo quum perueniſſent, arietem quem conſecuti fuerant, nuſquam inuenire potuerũt, ſed quod magis his fuerat optandum, aquæ magnam copiam in eo loco nacti ſunt, corporibuſque recuperatis libero ſtatim nuntiauerunt, qua re gauiſus ad eos fines exercitum deduxit, & Iouis Ammonis templum cum arietinis cornibus ſimulacro facto conſtituit: Arietem inter ſidera figurauit, ita vt quum ſol in eius foret ſigno, omnia naſcentia recrearentur, quæ veris tempore fiunt, hac re maximè quòd illius fuga liber recreauit exercitum. Præterea duodecim ſignorum principem voluit eſſe, quòd ille optimus exercitui fuerit ductor. Hæc Hyginus, & ex parte Seruius. Huius templum inter ſeptem orbis mirabilia annumeratum à Libero patre inter Mauritaniæ arenas ædificatum fuit. Meminerunt Plinius, Solinus, Strabo, Quintus Curtius, Herodotus, Virgilius. *Pater humanæ gentis, atque cuſtos, ſupremus, æquus, Dieſpiter*, hoc eſt diei pater, *antiquum Iouis nomen*, vt tradit Varro. *Fulminens, tonans, incolumis, inuictus*. Horat. *Pluuius*. Tibullus. Iouis pluuij templum primum ab Eleenſibus conſtructum eſt. Mopis nanque Eleus oraculi admonitu edoctus ſiccitatem ſedatum iri, ſi nobilis iuuenis Ioui immolaretur; ſeipſum in victimam dedit, ſtatimque ingens imber effuſus eſt. Hæc Lycophronis interpres. Sed & Indi Iouem pluuialem, teſte Strabone, venerantur. Iouis pluuij fit & à Pauſania, & Seneca mentio. *Antiquus, Eleus*, in agro Eleo Iouis olympici curule certamen agebatur vt ſupra retulimus ex Plinio, de quo Strabo in hunc modum latius diſſerit. Eſt in agro Piſano templum ab Elide ſtadiis minus trecentis abſens, ante illud verò lucus agreſti veſtitus olea ſurgit, in quo ſtadium iacet, Alpheus autem alluit ex Arcadia labens, & Tryphyliacum intrans mare inter occaſum & meridiem. Initio quidem ex Olympij Iouis oraculo ingentem ſibi claritatẽ vendicauit, eoque deficiente nihilominus templi fama remanſit. Et quantum ipſi nouimus, adaucta eſt & celebritatis gratia, & ludorum olympicorũ cauſa, quos ſacros & corona illuſtres aliorum omnium maximos arbitrantur, magno illi ornamento fuere tot oblata ex vniuerſa græcia munera. Præcipuum extitit ſo-
lidum

lidum ex auro Iouis ſimulachrum à Cypſelo Corinthiorum tyranno donatum. Ingentior his omnibus Iouis ſtatua fuit quam Athenienſis Phidias Charmini filius fabrefecit ex ebore opus immenſæ magnitudinis, picturæ quoque plurimæ mirabileſque demonſtrantur in templo illius opera. *Tarpeius pater*, à Tarpeio monte, qui & Capitolium, vbi Iouis ædes conſtructa erat, vt ſcribit Varro. *Feretrius*, Prop. Romulus Ceninenſium exercitu fuſo, duce hoſtium occiſo Ceninam vrbem primo impetu cæpit, inde exercitu victore reducta ſpolia ducis hoſtium cæſi ſuſpenſa fabricato ad id aptè ferculo gerens in Capitolium aſcendit, ibique cùm ea ad quercum paſtoribus ſacram depoſuiſſet, ſimul cum dono deſignauit templo Iouis fines, cognomenque addidit Deo, Iupiter Feretri inquit, hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque his regionibus, quas modo animo metatus ſum, dedico, ſedem opimis ſpoliis quæ regibus ducibuſque hoſtium cæſis, me authore ſequentes poſteri ferent. Hæc templi eſt origo quod primum omnium Romæ ſacratum eſt. Hunc autem Iouem Feretrium cui arma Romulus cõſecrauit, ſiue quis velit Tropeuchum vocare, ſiue, vt quidam cenſent Scylophoron, ſiue, quia omnes excellit, omnemque in circuitu comprehendit naturam rerum & motum, Hyperpheretem, non aberrabit à vero. Hæc collegimus ex Dionyſio Halicarnaſſeo, Plutarcho, Liu. Feſtus adiicit, Feretrius Iupiter dictus à ferendo, quod pacem ferre putaretur. Ex cuius templo ſumebant ſceptrum per quod iurarent, & lapidem ſilicẽ, quo fœdus ferirent. *Mundi fabricator, opifex rerum, mundi melioris origo, rex ſuperum, rector Olympi, Summus Deum, pater rectorque deorum, pater optimus, Panomphaus*, epitheton Homeri: ἔνθα πανομφαίῳ Ζηνὶ ῥέεσκον ἀχαιοί. ideo dictus quia ab omni lingua colatur: πᾶν & ὀμφὴ vox. vel quod omnium voces audiat. Suidas, Heſych. Hom. int. *Diuumque hominumque parens, Herceus*, Iupiter Herceus intra cõſeptum domus cuiuſque colebatur, quem & deum penetralem appellabant, nam ἕρκιος & ἕρκος. ſeptum, vallum, Iouis Hercei ſimulacrum habuit Priamus ſub dio in aula regia, ad quod Troia capta confugit, fuitque tribus oculis ſpectabile propterea quod Iupiter cælo terræ, & his quę ſub terra ſunt, mari quoque dominetur, quumque Troianorum pręda diuideretur, Sthenelo Capanei filio ſortito obtigit. Author Pauſa-

Pauſa. Feſtus, Suid. *Cænæus*, à Cænæo promontorio Eubocæ, quæ auulſa Bœotiæ tam modico interfluente Euripo ponte iungitur, vbi Hercules Ioui pro datis ſibi beneficiis gratias agẽs æem diuinam fecit. Plin. Lycoph. interp. Strab. Sunt etiam Cænę vrbs circa ſinum Laconicum, vnde Cænites portus. Ptolem. author, Pauſanias quoque Cæna, inquit, ad Tænarum montem fuit, Tænaron antè vocitata, meminit & Strabo. *Capitolinus, inuictus, rex mundi, Elicius*, Pontificem Numa rex Martium Marci filium ex patribus legit, eique ſacra omnia exſcripta exſignataque attribuit, quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quę templa ſacra fierẽt, atque vnde in eo ſumptus pecunia erogaretur, cæteraque omnia publica priuataque ſacra põtificiis ſcitis ſubiecit, vt eſſet quo conſultum plebs veniret, ne quid diuini iuris, negligendo patrios ritus, peregrinoſque aſciſcendo; turbaretur. Nec cœleſtes modo cæremonias, ſed iuſta quoque funebria, placandoſque manes vt idem Pontifex edoceret, quæque prodigia fulminibus, alioúe quouis modo miſſa ſuſciperẽtur atque curarentur, ad ea elicienda è mentibus diuinis, Ioui Elicio arã in Auentino dicauit, deumque conſuluit auguriis quæ ſuſcipienda eſſent. Authores Liu & Varro. *Lybicus corniger*. Ouid. Ex Phæſio poeta in Lacedæmonicis.

ζεὺς λιβύης ἄμμων κερατεφόρε κέκλυθι μάντι.

IVRA, *arcta*. Lucr. *Ferrea*, Virg. *rigida*, Ouid.

IVRGIA, *inſana*. Ouid.

IVSTITIA, *potens, ſalubris*, Horat.

IVTVRNA Dauni regis filia, Turni ſoror, Iani vxor, cui Iupiter pro erepta virginitate dedit vt ſtagniş fluminibuſque præeſſet, vt oſtendunt Virg. & Arnob. *Turni ſoror, Nympha deum fluuiorum*, propter id quod ait Varro, Nympha Iuturna quæ iuuaret, itaque multi ægroti propter id nomen hinc aquam petere ſolent à fontibus & fluminibus ac cæteris aquis. *Dea Daunia*. Virgilius.

IVVENTA ætas, *valens, florida ætas* Catull. *ætas mobilis, purpurea, viridis*. Virgil. *Dulcis, lenis, ætas ferox, imbellis, docilis*, Horat. *Gnaua* Ouid.

IVVENTVS, pro multitudine iuuenum. *Læta, pubes indomita, effera*. Virg. *proterua, feruida* Hor. *ferox*. Proper.

IVVENTAS dea, *parum comis, ſine Venere*. Hor.

IVVENES, *feruidi*. Horat. *valentes*. Ouid.

IVVENCI, *validi, fortes.* Virg. *Duri, torui, laboriferi, indomiti*, Ouidius.

IVVENCAE, *auidæ.* Virg. *Cornigeræ*, Ouid.

IXION Aethonis ex Melete Amythoni filius. Hic, vt tradunt, dona plurima Deioneo, qui & Eionius, pollicitus deſpondit eius filiam Diam, ex qua genuit Pirithoum. Verũ quum Ixiõ nequaquam promiſſa vxori tradidiſſet, Deioneus pro iis equos illius cæpit. Tunc Ixion pollicitus ſe quæ promiſerat daturum, accerſitum ad ſe Deioneum in foueam ardentem cõniecit, quã crudelitate cum nullus eam cædem purgare vellet, ab Ioue (vt fabulæ tradũt) demum purificatus, Iunonem ſtupri interpellare auſus eſt, qua re cognita Iupiter, nubem in forma Iunonis cum interpoſuiſſet, Ixion eo concubitu Centaurũm genuit. Traduns tandem Ixionem ſcelerum magnitudine ab Ioue rotæ ferreæ alligatum perpetua poſt obitum torqueri cruciatus pœna. Hunc nonnulli brachiis vinctis Engonaſin ſidus eſſe dixerunt, quod vim Iunoni voluerit afferre. Authores Pherecydes, Diodorus, Pindarus, Hyginus, Tzetzes, Suidas, Homeri interpres. *Iunonem tentare auſus*. Tibull. *Audax*. Ouid.

L.

LABICI Italiæ populi, viæ Labicanæ propinqui, & eorũ oppidum Labici, ſiue Labicum, vetuſtum ſanè & in ſublimi ſitum. Cæterum Glaucus Minois filius venit ad Italiã, & quum ſibi imperium poſceret nec acciperet, ideo quod nihil præſtabat ſicut eius pater præſtiterat, Zonam eius tranſmittendo cum ante hac diſiuncti eſſent, oſtendit ſcutum militare, à quo & ipſe Labicus dictus eſt, & ex eo populi, ἀπὸ τῆς λάβης quam Latine anſam vocamus. Cum iis ſæpe Pop. Rom. bella geſſit, Strabo, Liuius, Seruius. *Picti ſcuta.* Virgilius. Hoc eſt in Bello frequenter probati. Nam apud maiores virorum fortium picta erant ſcuta, contra inertium ac tyronum pura erant, inde eſt, parmaque inglorius alba, id eſt non picta, author Seru.

LABOR, *durus*, Lucretius. *Improbus, grauis, terribilis viſu*, Virgilius.

LABRA, *labia, labella, roſea, micantia.* Catull. *Tenera.* Virgilius. *purpurea*, Ouidius.

LABRVSCA, *ſilueſtris*, Virg.

LABYRINTHVS portentoſiſſimum humani ingenij

opus;ſed non vt exiſtimari poſſit falſum. Labyrinthi quatuor inſignes commemorantur, Aegyptius quem Meris, ſiue Meron Aegypti rex in ſepulchrum ſibi conſtruxit. Rem mirandã profecto, non tantum operis magnitudine quantum arte ad imitandum difficili. Nam ingredientib. haud facile regreſſus datur niſi duce itineris experto. Alter Creticus, quem Dædalũ ad exemplar Aegyptij Labyrinthi in Creta Minoi conſtruxiſſe ferunt, in quo fabulantur extitiſſe Minotaurum, ſed Cretenſis Labyrinthus defecit ſiue opera hominum, ſiue tempore corruptus, Aegyptius verò vſque ad Auguſti Cæſaris tempora integer manſit. Tertius Lemnius ſimilis illis, Columnis tamen centum quinquaginta memorabilior fuit, quarum in officina turbines ita librati pependerunt, vt puero circumagente tornarentur. Quartus Italicus quem fecit ſibi Porſena rex Etruriæ ſepulcri cauſa, ſimul vt & externorum regum vanitas quoque ab Italia ſuperaretur. Ex Diodoro. & Plinio. *Inobſeruabilis error.* Catul. *Indeprehenſus, & irremeabilis error, inextricabilis error.* Virgil, Varro quoque Labyrinthum inextricabilem vocat. *Via torta.* Propertius. *Domus multiplex, cæca tecta, tectum recurnum, domus cæca.* Ouidius.

LAC, *humor Lacteus, candens, dulce.* Lucret. *Niueum,* Virg.

LACERTA, *viridis,* Horat. *Stellata,* Ouid.

LACERTVS, *viridis. pictus.* Virgilius.

LACERTI, *validi,* Lucret. *Niuei,* Virg. *Cãdentes.* Tibull.

LACEDAEMON, ciuitas clariſſima Laonicæ regionis, antea Sparta, à Sparto Phoronei filio qui eam condidit nuncupata, vt alij à Sparta Eurotæ amnis filia, demum Lacedæmone rege, Strabo, Stephanus, Pauſanias, Euſebius. Homerus tamen Lacedæmonẽ à Sparta diſtinguit, vel quia, vt ait interpres, Lacedæmon ſit regio ipſa, Sparto verò ciuitas, vel quia, vt alijs placet, eiuſdẽ vrbis pars Lacedæmõ, pars altera Sparta dicitur. *Patiens.* Horat. Lycurgi leges, inquit Cicero, laboribus erudiũt iuuentutẽ venando, currẽdo, eſuriẽdo, ſitiẽdo, algẽdo, æſtuando, Spartæ verò pueri ad aram ſic verberibus accipiuntur, vt multus è viſceribus ſanguis exeat, nonnunquam etiam, vt cũ ibi eſſem audiebam, ad necem, quorũ non modo nemo exclamauit vnquam, ſed ne ingemuit quidem. Meminit & Iuſtinus. *Immunita,* quia, vt ait Homeri interpres, vndique à Taygeto monte continetur, propter quod & abſque muris eam habitarunt.

runt, & Ageſilaus apud Plutarchum, percunctante quodã quare Sparta careret muris, oſtẽſis armatis ciuibus, hi ſunt, inquit, Lacedæmoniorum muri. Apud eundem cuidam reſpondit Cleomedes, quod ſi mœnia felices ciuitates efficiunt, infeliciſſimam eſſe Spartam neceſſe erat, cum nullis ſit ſepta mœnibus, eandem cauſam repetit & Tzetzes. *Clara*, Ouid.

LACRIMAE, *falſe, rorantes*. Lucret. *Triſtes, repentes*. Tibul. *Mites, piæ, mœſtæ, cadentes, rigantes ora*, Ouid.

LACVNA, *vaſta*, Lucret. *Caua*, Virg.

LACVS, *Limoſi, viui, liquidi, alti*. Virg. *Patuli, gelidi*, Ouid.

LADON Arcadiæ fluuius ex Clitoria defluens, nulli Græcorum aut Barbarorum amni nitore cedens, Pauſanias, Strabo, Plinius. *Harenoſus, placitus, ciuus, rapax*. Ouid.

LAERTES Arceſij filius, Vlyſſis pater, Arceſius verò ex Cephalo & Arcto, hoc eſt Vrſa quæ Cephalo grauida in hominem poſtmodũ mutata eſt, Ariſtoteles de rep. Ithacenſium, & Homerus. *Penelopes Socer*. Ouid.

LAESTRIGONES immanes quidam viri qui vicina Aetnæ loca, Formianumque ſeceſſum amœniſſimum tenuerunt, Homerus, Strabo, Plin. Hi primi Siciliam habitarunt vt prodit Stephanus. *Inculti*, Tibull.

LAIS, formoſiſſima meretrix, in Corintho Epimandria arte, quæ Hiccaris Siciliæ vrbe, è Caria profecta Corinthũ aduenit, ipſa quoque nobilis meretrix. Plura apud Ariſtophanis interpretem, & Athenæum & Steph. & Pauſaniam leges. *Ephyrea*. Propertius.

LAMPAS, *ignifera, roſea*, Lucret. *Ardens*, Virgil. *Pinguis, coruſca*, Ouidius.

LAMPETIE Phaethontis ſoror, *candida*, Ouid.

LAMPSACVS, & Lampſacum vrbs Helleſponti Aſiæ contributa, antea Pityuſa dicta ob maximam Pinorum copiã, prius Laomedontea dicta, Lampſacus verò à Lampſace indigete puella, ſub Priapi tutela ad mare ſita, quæ portum optimum habet, Stephanus, Strabo, Athenæus, Pauſan. Plinius. *Ruricola tuta deo*, Ouidius.

LAMVS, Neptuni filius, qui ante Troiana tempora Formianum ſeceſſum tenuit, vt ſcribit Homerus, eiuſque Inter. & Silius. *Vetuſtus*. Horatius. *Leſtrigon*. Ouid.

LANA, *mollis*, Catull. *Bibula*, Ouidius.

LANCES, *pandæ*. Virg. *celatæ*, Ouid.

LANVGO, *mollis*, Lucr. *tenera*. Virg. eo verſu:

Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala.

quo loco de lanatis pomis intelligere videtur. de quib. ita apud Pli. cum de diuerſis malorum generibus agit. Tuberum duo genera, candidum, & à colore ſericum dictum pene peregrina ſunt, & in vno Italiæ agro Veronenſi naſcentia, quæ lanata appellantur, lanugo ea obducit.

LANVINVS, à Lanuuio Italiæ oppido Romanorum ciuitate in Appiæ viæ dextera ſuper Ariciam vrbem, quod Diomedes exilio aduectus condidit. Strab. Appian. *acer*, Catul.

LAODAMIA Acaſti filia, quæ cum Proteſilaus maritus cũ quadraginta nauibus ad Troiã nauigaret comes ire voluit, ſed tamen relicta eſt in Phylace patria lacerans ſe & furens præ dolore. author Homerus. Traditum eſt eam præ nimio amore imaginem æream mariti habuiſſe, qua cum rem haberet, Laodamiæ patrem ne illa diutius lacrimis torqueretur, iuſſiſſe ſignum pyra facta comburi, quo ſe Laodamia doloris impatiens immiſit, atque vſta eſt. Alij gladio vitam finiſſe volunt. Non deſunt qui dicant Proteſilaum Proſerpinæ precibus à Plutone domum remiſſum, quod & Propertius tangit, cum ait:

Illic Phylacides iucundæ coniugis heros
Non potuit cæcis immemor eſſe locis.
Sed cupidus falſis attingere gaudia palmis,
Theſſalis antiquam venerat vmbra domum.

Authores Euſtath. Tzetzes, & Hygin. Fuit & altera Laodamia Bellerophontis ex Caſſandra filia, ex qua Iupiter Sarpedonem genuit, vt ait Home. Tertia quoque Oreſtis nutrix apud Pherecydem, quam Pindarus Aerſinoen vocat, cuius filium Aegyptus pro Oreſte interemit. Legimus & quartã Philippi & Olympiadis filiam apud Iuſtin. quæ cum ad arã Dianæ confugiſſet concurſu populi interfecta eſt. *Pulcherrima*. Catull. *iucunda coniux*. Prop. *Aemonis, coniux Phylaceia*. Ouid. ſiue à Phylace Theſſaliæ vrbe prope Phthioticas Thebas, quæ ſub Proteſilai imperio fuit vt ſcribit Strab ſiue à Phylaco Proteſilai paterno auo, vt oſtendit Homer.

LAOMEDON Ili filius, Troianorũ rex, de quo copioſè apud Diod. *Fraudulentus*. Hor. Hercules cum Heſionẽ Laomedontis filiam belluæ expoſitam liberaſſet, donis quibus à Laomedonte

medonte honorificè cumulatus fuerat, equiſque inuictis, quos in præmium ereptæ filiæ acceperat, ipſaq; Heſione penes Laomedontem quoad reuerteretur ex Colcho relictis, ad deſtinatū certamen profectus eſt. Poſtmodum Argonautis ad Troiā delatis Hercules fratrem Iphiclum, ac Telamonem ad ciuitatem equos, Heſionenque iuxta promiſſa poſtulatū miſit, Laomedon oratores in carcerē truſit, reliquos Argonautas per inſidias occidere voluit. Cuius rei omnes præter Priamum filij adiutores fuere, qui duos enſes in carcerem ad Telamonem, Iphiclumqve detulit patris voluntate expoſita, illi cuſtodibus interfectis ad mare fugientes expoſito ſociis Laomedontis conſilio, vnacum eis regi, qui cum militibus ex vrbe prodierat, occurrerunt. Acri certamine commiſſo cum Argonautæ ſuperiores eſſent, ferunt Herculem præ cæteris fortiter pugnantem, & occidiſſe Laomedontem, & primo impetu vrbe capta in regis inſidiarū cōſcios animaduertiſſe. Deinde Priamo vt viro iuſto amicoq; regno tradito cū reliquis Argonautis diſceſſiſſe. Nōnulli ex antiquis tradunt poetis ab Hercule nō cū Argonautis ſed ſolo cum nauib. ſex equorum gratia profecto Troiā deletā. Quod ſcribit Hom. Herculē equorū Laomedontis gratia ſex nauibus & viris paucis ciuitatem abs ſe expugnatam cępiſſe. Hęc ex Diod. Alias quoq. Neptuno & Apollini pactā mercedē negauit. Hom. *Idæus*, Oui.

LAPATHVM herba, Romani Rumicem dicunt, cuius plura ſunt genera, inter ea Oxylapathon, quaſi acuta rumex dicitur, paluſtribus locis naſcēs, duris, & in cacumine acutis foliis. Eſt præter hanc Hortenſis rumex priori omnino diſſimilis. Eſt & tertia agreſtis, breuis, plantagini ſimilis, mollis, & in terra iacens. Quarta poſtremo eſt, quam quidam ab aciditate ſaporis oxalida vocant. Cuius folia tertio generi, i. agreſti breuique & plantagini ſimili ſimilia ſunt. Pli. Dioſcor. *prata amans*. Horat.

LAPIS qui Harenarius vocatur, ab amne aut faucibus torrentis petitus, rotundus, minutuſque, qui arboribus ſubiectus refrigerat, & aquam tranſmittit, & locum radicibus peruium præſtat, author Theophraſt. *bibulus*, Virg.

LAPPA herba, quam Græci Xanthion vocant. Sunt qui Phaſganion, qui Antitheſion, qui Caſchanon, qui Chæra deolaihron vocent. Sunt etiam qui hanc Aparinen. Naſcitur pinguibus locis, & ſiccatis æſtate paludibus, cubitalem habet caulem, pinguem, anguloſum, & ex eo prodeuntia alarum

caua multa, Atriplici folia inæqualia inciſuris diuiſa, Naſturcij odore, fructum rotundum, grandi oliuæ æqualem, aculeatum, figura pilularum Platani, tenaci contactu hærentem veſtibus. Plin. Dioſcor. *Tenax*, Virg.

LAPSVS, *celer*, Lucret.

LAPITHAE, Theſſaliæ populi, à Lapitho Apollinis, ſiue Stilbæ ex Creuſa filio, Centauri fratre, à quo Centauri dicti, qui locis circa Peneum fluuium ad habitandum lectis cum ibi imperaret filios Phorbantem, ac Periphantem regni hæredes reliquit. Lapitharum ſedes fuere Theſſaliæ montes Pindus & Othrys ad occaſum vergentes. Authores Diodor. Stepha. Plin. Apollon. int. *Pelethronij*. vel à Pelethronio qui frenos & ſtrata equorum dicitur inueniſſe, vt ait Plin. vel à Pelethronio oppido Theſſaliæ Pelio monti ſubiecto, autho. Prob. & Seruio, vnde & Chiron Pelethronius dictus eſt à poetis græcis, quod in Pelethronio educatus ſit, author Heſychius. *Gens immanis*, Virgil. *Seui, feri, ſyluestres*. Ouid.

LAQVEVS, *validus*, Prop.

LARDVM, *pingue*, Horat.

LARISSA, Theſſaliæ vrbs ab Acriſio condita, & Arinna antea nominata, cui nomē dedit Lariſſa Pelaſgi filia: Lariſſa quoque Oſſa locus eſt, eſt & Lariſſa quæ Cremaſtæ ſiue Pelaſgia dicitur. Eſt & alia in Creta ciuitas quæ hodie quoque Hierapigiæ confinis habitatur, à qua ſubiectus campus Lariſſius vocatur. In eadem quoque Lariſſam vrbem in confinibus eſſe Theopompus ſcriptis teſtatur. Et in Aſia Lariſſa Phriconis eſt iuxta Cymam & ad Troiadis Hamaxitum, eſt & Epheſia Lariſſa. & in Syria, Mitylenæ ac ſtadia quinquaginta Lariſſææ petræ ſunt ad Methymnam via, in agro quoque Attico Lariſſa eſt. Trallibus quoque vicus eſt longe diſtans triginta ſtadia ſupra oppidum ad Cayſtri campum, qua per mediterraneam itur ad Iſodromes matris templum, forſitan autem & Lariſſius Iupiter hinc cognomē aſſumpſit: ad ſiniſtras quoque Ponti ripas pagus eſt Lariſſa nomine extremis Hæmi finitimus. Ex author. Strabo, Steph. Apol. & Lycoph. int. *Opima*, Hor.

LARIVS lacus Italiæ iuxta Comum vrbem, longitudinis ferè ſtadiorum 300. latitudinis 30. Aduam amnem recipit, Ticinum emittit. Strabo, Plin. *Maximus*, Virg.

LASCIVIA, *læta*, Lucret.

LATE-

LATEBRAE, *caſæ*. Lucret. *cauæ*, *caue*. Virg.

LATINVS Aboriginum rex, Fauco & Circe natus. author. Heſiod. Virgil. & Seruio. Dionyſius Halicarnaſſ. de hac re ita diſſerit: Propter hæc igitur maximum in Italia nomen Herculis gloriaque extitit non tranſitus gratia. Dicunt autem quidam eum quoque filios in iis locis quæ nunc Romani incolunt ex duabus vxoribus reliquiſſe, Pallantem quidem ex Euandri filia, cui nomen dicunt fuiſſe *Lauinam*, *Latinũ* verò ex Hyperboride puella quadam, quam dante patre obſidem extulit, ſeruauitque ad quoddam tempus caſtam. Sed cum deinde nauigaſſet in Italiam, adamatam impleuit, traiecturuſque iam Argos Fauno collocauit Aboriginum regi, quæ cauſa multis opinandi fuit non Herculis filium Latinum fuiſſe, ſed Fauni. cæterum Pallantem dicunt priuſquam adoleuiſſet deceſſiſſe, Virumque factum *Latinũ* Aboriginum imperium ſuſcepiſſe, quò ſine filiis mortuo in pugna aduerſus Rutulos, trãſiiſſe imperium in Aeneam Anchiſæ filium generum ei factũ. *Iuſtinus* verò in hunc modum ſcribit: Ex filia Fauni & Hercule, qui eodem tempore extincto Geryone armenta victoriæ præmia per Italiam ducebat, ſtupro cõceptus Latinus procreatur. Quo tenente regnum Aeneas ab Ilio Troia à Græcis expugnata in Italiã venit. Præterea *Latinus* rex quod prælio quod ei fuit aduerſus Mezentiũ Ceritum regem nuſquam apparuerit iudicatus eſt. Iupiter factus Latialis, autho. Feſtus. Galatas ſcriptum reliquit, cũ poſt obitum Aeneæ imperium Italiæ perueniſſet ad *Latinum* Telemachi Circeſque filium, iſque ex Roma ſuſcepiſſet filium Remum Romulumque vrbi conditæ in Palatio cauſam fuiſſe appellandæ. Illud minimè ſilentio prætermittẽdum quod apud Conſtantinum Cæſarem legimus *Latinum* regem, dum arcem extrueret ante Aeneæ aduentum laurum reperiſſe, atque inde palatium Daphnem denominatum fuiſſe, huius lauri meminit Virg. lib. 7. *longæuus, Laurens, prædiues, bonus rex*. Virg. *Faunigena, iuſtus*, Ouid.

LATINI populi in Latio, Salluſtius prodit primo Italiã tenuiſſe quoſdam qui appellabãtur Aborigines, hos poſtea aduentu Aeneæ Phrygiis iunctos *Latinos* vno nomine nũcupatos. Itemque Strab. perhibet denuo conſerentibus pugnã Rutulis *Latinum* cecidiſſe. Aeneam re feliciter geſta imperium adeptum ſuos etiam *Latinos* appellaſſe. *Latinoſque* cũ à prin-

 cipio

cipio pauci eſſent, nec Romano ſubeſſent imperio, poſtea virtutis admiratione obſtupefactos, & Romulo & cæteris regibus ſubiectos fuiſſe omnes, fuſiſque Aequis, & Volſcis, & Hernicis, priuſque Rutilis, & Aboriginibus, inſuper & Rhætis, & Argyruſcis, & Priuernatibus cuncta horum plaga Latina vocitata eſt. *Fortes, Saturni gens, Laurentes*, à Laurento latij oppido, quod plurimum potuit. Nam omnia vicina loca eius imperio ſubiacuerunt, & ſecundum antiquum ſitum ante Albam & Romam Thybcris Laurentini fuit territorij. Author Seruius.

LATONA Coeo & Phœbe Cœli Terræque filiis nata, Homerus, Heſiod. *Titanis*, Cœli Terræque filij decem & ſeptem communi nomine omnes à matre Titanas Cœlus appellauit. Titea nãque Cœli vxor prudentia prædita quum plurimũ mortalibus profuiſſet; ab eis poſt obitum vt dea coli cœpta eſt, Terræque cognomen adepta. Author Diod. *Coeo genita*, & ab Apollonio Rhodio λητῳχογενεια dicitur. *Gemellipara* dea, propter Apollinem & Dianam, *Magna filia Coei*, Ouid.

LATRATVS, *clarus*, Ouidius.

LATRO, *infeſtus*, Horatius.

LATVS, *niueum*, Virgilius.

LAVRVS arbor, quam Græci Daphnen vocant, laurus quædam tenuiore, quædam latiore folio eſt, Dioſc. lauri genera, vt ait Plin. alij alia tradiderunt. Cato Cypriã & Delphicam, Cypriam eſſe folio breui, nigro propter margines himbricato, criſpã, Delphicã æquali colore viridiorem maximis baccis atque è viridi rubentibus. Hac victores Delphis coronari, & triumphantes Romæ. Delphicam Aelianus à Theſſalia tranſlatã Delphos ab ipſis Tempe ſcribit, tum quum Pythius Apollo Draconẽ ſagittis interfecit. Hanc Lactantius Placidus etiam Tripodem vocari dicit, quoniã radices ternas habeat. Apollini dicata eſt propter vim triplicem diuinationis, præteritorum, futurorum, præſentium, laurum quippe vaticam appellat Dionyſius Halicarnaſſeus, & Aphthonius diuinationis ſymbolum eſſe laurum teſtatur, lauro quoque veſcentes Apollinis afflatu repleri cecinerunt Sophocles, Lycophron, Ariſtoph. Callimachus, Tibullus, Iuuenalis. *Delphica*, Lucret. *Procera*. Catull. *Victrix*, Romanis, inquit Pli, præcipuæ lætitiæ victoriarumque nuntia, additur lituis & militum lanceis, piliſque. *Fragilis, Parnaſia*, laurus ſpectatiſſima in monte Parnaſſo, ideoque etiam grata Apol-

lini;

lini, Pli. *Sacra*, ſuperius ex Pli. Diodoróque oſtendimus laurum Apollini ſacrã, quia ſemper viret. *Viridis, viridans, odorata*. Virg. *Delia folia*. Hor. ab Apolline Delio. *Triumphalis*. Sterilem laurũ Triumphalem dicunt, eaque triumphantes vti, à Diuo Auguſto reiecta Delphica, Sterilem & laurum eam eſſe perhibent quæ ei miſſa eſt à Cœlo, minima altitudine, folio criſpo ac breui quæ inuenitur rara, Plinius. *Caſta*, Tibull. quantum ad Daphnem, quæ vt caſtitate frueretur in laurum verſa euiruit. *Caſtalia*. Propert. quia Caſtalia fons & Parnaſſo & Delphis proximus eſt, vt Strabo hiſce verbis oſtendit. Dictum eſt, vt Parnaſſus vſque ad occiduos Phocidis montes locatus ſit, eius latus in Occaſum proſpectans locri, & Ozolæ poſſidebt, Auſtrale vero Delphi. Locus ſanè ſaxoſus, ſpectaculi formam habens, in eius cacumine templum ſurgit & oppidum, in circuitu ſtadia ſex ac decem complectens, ſupra illud Lycoria ſita eſt, quo in loco antiquitus Delphi ſupra templum conſiſtebant. Hoc autem tempore circa ipſum affines Caſtaliæ fontis ſua locarunt domicilia. *Innuba, Parnaßis, nitida, frons triumphalis, Apollinea, frons Actiaca*, ab excellentiſſima Cæſaris victoria quam apud Actium ope Apollinis contra Cleopatram adeptus eſt. Cæterum Cæſar Triumphans laurum in manu tenuit, Coronamque in capite geſſit: ac deinde Imperatores Cæſares cuncti, auth. Plin. *Virgo Phœbea*, Ouidius,

LAVREA, *Apollinaris*, Horat.

LAVS, *blanda, inſignis*, Virg.

LAVSVS Mezentij filius, Liuio, Virgilio. *Pulcher, equum domitor, debellatorque ferarum*, Virgilius.

LEANDER Abydenus, qui ad Hero noctu ire conſueuerat per fretum Helleſponticum quod Seſton & Abydon ciuitates interfluit. Quum igitur iuuenis oppreſſi tempeſtate cadauer ad puellam delatum fuiſſet illa ſe è turri præcipitauit, Muſæus, Ouid. Philoſtratus, Mela, Seruius. *Iuuenis cæcus*, Virg. *Abydenus, Abydenus*, Ouidius.

LEBETES, *Dodonæi*, Virg. hoc eſt ærei, Suidas namq; retulit Oraculum Iouis quod olim erat in Dodona, lebetibus æreis vndique cinctũ fuiſſe, ita vt inuicem ſeſe contingerent. Itaque neceſſum erat fieri vt vno quopiam pulſato, viciſſim & omnes reſonarent; ſonitu per contactum ab aliis ad alios ſuccedente. Durabatque in longum tempus tinnitus ille, videlicet in orbem

redeunte ſono. Putatque Paræ niam Dodonæum Cymbalum, aut tintinabulum, dictam in ſordidos, & quantumuis puſilla de re querulos. *curui.* Ouid.

LECTUS, *torus, grabatum. Stratus, mollis.* Lucret. *Stratus, altus;* Virgil. *Eburnus, genialis.* Horat. *Teres.* Ouid.

LEDA, Aetolia Theſpio Martis & Androcides filio nata, vt Hellanicus, Eumelus in Corinthiacis Glauco Siſyphi filio & Pantidyia genitam aſſerit. Refert enim Glaucum amiſſis equis Lacedæmona profectum, ibique cum Pantidyia rem habuiſſe, eam deinde prægnantem Theſpio nupſiſſe. Deinde *Ledam* falſo Theſpij creditam procreauiſſe Pherecydes verò ex *Laophonte* Pleuronis filia & Theſpio prognatas tradit *Ledam* & *Althæã.* Ex *Leda* Tyndareus ſuſcepit Phœben, Clytæmneſtram, Timandram, Helenam vt author eſt Euripides, eiuſque Int. *Pulchra, fœcunda,* Ouid.

LEAENA, & lea, *torua,* Virg. *Getula,* Horat. In Europa inter Acheloum tantum, & Neſtum amnes Leones eſſe, ſed longe viribus præſtantiores iis quos Africa, aut Syria gignit tradit Ariſtoteles. Itemque Plin. inquit, Africa hæc maximè ſpectat, inopia aquarum ad paucos amnes congregantibus ſe feris. Ideo multiformes ibi animalium partus, variè fœminis cuiuſque generis mares, aut vi aut voluptate miſcente: vnde etiam vulgare Græciæ dictum. Semper aliquid noui Africam afferre, *Fulua,* Tibul. *Hirſuta.* Quidius.

LEGES *validæ, æquæ,* Lucret. *Verboſæ,* Ouidius. Cæterum Minos Cretenſibus leges dedit. Charondas Italis, Siculiſque, Zaleucus Locrenſibus, lycurgus Lacedæmoniis. Fuerunt & alii legumlatores, Apis Argiuorum, Mneſon Phocenſium, Demonax Cyrenſium, Pagondas Achæorum, Archias Gnidiorum, Eudoxus Mileſiorum, Philolaus Thebanorum, Zarades Perſarũ, Pittacus Mytilenenſium, Neſtor Pyliorum, Moſes Hebræorum, vt refert Theodoretus.

LELEGES, populi Aſiæ, quos quidam Cares eſſe exiſtimauerunt. ſed Homerus diuidit. Alij lelegas Cariæ finitimos arbitrantur atque commilitones, quo circa in Mileſiorum agro habitationes quædam *Lelegum* nominantur, frequentibuſque in locis Cariæ & ſepulchra lelegum & munimenta monſtrantur quæ lelegia appellãtur. Hi primi à Theſſalia profecti Helleſpontum habitauerunt, *Locri* quoque Epicnemidij in Bœotia, cognominati

nominati olim Leleges appellati ſunt, per quos Cephiſus amnis in mare defertur, Strabo, Interp. Homeri, Plin. *Armiferi*, Ouid.

LEMNOS, inſula Aegæi maris contra Thraciam, quę Vulcanum præcipuo cultu proſequebatur, in quam è cœlo deturbatus à Ioue decidit, vt Homerus, & Valer. Flaccus canunt. Hæc autem fabula ab hiſtoria compoſita eſt. Nam illic ignis primum repertus traditur, & arma fabricata. Author Hellanicus. Vrbes in ea duæ fuerunt inſignes, Hephæſtia, Myrinaque, Lemni nomen à cultu Matris Idææ cæpit, quam incolę Lemnum vocant, cui deæ puellæ pro victimis mactabantur, vt ſcribit Hecatæus. Aethalia prius appellabatur, quod hiatus habebat per quos eructatus ignis vaporabat, vt apud Polybium legimus. Eam primi Thraces habitarunt, qui Sinties, & Sapei dicti ſunt. Strabo, Stephanus, Homeri interpres. *Vulcania, tellus Hypſipylea*, Ouidius. Rhadamanthus namque Thoanti filio Hypſipiles patri Lemnon dedit, author Diodorus.

LEMVRES, *larua, nocturna*. autho. Nonio. *nocturni*, Hor.

LENS legumen quod Nouembri ſeritur, amat ſolum tenue magis quam pingue, cælum vtique ſiccum. Duo genera eius in Aegypto, alterum rotundius nigriuſque, alterum ſua figura, vnde vario vſu tranſlatum eſt in lenticulas nomen. author Pli. *Peluſiaca*, Virgil. à Peluſio oppido intra decurſus Nili, quod Peluſiaco Nili hoſtio nomen dedit, Herodotus, Plin. Strabo.

LENIMEN, *dulce*, Horatius.

LENA, *callida*, Tibull. *improba*, Ouid.

LENO. *Inſidioſus*, Horat. *Auarus*. Ouid.

LEONES, *violenti, ſæui, acres, fului*. Lucret. *Cæſij*, Catull. Cæſium dixere veteres Latini, vt Gellius [illegible], quaſi Cælium de colore cæli. *Magni, Pœni, villoſi, vaſti, getuli, horrentes, Phrygij*, Virg. propter Cybelen quæ in Phrygia colitur, cui Leones ideo attribuuntur, quia, vt ait Diuus Auguſtinus, nullum genus terræ tam remotum ac vehementer ferum eſt, quod non ſubiici colique conueniat, Diod. ait, Cybelen quum fuiſſet expoſita, ab Leonib. & Pardis enutrita, & ideo Leones ei attribui. Lucr.

Adiunxere feras, quod quamuis effera proles
Officiis debet molliri victa parentum. hinc & Virgil.
Et iuncti currum dominæ ſubiere Leones.

Vbi Seruius dicit, Idcirco Leones ei ſubiungi, aut oſtendat maternam pietatem omnia poſſe ſuperare, quo loco etiam Atlante & Hip-

& Hippomenis fabulam refert, quos Cybele in leones conuertit, & ſuo curtui ſummiſit. *inſani, aſperi;* Horat. *hirſuti, iracundi, auidi genus acre, magnanimi,* Ouid.

LEO ſidus, Hic dicitur à Ioue inter ſidera conſtitutus, quod omnium ferarum princeps eſſe exiſtimatur. Nonnulli etiam hoc amplius dicunt quod Herculis prima fuerit hæc certatio, & quod eum inermis interfecit. De eo & Piſander, & complures alij ſcripſerunt, cuius ſimulacrum proximũ eſt Virgini. Sunt aliæ 7. ſtellæ ad caudam leonis in triãgulo collocatæ, quas Crines Berenices eſſe Conõ Samius mathematicus, & Callim. dicit. Cum 6. Idus Auguſti exoritur æſtus eſt intolerabilis, nebuloſus aer cum Orionis exoritur medium, Hygin. Ptolemeus. *Veſanus,* Horat. *animoſus.* Propert. *violentus, moles Nemeæa.* leo hic vaſtus & immanis fuit, & qui armis domari non poterat, Hercules obſeruato ſpeluncæ aditu egredientem comprehendit & ſtrangulauit. author Diodorus. Atque è cœlo à lunæ corpore lapſus eſt, vt ſcribit Arati int. in montem prope Nemeam quem Callimachus atque Pindarus ab ipſius feræ caſu Apeſanta vocãnt. Nam Pythagoras, eiuſque familiæ philoſophi, domos agros, ſyluas, ſaltuſque gerere lunam dicunt, & in iis quindecies maiora quàm quæ naſcuntur apud nos animalia. Ideoque orbe medio lunã maculoſo plerumque cerni. Verſabatur autem inter Mycenas, ac Nemeam ſiluam, circa montem quem ab effectu græci nominis Treton dixerunt, hoc eſt perfoſſum. author. Diod Plutarc. vero refert, Iunonem vt facilius ab Hercule pœnas ſumeret lunam ſibi in partem operis aduocaſſe, lunam ciſtulam ſpumã impleuiſſe, ex qua maximus leo natus ſit, quem quum Iris zona ſua conſtrictum è cœlo in Opheltium montem deportaſſet, paſtorem quendam Apeſantum nomine occidit, vnde poſtea mons ille Apeſantus dictus eſt. Idem leo Bembinites à Panyaſi dicitur, à Bembio vrbe Nemeæ, cuius & Hellanicus meminit, ſed alij Bembinam nominãt. Strab. *peſtis Nemeæa, Herculeus,* Ouid.

LEPOS. *muſeum,* Lucret.

LEPVS. *auritus.* Lucr. *pauidus,* Horat. *Mollis,* Propert. *pronus, ſollicitus,* Ouid.

LERNA, palus ſiue lacus Argiuorum, & Mycenæorum agro communis, in quem quum paſſim ab omnibus purgamẽta deportarentur, vulgo natum prouerbium, lerna malorum. In

hoc

hoc lacu poetæ fingunt Hydram illam ſeptem capitum conſtitiſſe, quam Hercules igni confecit. author Strabo. Zenodotus ait, locum quempiam fuiſſe in Argolica, in quem quum omne ſordium genus promiſcue proijcerent, fœtidas inde ac peſtilentes nebulas ſolitas exhalari, quanquam rectius autumat vt adagium ad Danaidum fabulam referatur. Nam ferunt Danaum quinquaginta iuuenes Aegypti filios quibus totidem filias ſuas collocarat omnes eadem nocte trucidaſſe, atque horum capita in eum locum fuiſſe congeſta. *piſcoſa*, Virg.

LESBOS inſula in Aegæo mari, quæ æqualiter diſtat à Tenedo, Lemno, & Chio, intra 50 fere ſtadia, circum quã etiam inſulæ quædam iacent aliæ, exterius, aliæ inter eam atque continentem, à Macare Crinaci filio condita, vnde Macaria dicta eſt. In ea ſunt vrbes 5. Antiſſa, Ereſſos, Methymna, Pyrrha, Mitylene Diod. Strab. Hom. int. Pli. *Methymnæa*, Ouid.

LETHARGVS, *grauis*. Lucr.

LETHE obliuionis fluuius apud inferos. Macrob Plutarc. Lethe item fluuius in citeriori Hiſpania, apud Strab. Mel. Sil. ũ. *ſoporifera, hebetans pectora, ſecura*. Ouid.

LEVAMEN, *dulce*, Catul. *mite*. Ouid.

LEVITAS, *volucris*. Lucr.

LEVCATES, promontorium, ſiue petra albicanti colore in pelagus proiecta, atq; Cephaleniam, & Leucadi adiacẽs veluti hinc accepto nomine. Habet inſuper & Apollinis Leucatæ templũ. Ibi fluctus fit qui ad ſedãdos amores valere creditur, quo in loco Sapho prima dicitur ab excelſa ſe deiecíſſe petra ſtimulãte cupidine, ſicut Menan. author eſt. Prærupt ã nacta in tranſitu petiã Cupidinis œſtro pereita è ſummo præceps ruit ex animi ſuã ſentẽtia rex imperioſe, Menãder igitur pr mã ſaliſſe Saph. ait. Alij verò nõ Sapho ſed Cephalum prius ſaltaſſe ferunt: alij Cymetho Pterel filiã Cephali amore captã. Leucadiis verò mos erat patrius vt in Apollinis ſacrificio forte quotannis aliquem auertendæ deorũ iræ gratia de montis ſpecula deijcerẽt, ei quoque applicitis pẽnis, & auibus multimodis quibus leuari poſſet, vt ſaltus ipſe perinde ac volatus efficeretur, multoſq; circũſtãtes cadẽtẽ prius excipere nauiculis, & pro virib. cõſeruatũ extra patrios fines emittere ſuperſtitẽ. Stra. Pli. Lyc. int. *nimboſus*. Virg.

LIBRA Cœleſtis,. Scorpij pars media, Chelæ namque Scorpij Libram faciunt 13. Kalend. Octobris Sole in Libra

poſito

Digitized by Google

poſito Aequinoctiũ autumnale ſit, Hyginus, Columella, Ptolemæus. *Pendula*, Ouidius.

LIPVM, *dulce*. Tibul. *Cereale*, Ouid.

LIBYA regio in Africa, à Libya Epaphi filia, ſiue Oceani & Pampholiges. Cui ab Oriente Marmarica, ab occaſu Syrtes, à Septẽtrione Mare Libycum, à meridie Aethiopia, authores Ptolemæus, Solinus, *Lycophr* interpres, *Arida*, Ouid.

LIBYES, *genus intractabile bello*. Virg.

LIBERTAS, *pulchra*, Virgilius.

LIBIDO, *dira*, Lucretius. *flagrans, damnoſa, teitra, vitioſa*, Horatius.

LIBVRNI Illyriorum genus in Adriaco ſinu, à quodã Liburno attico, Stephanus, Appianus, Strab. Plin. *Saeui*, Horat.

LICENTIA, *Laſciua, vagans, indomita*. Horat.

LIGER Galliæ Lugdunenſis amnis in Oceanum defluẽs, inter Pictones, & Vannitas excurrit. Inter Ligerim & Sequanam fluuium trans Rhodanum atque Ararim populi ad Septẽtrionem adiacẽt, Allobrogibus & Lugduni incolis vicini Horũm illuſtriſſimi ſunt Aruerni, & Carnuti, perutroſque delatus Ligeris Oceanum effluit, Strabo, Plin. *Cærula Lympha*. Tibul.

LIGNVM, *fiſſile, vile*, Virg.

LIGONES, *vnci*. Virg. *Sabelli, duri*, Horat. *Longi*, Ouid.

LIGVRES primi Italiæ populi, à Ligure fluuio dicti, patet ora Liguriæ inter amnes Varum & Macram 211 mill. paſſ. laborioſa ſimul periculoſaque, inops regio, durum in armis genus Steph. Plin. Liuius, *Aſſuetũ bello*, Virg.

LIGVSTRVM flos, quod græci Cypron vocant, oleæ ſimilia folia per virgas profert, latiora tamen mollioraque & magis herbaceo colore. Flores habet candidos, muſcoſos & odoratos, fructum fert nigrum ſambuco ſimilem, naſcitur probatiſſimum in Aſcalone Iudeæ & Aegyptij Canapo. Dioſcor. Plin. *album*. Virg. *niueum*, Ouid.

LILIVM flos, quod græci Crinon. ſunt qui regium florẽ qui Crinanthemon, qui Callirion, qui Lirion, qui Sulinon dicant, Romani filium, ſiue Iunonis roſam appellãt. Coronarius hic flos eſt, ex quo vnguẽtum fit, quod lirinum ſuſinumve dicunt: Efficaciſſima autem ad vnguenti confectionem in Syria, & Pamphyliæ Piſidia naſcuntur lilia. veteres græcorum poetæ fabulati ſunt lilium, quoniam in eo candidus color eſſet, nam quum

quum dormiente Iunone admoto uberibus eius Hercule, vago pueri & incerto ſuctu diuinũ lac in terram decidiſſet vnde & lacteus circulus in cœlo effectus eſt, fecit & floris nobilitas vt regius ab alijs flos diceretur, quoniã nulli florum excelſitas maior, trium aliquãdo cubitorum, Ferunt quidam & purpuro colore fieri liliorum flores Plinius; Dioſcor. Conſtant. Cæſ. *Grande, candidum.* Virg *Breue.* Horat. ſcilicet ad breue tempus. *Argenteum, lucidum.* Prop. *Canens, album.* Ouid.

LIMBVS *pictus* Virg. *Tenuis.* Ouid.

LIMEN. *Tritum.* Catullus. *Durum, ſtridens.* Virgilius. *Rigidum,* Ouidius.

LIMVS, *lenis, niger, informis.* Virg. *Mollis,* Ouid.

LINGVA, *Dædala, animi interpres.* Lucret.

LINTRES, *celeres,* Propertius.

LINVS, Pſamathe Crotopi Argiuorum regis filia & Apolline procreatus: vt alij, Apollinis & Terpſichores filius, vt quibuſdem placet, Amphimari & Vraniæ: vt nonnulli, Mercurij & Vraniæ. Hic ex Chalcide Eubocæ fuit, primuſque in Græcia Citharam ac numeros inueniſſe, itemque lamentationes ac fletus carmine condidiſſe fertur, à canibus diſcerptus interiit: tametſi alij ab Apolline interfectum tradant. Fuit & alter è Thebis iunior, Iſmeniæ filius, quem Hercules occidit. Ex authorib Pauſan. Diod Homeri interp. Suida, Euſebio, Plutarcho, Plin. *Inachius,* Propert. *Crotopiades,* Ouid.

LIPARE Inſula, vna è ſeptem quas Aeolias vocant, Sitæ autem ſunt inter Italiam, Siciliamque recto curſu. Diſtant à Sicilia centum quinquaginta ferme ſtadiis, pares inuicẽ magnitudine, quarũ nomina, Lipara, Thermiſſa, Stro‹n›gyle, Didyme, Phœnicuſſa, Euonymos. Aſſerunt nõnulli meatus eſſe ſubterraneos ab Aetna ad has inſulas, & his omnibus ignẽ eandẽ ſpirandi cauſam eſſe. Has inſuper inſulas tradunt olim deſertas fuiſſe, ſed Liparum quendam Auſonis regis filium à fratribus diſſidentem ex Italia cum longis nauibus aducta ſecum militũ copia ad inſulam appuliſſe, quæ ab eo Lipara ſit appellata, inque ea ſui nominis vrbe condita, reliquarũ quoque inſularũ agros excoluiſſe. Hæc & Meligunis antea dicta eſt. Strabo, Pli. Steph. Diodo. *Vulcani domus, vulcania nomine tellus, fumantibus ardua ſaxis, Aeoliæ oræ,* Virg. Seruius tamen ſecus quam Donatus legit. Aeoliam liparen, vt hæc non ad liparen, ſed ad inſulam

Digitized by Google

iam Vulcaniam nomine referantur.

LIQVOR, *fluidus*, Virgilius.

LIRIS fluuius Campaniæ, qui Minturnas, atque Fregellas allabitur, in eum Fibrenus amnis præcipitat, Lirimque multo gelidiorem facit, Strab. Pli. Cic. *Quietus, taciturnus*. Hor.

LITERNVM Campaniæ oppidum prope mare poſt Sinueſſam, vbi maioris Scipionis cognomēto Africani ſepulchrū iacet. Ibi enim extremam conſumpſit ætatem, omiſſis propter aliquorum ſimultatem reip. negotiis. Præterfluit autem eodē quo ciuitas nomine flumen, Strabo. Plin. *Lentiſciferum*. Ouidius, Lentiſcus arbor nota è qua Lentiſcina reſina fit, quam aliqui Maſtichen vocant. Agnoſcitur Lentiſcus Chia, & Italica, Dioſcor. Plin.

LITORA, quæ & Actæ, *incurua, fluctifraga*. Lucret. *Fluctiſona, curua, ſpumoſa, deſerta*. Catull. *Harenoſa, ſpumantia, procurua, Myrtetis lætiſsima*. Virgilius. *fruticoſa, lata, bibula, frigida, vndoſa*. Ouidius.

LITVVS, baculum, quod ambas cuſpides flexas habet, ſine nodo aduncum, quo augures vtebantur ad deſignanda Cæli ſpatia, Seruius, Gellius, Plutarchus, Liuius, Feſtus ita, lituus appellatus eſt, quod litis ſit teſtis, eſt & genus buccinę incuruæ, quo qui cecinerit dicitur Liticen. *Quirinalis*. Virgilius quaſi Quirinus, hoc eſt Romulus, qui nihil inauſpicato faciebat, vſus eſt Plutarchus.

LIVOR, *niger, edax*, Ouidius.

LOCRI Bœotiæ populi, qui Epicnemidij, ſiue Epicnemij, & Epicnemidæ cognominantur à monte qui Cnemis dicitur, hi & leleges appellati, per quos Cephiſus amnis defertur in mare. Sunt enim Locrorum, Epizephyrij, Opuntij, Ozolæ, Strabo, Plinius. *Narycij*, Virgil. Eſt enim Narycium oppidum in Locrorum ora, Plinius, Stephanus.

LOLIVM, *infelix*, Virg. vtpote quod Plin. frugum morbum, terræque peſtem vocet.

LORICAE, *Ibera*. Horat. Galatia namque quæ in Hiſpania eſt tum æris tum plumbi hubertima, auro quoque ditiſſima eſt, pręcipua ferri materia, ſed aqua ipſa ferro violentior, quippe temperamento eius acrius redditur ferrum, Iuſtinus.

LOTOS arbor, quam & Celtim dicunt, grandis planta eſt, fructū pipere maiorem fert, dulcem, grauiter odoratum, ſtoma-

cho

macho vtilem,& qui aluum aſtringat. Africa qua vergit ad nos eam gignit, Italiæ quoque familiarem, præcipua eſt circa Syrtes atque Naſamonas, magnitudo quæ pyro, quanquã Nepos Cornelius breuem tradat, inciſuræ in folio crebriores, alioquin Ilicis viderentur. Ligno color niger ad Tibiarum cantus expetitur. Hanc etiam Lotophagiten vocant, à Lotophagis populis, quos quidam ad maiorem, quidam ad minorem Syrtim ſtatuunt, nota eſt de Vlyſſis ſociis fabula. ex Homero, Strabone, Mela, Plin. Silio Italico. Eſt autem eodem nomine & herba, tum ſatiua, tum ſilueſtris, Dioſcor. Plin. Theophraſtus, Feſtus. *Aquatica*. Ouid.

LVCRINVS lacus Campaniæ Baiis contiguus, intra quẽ Auernus eſt. Plinius. Strab. *Diuinus lacus*, Virgil. repete quæ in Auerno ſcripſimus.

LVCRETILIS mons in Sabinis, author Feſtus. *Amœnus*. Horatius.

LVCRETIVS Carus poeta 171. Olympiade natus, qui poſtea amatorio poculo in furorem verſus, cum aliquot libros per interualla inſaniæ conſcripſiſſet, quos poſtea Cicer. emendauit, ſua ſe manu interfecit ann. ætatis 43. auth. Euſeb. *ſublimis*, Ouid.

LVCRETIA Tricipitini filia, Collatini vxor, pudicitia inſignis, *Nupta pudica*, Ouid.

LVCERIA Apuliæ oppidum vetus, in quo Mineruæ fanũ extitit, Strab. Plin. Liuius. *Nobilis*, Horat.

LVCERNA, quæ & teſta, & Lychnus Virgilio. *Vigil, viua, clara*. Horat.

LVCILIVS poeta Satyrarum ſcriptor, natus Olympiade 158. Neapoli moritur, ac publico funere effertur, anno ætatis 46. Euſebius author. *Lutulentus*, Horatius. Secus F. Quintilianus ſentit, quum ait. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio diſſenſio, qui Lucilium fluere lutulentum, & eſſe aliquid quod tollere poſſis putat, nam & eruditio in eo mira, & libertas, atque inde acerbitas, & abunde ſalis. Multo eſt terſior, & purus magis Horatius.

LVCIFER ſtella quarta ex eorum numero quas cõplures vt erraticas, ita planetas Græci vocant, Veneris ſtella eſt, quanquam nonnulli Iunonis eſſe dixerint. Hic autem omnium siderum maximus eſſe videtur. Nonnulli autem hunc Auroræ & Cephali filium eſſe prodiderunt, pulchritudine multis

aſtra omnia Titania dici. *Alma.* Virg. *Celerus,ſiderum regina, bicornis,*Horat. *Diana,nocturna,ſoror pulcherrima phœbi, argentea, lucida.* Ouidius.

LVNAE currus, *noctiuagus.* Virgilius.

LVNAE equi,tametſi Mulo Lunam vehi quidam exiſtimauere,quòd ſterilis vterque ſit, vt ſcribunt Pauſanias Eliacon primo,& Feſtus. Alij Iuuencos Lunæ bigis adhibuerunt, vt Claudianus,Prudentius,& Fulgentius. *Luciferi niuei, nocturni,* Ouid.

LVPANAR, *olidum*,Catullus.

LVPINVM, quod vulgo naſcitur, cuius vſus homini & quadrupedum generi vngulas habenti communis.Pinum omnium cum ſole quotidie circumagitur,horaſque agricolis etiã nubilo tempore demonſtrat.Ter præterea floret,terram amet terraque operiri non vult.Et vnum hoc ſeritur non arata, vbi fuerit maxime ſabuloſa,& ſicca,atque etiam harenoſa.Impune præterea iacet vel derelictum etiam ſi non protinus ſecuti obruant himbres, ab omnibus animalibus amaritudine ſua tutum, Plinius author. *Triſte,fragile,ſonans.* Virg. *Pallens.* Ouid.

LVPI, *genus acre, magni,fului, Martij.* Virg, aut cruenti, aut Marti conſecrati.vt ait Seruius,& Acron. *Martiales,rapaces, Appuli,acres,Veſpertini.* Horat. *Saui, celeres.* Tibull. *Nocturni.* Propert. *Cani,raptores,taciti,montani,inſatiabiles,rapidi.* Ouid.

LVPA, *raua*, Horat. Raui coloris appellantur qui ſunt inter flauos & cæſios,Feſtus.

LVPERCAL Panos templum,Arcades namque in colle Auentino firmati quum ædificia more pãtrio exornaſſent,templaſquoque conſtruxere,ac primum quidem Pani Lycæo admonente eos Carmente. Eſt enim apud Arcades Pan vetuſtiſſimus,plurimumque in honore habitus, loco congruo inuento, quem Lupercal Romani vocant, græci Lycæum dicunt. Erat autem antrum magnum ſub colle,arbuſto denſe contectum, & fontes ſub petris profundi, adhærenſque rupibus ſaltus, crebris arboribus,& quidem magnis opacus, vbi ara deo conſtructa ſacrificia patria perficiebant, quæ etiam Romani perficiebant menſe Februario poſt bruinam,nihil eorum quæ ab Arcadibus fiebant commutantes. Authores Dionyſ. Halicarnaſſ. Plutarchus,Liuius,Iuſtinus. *Parrhaſio dictum panes de more Lycai.* Virgilius.

LVPERCI qui Lupercalibus in Lupercali ſacra faciebãt,de

quibus ita Plutarchus diſſerit. Sed Lupercalia expiationis gratia inſtituta videntur: Celebrantur enim ea ſacra menſe Februario atris diebus, quem Expiatiuum interpretari quis poſſet. Eam quoque diem Februatam veteres appellabant. Ac videtur id ſolemne peruetuſtum Euander ex Arcadia allatum inſtituiſſe. Hoc vulgarior fama tenet. Poteſt etiam nomen ipſum à lupa dictum videri. Etenim videmus lupercos inde curſum incipere vbi Romulum expoſitum ferunt. Verum qui in iis ſeruatur ſacrificij mos haud facile cum coniectura aſſequi poſſumus. Iugulant enim capras tum duos adoleſcentes eò ſiſtunt, quorum frontes alij cultro ſanguine perfuſo tingunt, alij ſtatim lanam lacte madentem admouentes abſtergunt. Oportet etiam abſterſis adoleſcentes ridere, deinde inciſis in corrigias caprarum pellibus diſcurrunt in orbem, & ſi qui obſtent ſcuticis cædunt. Mulieres adulta ætate vltro ſe ad verbera offerunt, ratæ eam rem ad fœcunditatem conducere. Proprium ſuum eius celebritatis eſt vt luperci carnem immolent. Huius rei meminerunt & Liuius, Iuſtinus, Florus, Dionyſ. Halicarnaſſ. *Nudi.* Virgil. Nam, vt ait Liuius, Nudi iuuenes Lycæum Pana venerantes per luxum ad laſciuiam currebant.

LVSCINIA auis, quæ & Aedon, in quam apud Ouidium modo Philomela, modo Progne mutata eſt. Huius longa in Plinio hiſtoria. Nos eam reliquimus in ſcriptore illo volentibus legendam. *Daulias.* Catul. Daulis vrbs ſupra Chæroneam ſita, in Phocide, in qua Tereus regnum tenuit, qua in terra ſcelus quod de Ity fertur, mulieres illæ patrauerunt. Nomen habuit à Nympha Daulide Cephiſi amnis filia, ſiue à denſitate nemorum, vnde & Daulia vocari cœpta eſt, Thucydides.

LVSTRA, *voluntia,* Lucret. *Labentia,* Virgil.

LVSTRA, *inuia, horrentia,* Virg. *Denſa,* Ouid.

LVSVS *grauitate carentes,* Ouid.

LVTVM, *facile,* Tibullus.

LVX, *clara,* Lucret. *pura, alma,* Virgil. *Candida,* Proper. *Purpurea,* Ouid.

LVXVS, *regalis, regificus,* Virgilius.

LVXVRIA, *miſera,* Propertius,

LYCAEVS Arcadiæ mons in quo Lycæi Iouis templum locatum eſt, Strabo, Plinius. *Gelidus, viridis,* Virg.

LYCEVM, græcis λύκειον, Atticæ locus, à Lyco Pandio

dionis filio, vt author eſt Pauſanias, vbi Piſiſtratus, ſi Theopompo credimus, vel, vt Philochoro placet, Athenienſes operis pręfecto Pericle Gymnaſium condiderunt quod inde Lyceum dicebatur, author Suidas. Hic Plato docuit, deinde inambulans Ariſtoteles diſputauit, vnde Peripateticorum nomen emanauit, vt Cicero, & Suidas referunt, Apollini dedicatum canit Callimachus. *Cultum*, Ouidius.

LYCIA regio in Minori Aſia inter Pamphyliam & Cariā ſita, à Lyco rege Pandionis filiò cognominata, Strab. Mel. Pli. Termile quondam dicta eſt, vt Herodoto placet. *Hiberna*, *non aſpera*, ſed apta hiemare cupientibus, ſic enim eſt regio illa; Seruius. *Flauens*. Eſt enim frugum fertilis, Seruius. *Alta*, hoc eſt nobilis, Seruius. *Chimærifera*. Ouid.

LYCAMBES, qui filiam habuit Neobulen, hāc quum Archilochus poeta in matrimoniū poſtulaſſet, promiſſa, nec à patre data eſt: Huic iratus Archilochus, in eum maledicū carmen ſcripſit quo Lycambes tāto eſt dolore compulſus, vt cum filia vitam laqueo finiret, Horatius, Acrō. Ex diſticho quod in Suidę monimentis legitur, facile colligi poteſt Lycambæ filias Archilochi maledicta non ferentes mortem ſibi ipſas conſciuiſſe, eſt autem tale, εἰ γὰρ φέγγος ἔλιπον ἀλυσκάζουσαι ἰάμβων ἔχθιον ἀρχιλόχου φθέγμα λυκαμβιάδες. Enimvero locū hūc doctè elegāterque, vt omnia, explicauit Petrus Victorius vir ingenio pręſtans, omnique doctrina, ſuis in Rhetoricā Ariſtotelis Cōmentariis qui propediem in publicū emanabunt, vt ex illius quas ad me humaniſſimè ſcripſit literis intellexi. *Inſidus*, Horat.

LYCORIS Cornelij Galli poetæ amica, quā ipſe Lycorim appellauit, cum tamen Cytheris diceretur, eamque quatuor libris celebrauit. Fuit hæc Volumnij liberta, deinde M. Antonium in Galliam ſecuta eſt, Seruius, Cicero. *Formoſa*, Propert.

LYCAON pelaſgi & Deianire filius, Arcadum rex, ab Ione in lupum mutatus, Dionyſ. Halicarnaſſ. Pauſanias, Suidas, Apoll interp. Hygin. Ouid. *Arcas tyrannus*, Ouid.

LYCOPHRON poeta ex Chalcide Euboeæ, Soclei filius, grammaticus & poeta tragicus, vnus è ſeptē qui Pleiadis nomē meruerūt, ſagitta trāſfixus interiit, atque in Dianę Magneſiæ tēplo conditus eſt, vt ait Theodor, Suid. Oui. *Cothurnatus*. Ouid.

LYCVRGVS Dryantis filius Thraciæ rex, qui dum in Bacchi contemptum vites ſuccideret, ſecures in eius crura ſunt

 conuerſæ.

quibus ita Plutarchus diſſerit. Sed Lupercalia expiationis gratia inſtituta videntur: Celebrantur enim ea ſacra menſe Februario atris diebus, quem Expiatiuum interpretari quis poſſet. Eam quoque diem Februatam veteres appellabant. Ac videtur id ſolemne peruetuſtum Euander ex Arcadia allatum inſtituiſſe. Hoc vulgarior fama tenet. Poteſt etiam nomen ipſum à lupa dictum videri. Etenim videmus lupercos inde curſum incipere vbi Romulum expoſitum ferunt. Verum qui in iis ſeruatur ſacrificij mos haud facile cum coniectura aſſequi poſſumus. Iugulant enim capras tum duos adoleſcentes eò ſiſtunt, quorum frontes alij cultro ſanguine perfuſo tingunt, alij ſtatim lanam lacte madentem admouentes abſtergunt. Oportet etiam abſterſis adoleſcentes ridere, deinde inciſis in corrigias caprarum pellibus diſcurrunt in orbem, & ſi qui obſtent ſcuticis cædunt. Mulieres adulta ætate vltro ſe ad verbera offerunt, ratæ eam rem ad fœcunditatem conducere. Proprium ſuum eius celebritatis eſt vt luperci carnem immolent. Huius rei meminerunt & Liuius, Iuſtinus, Florus, Dionyſ. Halicarnaſſ. *Nudi*. Virgil. Nam, vt ait Liuius, Nudi iuuenes Lycæum Pana venerantes per luxum ad laſciuiam currebant.

LVSCINIA auis, quæ & Aedon, in quam apud Ouidium modo Philomela, modo Progne mutata eſt. Huius longa in Plinio hiſtoria. Nos eam reliquimus in ſcriptore illo volentibus legendam. *Daulias*. Catul. Daulis vrbs ſupra Chæroneam ſita, in Phocide, in qua Tereus regnum tenuit, qua in terra ſcelus quod de Ity fertur, mulieres illæ patrauerunt. Nomen habuit à Nympha Daulide Cephiſi amnis filia, ſiue à denſitate nemorum, vnde & Daulia vocari cœpta eſt, Thucydides.

LVSTRA, *volutabra*, Lucret. *Labentia*, Virgil.

LVSTRA, *inuia, horrentia*, Virg. *Denſa*, Ouid.

LVSVS *grauitate carentes*, Ouid.

LVTVM, *facile*, Tibullus.

LVX, *clara*, Lucret. *pura, alma*, Virgil. *Candida*, Proper. *Purpurea*, Ouid.

LVXVS, *regalis, regificus*, Virgilius.

LVXVRIA, *miſera*, Propertius.

LYCAEVS Arcadiæ mons in quo Lycæi Iouis templum locatum eſt, Strabo, Plinius. *Gelidus, viridis*, Virg.

LYCEVM, græcis λύκειον, Atticæ locus, à Lyco Pandio

dionis filio, vt author eſt Pauſanias, vbi Piſiſtratus, ſi Theopompo credimus, vel, vt Philochoro placet, Athenienſes operis prę̈fecto Pericle Gymnaſium condiderunt quod inde Lyceum dicebatur, author Suidas. Hic Plato docuit, deinde inambulans Ariſtoteles diſputauit, vnde Peripateticorum nomen emanauit, vt Cicero, & Suidas referunt, Apollini dedicatum canit Callimachus. *Cultum*, Ouidius.

LYCIA regio in Minori Aſia inter Pamphyliam & Cariā ſita, à Lyco rege Pandionis filiò cognominata, Strab. Mel. Pli. Termile quondam dicta eſt, vt Herodoto placet. *Hiberna*, *non aſpera*, ſed apta hiemare cupientibus, ſic enim eſt regio illa; Seruius. *Flauens*. Eſt enim frugum fertilis, Seruius. *Alta*, hoc eſt nobilis, Seruius. *Chimærifera*. Ouid.

LYCAMBES, qui filiam habuit Neobulen, hāc quum Archilochus poeta in matrimoniū poſtulaſſet, promiſſa, nec à patre data eſt: Huic iratus Archilochus, in eum maledicū carmen ſcripſit quo Lycambes tāto eſt dolore compulſus, vt cum filia vitam laqueo finiret, Horatius, Acrō. Ex diſticho quod in Suidę monimentis legitur, facile colligi poteſt Lycambæ filias Archilochi maledicta non ferentes mortem ſibi ipſas conſciuiſſe, eſt autem tale, εἰ γὰρ φέγγος ἔλιπεν ἀλυσκάζουσαι ἰάμβων ἄγριον ἀρχιλόχου φθέγμα λυκαμβιάδες. Enimvero locū hūc doctè elegāterque, vt omnia, explicauit Petrus Victorius vir ingenio pręſtans, omniq́ue doctrina, ſuis in Rhetoricā Ariſtotelis Cōmentariis qui propediem in publicū emanabunt, vt ex illius quas ad me humaniſſimè ſcripſit literis intellexi. *Inſidus*, Horat.

LYCORIS Cornelij Galli poetæ amica, quā ipſe Lycorim appellauit, cum tamen Cytheris diceretur, eamq́ue quatuor libris celebrauit. Fuit hæc Volumnij liberta, deinde M. Antoniū in Galliam ſecuta eſt, Seruius, Cicero. *Formoſa*, Propert.

LYCAON pelaſgi & Deianire filius, Arcadum rex, ab Ione in lupum mutatus, Dionyſ. Halicarnaſſ. Pauſanias, Suidas, Apoll interp. Hygin. Ouid. *Arcas tyrannus*, Ouid.

LYCOPHRON poeta ex Chalcide Euboeæ, Soclei filius, grammaticus & poeta tragicus, vnus è ſeptē qui Pleiadis nomē meruerūt, ſagitta trāsfixus interiit, atque in Dianę Magneſiæ tēplo conditus eſt, vt ait Theodor. Suid. Oui. *Cothurnatus*. Ouid.

LYCVRGVS Dryantis filius Thraciæ rex, qui dum in Bacchi contemptum vites ſuccideret, ſecures in eius crura ſunt

conuerſæ. Hunc Bacchus ſibi obſiſtentem interemit Hom. Euripid. Diod. Sicul. *acer*. Virg. *Thrax*. Hor. *Bipennifer. ſacrilegus*, *Dryantides*. Ouid.

LYDIA regio in minori Aſia, ab Attis filio Lydo nomen adepta, Mæonia antea à Mæone fluuio nuncupata, vbi Bacchus præcipua religione colitur, Lydia autem perfuſa flexuoſi amnis Mæandri recurſibus ſuper Ioniam procedit, Phrygiæ ab exortu Solis vicina, ad Septentrionem Myſiæ, meridiana parte Cariam amplectens. Dionyſ. Halicarnaſ. Strab. Plin. Steph. Herodotus, Euripid. *ingens*. Virg.

LYDI, qui & Lydij, & Lydæi, vt ait Steph. *fortes*, Virgilius. *Mæonij*, Ouid.

LYNCEVS vnus Argonautarum Idæ frater, qui & ipſe Argonauta fuit, Apharei filius, ex Arene, à qua Arene ciuitas Peloponeſi iuxta Pylum, vt Pherecydi placet, ex Polydora vt Piſandro, ex Laocooſa vt Theocrito, vt legimus apud Apoll. int. Huius perſpicacitas in prouerbium abiit. Plin. Nouiſſimam, inquit, lunam primamque eadem die vel nocte nullo alio in ſigno quàm in ariete conſpici, id quoque paucis mortalium contingit & inde fabula cernendi Lynceo. Sunt qui tradant Lynceum primum reperiſſe Fodinas metallorum, æris, argenti, auri, & hinc vulgo natam fabulã, quod ea quoq; videret quæ ſub terra forent, teſtis Lycophronis & Ariſtoph. int. Apollonius in Argonauticis ſcribit, hunc Lynceum vſque adeo fuiſſe perſpicacem, vt etiam terrã ipſam oculorum acie penetraret, Plutarch. in Commentario quem ſcripſit aduerſus Stoicos teſtatur, famã fuiſſe de Lynceo, quod ſaxa quoque, & arbores oculorum acie penetraret, meminit & Palæphatus. *Aphareia proles*. Ouid.

LYNCEVS vnus ex Aegypti filiis ex Argypha, cui ſoli Hypermneſtra pepercit. Tzetzes. Hygin. *Belides*, Ouid.

LYNCES, quas fuſco pilo, mammis in pectore geminis vulgo Aethiopia generat. Clariſſimè omnium quadrupedum cernunt ſolæ vtrinque binos digitos habent: eædem linguam ſerpentium ſimilem in magnam longitudinem porrigunt, Circumagunt collum in aduerſum ſe, vngues eis grandes ceu graculis, teſtis Pli. *Variæ, maculoſæ*, Virg.

LYRA, quam Mercurium in Cyllene Arcadiæ monte primum feciſſe dicunt, ſeptemque chordis inſtituiſſe ad Atlantidũ numerum, quod Maia vna ex illarum numero eſſet quæ Mercurij eſt,

rij eſt mater, author Hygin. *aurata*, Virgil. *eburna, mollis, iocoſa, curua*, Horat. *garrula, ſonora, teſtudinea*, Tibull. *Aonia, Orphea, Aganippaea*, Propert. *pacis opus, inaurata, Threicia*, propter Orpheam. Ouid.

LYRICVM carmen, *Aeolium*, Horat. propter Alceum poëtam qui fuit è Mitylene, Mytelenæos vero, ac Lesbios maximam partem Troiadis regionis, quam Ephorus Aeolidem vocat, olim tenuiſſe teſtatur Strabo.

M.

MACAREVS Aeoli filius, Aeolus namque Thuſcorum rex ex Amphitea filias ſex, & mares totidem ſuſcepit. Macareus omnium ætate minimus vnius Canaces amore ſuccenſus eam violauit, qua ex re conceptus infans rem prodidit. Pater itaque filiæ mittit enſem, quo accepto eà rem flagitioſam intelligens, necem ſibi conſciuit. Idemq; paulo poſt Macareus fecit. Huius rei teſtis eſt Plutarch. ex Soſtrati ſecundo rerum Thuſcanicarum. *Aeolides*, Ouid.

MACER Aemilius poeta Veronenſis, qui herbas, ſerpentes, & volucres carmine complexus, 191. Olympiade ſub Auguſto in Aſia periit, author. Ouidius, Euſeb. de quo Quintilianus. Nam Macer & Lucret, legendi, ſed non vt phraſin, id eſt, vt corpus eloquentiæ faciant. Elegantes in ſua quiſque materia, ſed alter humilis, alter difficilis. *Iliacus*, Ouid. Ab Ilij materia quã tractauit. Scripſit enim, authore Ouid. heroicum carmen de rebus Iliacis, his ſcilicet quæ Homerus aliis dicenda poſt ſe reliquit. Ita enim inquit:

Tu canis æterno quicquid reſtabat Homero,
Ne careant ſumma Troica bella manu.

MAEANDER amnis qui per Phrygiam currit, poſtea Cariam Lydiamque diſterminat ad campos qui Mæandri dicuntur, valde quidem flexuoſus, vnde obliquitates omnes ab illo Mæandri appellantur. Finiens verò apud Cariam regionem partem eam ſecat quam nunc Iones tenent, & inter Miletũ, Prienenque egreditur. Incipit verò à Celænis, qui collis quidam eſt in quo vrbs fuit eiuſdem nominis: Hic Anabænon antea nuncupatus, deinde Mæander dictus eſt, à Mæandro Cercaphi & Anaxibiæ filio. autho. Plutar. Strab. *Phrygius, liquidus* Ouid.

MAECENAS eques, & orator, & poeta Etruſcorum regũ ſanguine editus, Auguſto Cæſari familiariſſimus, miræ animi

libertatis vir: alioqui mollis & delíciis affluens, Notas quaſdam literarum inuenit, poetis ſui temporis maximè fauit, ex Seneca, Sueto. Dione. *Atauis editum regibus*, Horat. *eques, Etruſco de ſanguine regum*. Proper.

MAENALVS Arcadiæ mõs & fluuius, à Mænalo Lycaonis ſiue Arcadis filio, Steph Hellan. Strab. *Pinifer*. Virg. *altus, ingens*. Ouid.

MAIA Pleiones & Atlantis filia, vna ex Pleiadibus, Aratus, Hyginus, *candida*, Virgil. *alma*. Horatius. *Pleias, lucida, Atlantis*. Ouidius.

MAIESTAS, *verenda, aurea, alta, ſancta*. Ouid.

MALEA promõtorium Laconiæ, à Maleo rege, quod per quinque paſſuum milia in mare protenditur. Periculoſa circa Maleam nauigatio prouerbium fecit. Maleam legens quæ ſunt domi obliuiſcere. Stepha. Strab. Homer. Seruius. *Sequax*. Virg. *ſæua*, Proper. *curua*. Ouid.

MALVM, *acre*, Lucr. *deforme*. Ouid.

MALVS nauis, *vagus*. Catul. *altus*. Virg.

MALVA holus, quam veteres Græci Molochen vocarũt, quemadmodum & Columella, poſteriores Malachen vt ſcribit Athenæus. Duplex maluæ genus eſt, hortenſis altera, ſilueſtris & incultis locis naſcens altera, Dioſcorid. author. Circumagũtur tota die ad Solem maluæ folia, ſi Theophraſto & Columellæ credimus, vnde ex foliorum ſtatu conuerſionéve meridianas & vtrinque alias colligere horas poſſumus, *leuis, ſalubris corpori*. Hor. *viridis*, Ouid.

MALOBATHRVM, quod græci pariter Malobathron dicunt: Naſcitur in India lacuſtribus locis, nihil aliud quam folium in aquis, Lacuſtris lentis modo fluitans, & nullis radicibus hærens. Id colligentes incolæ funiculo ſtatim traijciunt, ſiccatumq́ue ſeruant. Ferunt præterea ſiccatis æſtate lacubus fruticibus & cremiis incendi terram, & niſi id fiat non prouenire folium. Probatur recens, & in ingredine albicans, probatur itidem quod frangenti contumax eſt, nec facile diſcerpitur, quod odoris ſui habitu ſenſum tentat, eademque odoris bonitate diutius permanet, quod Nardi odorẽ refert nullo ſalis ſapore & guſtu, author Dioſcor. Malobathrum Plinius arborem Syriæ affirmat, folio conuoluto, arido colore, fertilius in Aegypto, laudatius in Indiæ paludibus, *Syrium*, Hor.

MANE

MANE, *nouum*, Virg.

MANTO, quæ & Sibylla Theſſala, Tireſiæ vatis & ipſa vates filia, quæ ex Rhacio, ſiue Lacio, Mopſum genuit. Hæc poſt patris interitum in Italiam venit, Ocnumque, quem in Bucolicis Virgilius Bianorem vocat, ex Thybri genuit, qui Mantuam vrbem condidit, atque à matris nomine appellauit. Præterea Clarij Apollinis fanum condidit fugiens victores Thebanorum Epigonos, quæ cum patriæ cladem lugeret & ſuam, manantibus hubertim lacrymis fontem fecit, vnde Claros ἀπὸ τῶν δακρύων locus appellatus, illuc enim Rhacium Mycenæum ſecuta eſt cui ex oraculo nupſerat, authores Pauſan. Apollon. int. Virgilius, Seruius, Mela Pomponius. Hanc Diodorus Daphneum nuncupaſſe videtur, quum ait, Thebe captæ ac dirutæ ſunt, Tireſiæ filiam Daphneum poſtea quam victores cepiſſent in Delphos voto ſuſcepto, miſere oblationem Deo. Ea diuinandi artem edocta in Delphis degens, multo magis eam ſcientiam calluit. Itaque natura admirabilis plurima ſcripſit varij generis reſponſa, Cuius ex verſibus Homerum poetam ferunt multa ad ornatum ſui poematis tranſtuliſſe. Quum hæc ſæpius Dei ſpiritu fereretur, multaque traderet reſponſa, Sibylla ab omnibus cognominata eſt. Nam plenam Deo, & Sibyllam eſſe idem notat. *Fatidica*. Virgil. *Sata Tireſia, vêturi præſcia*, Ouid.

MANTVA Italiæ nobiliſſima ciuitas, Steph. Strabo. *Diues auis*, Virg.

MARE, *pelagus, pontus, æquor, Salum, fretum, Sal, nauigerum, rapidum, auidum, cæruleum. magnum, infidum, immenſum, Neptunus acerbum, ſalſum, altum, immane, velinolum, campi natantes*. Lucret. *Vaſtum, ferum, Amphitrite* ab Amphitrite, Nerei & Doridis filia, vt canit Heſiodus, dicta vt ait Heſychius, quod mare nauigantes circumterreat, τρέμω, fluxus, tremor, Delphinis cuiuſdam nomine perſuaſu Neptuno nupſit, & ipſe nuptias eorum adminiſtrauit, pro quo facto inter ſidera Delphini effigiem collocauit. Et hoc amplius qui Neptuno ſimulacrum faciunt, Delphinum aut in manu aut ſub pede conſtituunt. Hyginus, Cæſar Germanicus ex Eratoſthene & Artemidoro, *ventoſum, tremulum, truculentum, horridum*. Cat. *Doris amara, marmor, infidum, cæcum, ſollicitum, purpureum, ſonans, ſpumans, latum, Nereus, ſpumeum, tumidum, cærulum, ventoſum, ſanum, vada*

ſalſa, apertum, humidum, campi liquentes, aſperum, marmoreum, Neptunia arua, Virgil. *Trux, turgidum, diſſociabile, nigrum, feruidum, naufragum, æſtuoſum, obſtrepens, aurum, vitreum, incertum, falſum, hibernum*, Horat. *Vagum, incomitum.* Tibull. *Veſanum, inſanum, liquidum iter.* Propert. *Purum, latum, longum, ſurdum, mobile, gelidum, liquidum, iniuſtum, cauum*, Ouid.

MARE Adriaticum ſiue Adrianum, & Adria, quod mare Liguſticum quum ad Iapygiam vſque decliuat, atque inde ad Boream verſus dilatat ſeſe, efficit, Euro agitur, quemadmodum Tyrrhenum Zephyro, Siculum Noto, Quod nunc Adriaticum, antea Adriacum dictum eſt ab Atria Etruſcorum oppido à Diomede condito, quod prius Aethria dicebatur, vt alij ab Adria flumine, Dionyſius, Afer, Plin. Steph. Strabo. *Minax.* Catullus. *Raucum, inquietum, improbum, iracundum.* Horatius. *Late patens.* Ouidius.

MARE Aegæum, cui nomen dedit ſcopulus inter Tenedū & Chium, verſus quam inſula Aex nomine, à ſpecie capræ quæ ita à græcis appellatur, author Plin. Solinus inter Tenedum & Chium, inquit, eſt Claros inſula, qua Aegæus ſinus panditur, à dextra Antandrum ſaxum eſt, hoc enim verius quàm inſula cognominari voluit, Id quoniam viſentibus procul Capræ ſimile creditur, quam græci Aegi nuncupant, Aegeus ab eo ſinus eſt appellatus. M. Varro Aegæum ſcribit dictum ab inſulis, quod in eo mari ſcopuli in pelago vocantur à ſimilitudine caprarum Aeges. Strabo, Aegæum mare ab Aegis in Achaia, ſiue quod magis probat, ab Aegis in Euboea dictum putat, Aegæum mare ait Feſtus, quod ita crebræ in eo ſint inſulæ, vt procul aſpicientibus ſpecies caprarum videantur, ſiue quod in eo Aegæ Amazonum regina perierit, ſiue quod in id Aegeus pater Theſei ſe præcipitauerit, quod & Suidas affirmat. Cernunt eum à dextra parte arduum nauigantes, ab Achaia ditum ac peſtiferum, vt prodit Plin. *Patens.* Horatius.

MARE Ambracium, ſiue ſinus Ambracius, à cuius oſtio & ſinu inchoantibus primus Acarnanum locum eſt Actium, eodemque vocabulo & Apollinis Actij templum, & promontorium nuncupatur, quod ſinus ipſius oſtium efficit, & exterius portum habet, à templo autem ſtadia 40. diſtat Anactoriū ipſo in ſinu conditum, Leucas autem ſtadiis ducentis 40. diſtat; author Strabo. *Actæum, Leucadium,* Ouidius.

MARE

MARE Ionium, à Peloro Siciliæ promontorio quod græci diuidunt in Siculum & Creticum, vt ait Plin. Antea Saturnium dicebatur, poſt Ionium, vel ab Ius errore, quod Lycophroni placet, & Aeſchylo, vel ab Ionio illyrici generis homine, Lyrrhachij filio, quem imprudenter à ſe occiſum in mare proiecit Hercules, vt Theopompus refert, vel quod in eo perierint Iones, vt Archemachus arbitratur. Nonnulli tamen, vt tradit Euſtathius, ſcribunt, Iaon. Italus Adriæ pater fuit, à quo ſinus Ionius qui mox ab Adria filio dictus eſt Adriaticus. *Magnum.* Virgilius. *Immenſum, capax.* Ouidius.

MARE Ponticum, ſiue Euxinus ſinus, qui inflectitur ad formam Scythici arcus, maxime incuruus, breuis, atrox, nebuloſus, raris ſtationibus non molli neque harenoſo circundatus litore, vicinus aquilonibus, & quia non profundus eſt, fluctuoſus atque feruens, olim excolentium ſæuo admodum ingenio Axenus, poſt commercia aliarum gentium mollitis aliquãtum moribus dictus Euxinus, Strabo, Mela, Plin. *Trux*, Catull.

MARE Rubrum, ad quod Arabia pertinet, Erythræum ab Erythra rege Perſei & Andromedæ filio, non ſolum à colore appellatum vt Varro dicit, qui in litore maris iſtius fontem eſſe, quem ſi oues biberint, mutẽt vellerum qualitatem, & antea cãdidæ amittant, quod fuerint vſque ad hauſtum, & fuluo poſtmodum nigreſcant colore, author Solinus, Plin. verò ſcribit. Oppida Carmaniæ Zetis, Alexandria. Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare in terras quod Rubrum dixere noſtri, Græci Erythræum, à rege Erythra, aut vt alij ſolis repercuſſu talem reddi colorem exiſtimantes. Alij ab harena terraque, Alij tali aquæ ipſius natura *Erythræum.* Tibul. *Gemmiferum.* Propert. gemmis nanque ſcatet, vt tradit Solinus.

MARITVS, ſiue coniux, & vir, *dulcis*, Catullus. *Cariſſimus*, Virgilius.

MARMOR, *Candens.* Lucret. *Solidum, læue, parius lapis.* Virg. à Paro inſula. *Mygdonium*, Ouid. hoc eſt Phrygium, eadem ratione qua columnæ Phrygiæ nominantur. Cæterum Mygdoniã, Ariſtotele authore, ſcimus Phrygiã eſſe Lydiæ cõterminã.

MARPISSA Eueni Aetoliæ regis filia, quæ quum à multis appeteretur in vxorem, Euenus legem propoſuit vt is eam haberet qui ſe curuli certamine ſuperaret. Erat enim, vt ait Homer. γαμβροκτόνος quemadmodum Oenomaus. capita eorũ qui

qui ſuperabantur valuis affigebat, vt reliquos deterreret. Idas qui filius Apharei dicebatur, ſed re vera Neptuni erat, ex certamine victor Euenum in deſperationem egit, ita vt ſe in Lycorniam fluuium præcipitauerit, cui & nomen dedit, Marpiſſamque puellam in Dianæ templo choreas agentem rapuit, quam Apollo dum Idæ eripere conatur, indicit certamen, Iupiter Mercurium miſit vt contentione depoſita Marpiſſa vtrum vellet virum ſequeretur, Idam elegit, verita ne poſt florem iuuentæ à Phœbo deſereretur. Huius rei teſtes Homer. eiuſque interp. Hyginus, Plutarch. Strabo. *Eueni filia, diſcordia Idæ & Phœbæ.* Proper.

MARS qui poetis Mauors dicitur, Ioue & Iunone natus, vt Heſiodo placet, vt Ouidio ex Iunone ſine viro conceptus in campis Oleniis tacto flore quem Flora Zephyri coniux indicauit. Martem, inquit Diodorus, fabulæ tradunt primum fabricatis armis armaſſe milites, pugnandique ac certandi morem induxiſſe, eos qui diis aduerſi eſſent interficientem. Mars dictus ab eo quod maribus in bello præeſt, aut quod à Sabinis acceptus ibi eſt Mamers, Varro. *armipotens.* Lucret. *Pater Gradiuus*, Gradiuus appellatus eſt à gradiendo in bello vltro citroque, ſiue à vibratione haſtæ, quod Græci dicunt κραδαίνειν, vel vt alij dicunt, quia gramine ſit ortus, quod interpretantur, quia corona graminea in re militari maximæ eſt honorationis, author Feſtus: *Durus, impius, indomitus, magnus, bellipotens, ſæuus.* Virgilius. *Torvus.* Horatius. *Audax, Romanus.* Tibullus. quod ingenioſiſſimus & doctiſſimus poeta his carminibus exponit.

Et tamen ante omnes Martem coluere priores;
Hoc dederat ſtudiis bellica turba ſuis,
Pallada Cecropidæ, Minoia Creta Dianam
Vulcanum tellus Hypſipylæa colit,
Iunonem Spartæ, Pelopeiadeſque Mycenæ,
Pinigerum Fauni Mænalis ora caput.
Mars Latio venerandus erat, quia præſidet armis,
Arma fera genti remque decuſque dabunt.
Quod ſi forte vacat, peregrinos inſpice faſtos,
Menſis in his etiam nomine Martis erat.

Et Feſt. ait, Martialis quod conditor ac vrbis parens Mars. *Rapax.* Prop. *Ferox, impauidus, fortiſſimus, ſanguineus, bellicus, arbiter*

biter armorum, armiger, fortis. Ouid.

MARSYAS Hyagnis, qui primus tibia cecinit, filius. Hic conditor in Deos muſicarum legum Olympū Phrygium diſcipulum habuit tertium tibiarum conditorem. In regione Aulocrene, per quam ab Apamea in Phrygiam itur, Platanus oſtenditur ex qua pepēdit Marſyas ab Apolline victus, quæ iam tum magnitudine electā eſt. Apud Celænas Phrygiæ vrbem viſitur ſuſpenſa Sileni Marſyæ pellis in vtrem formata, quam à Phrygibus fertur Apollo illi detractam ſuſpendiſſe, ex auth. Plutarc. Strab. Plin. Liu. Herodot. Suida. Fabula extat apud Diodor. & Ouid. *Satyrus, Phryx, Phrygius*, Ouid.

MARSYAS Phrygiæ amnis qui Apameam vrbem mediam perlabitur, ab ipſa ortum habens, ſed vehementi ac prono flumine in ſuburbanum delatus immittit in Mæandrum, qui iam Orgam amnem accepit per planitiem æqualem leniter ac placide delapſum, ex lacu quodam, qui calamum gignit ad tibiarum linguas idoneum, Marſyæ ac Mæandri fontes emanare ferunt. Nomen ei dedit Marſyas de quo ſuprà diximus, è cuius ſanguine Satyri, & Marſyas amnis editi ſunt: Marſyas verò prius Midæ fons appellabatur. Palæphatus, Plutarchus, Strabo, Plinius, Liuius. *Phrygiæ liquidiſſimus amnis. Phrygium flumen*, Ouidius.

MASSICA Cāpaniæ mons, qui & Maſſicus, *vino inclytus*, Plin. *Felicia Baccho*. Virg.

MATER, *genitrix chara*, Virg.

MAVRITANIA prouincia in Africa, quæ nigros habet colonos. Eſt autem in extremo Africæ verſus Gaditanum fretum & occidentale oceanum. Regio eſt diues, cæterum ſolo dition, & adeo fertilis, vt frugum genere non modo quumferuntur benigniſſimè procreet, ſed quædam ſponte profundat. Eſt autem duplex; Cæſarienſis à ciuitate Cæſarea dicta, & Tingitana itidem à Tingi vrbe. Mela. Plinius, Stephan. *Tuba tellus, arida*, Hor.

MAVRI, qui à Græcis Maurufij appellantur, Lybicum genus, & opulentum & magnum; eos Romani & indigenæ Mauros vocant, & Iberiæ ſunt oppoſiti. Strabo. *Gens Maurufia*, Virg. *acres*. Horat.

MEDEA, vt ait Heſiodus, Aeetha Colchorū rege & Idya Oceani filia nata, vt Dionyſius Mileſius Aeeta & Hecate, qui

Nat-

Naupactica ſcripſit, Eurylyten matrem ei tribuit, Sophocles Neæram vnam Nereidum, Apollonius Aſterodiam Caucaſiam nympham. Medæam tum à matre Hecate, tum à ſorore Circe ſingula veneficia edoctam diuerſis moribus vixiſſe ferunt. Nam & hoſpites eripiebat à vitæ diſcrimine, & ſæpe apud patrem precibus pro damnatorum ſalute intercedebat; quandoque ipſamet captos dimittens. Recenſere autem ſingula quæ à Diodoro, cæteriſque conſcripta ſunt & longum eſſet, & minime neceſſarium. Illud tamen minime ſilentio prætereundum eſt, Solinum ex Caio Cœlio Angitiam Medeæ ſororem afferere, quæ Fucino lacui vicina loca occupauerit, ibique propter egregiam medendi artem pro Dea habitam, quum tamen Seruius Medeam à Marrubiis populis Angitiam appellatam ſcribat, ab angendis carmine Anguibus. *Impudica*, Horat. *Colchis Cyteis*, Cytæa Colchidis vrbs Medeæ Patria, vnde Medea Cytæis dicta Lycophroni. Authores eius & Apollonij interpres, & Steph. *Nocturna.* Propert. Porphyrius namque Magos ſacrificare diis noctu ſolitos tradit, & Euſebius repetit. *Aeetias*, *regia virgo*, *Phaſias*, *Aemonia*, propter Iaſonem virum Theſſaliæ regem, venefica, impia, vtpote quæ relicto Iaſone cum Corinthi illa regnaret filios quos ex Iaſone ſuſceperat occiderit, Abſyrptū fratrem, quem alij Axyrtum, alij Metapontium vocant diſcerpſerit, nihilominus tamen immortalitate donata eſt, vt ait Euripidis Interp. *barbara*, Ouid.

MEDIA regio in Aſia maiori, contermina Aſſyriæ & Perſidi. Eſt autem duplex, Maior cuius Metropolis Ecbatana regni caput, Altera quæ Atropathia dicitur. Nomen accepit à Medo Medeæ filio, quem illa ex Aegeo Athenarum rege ſuſcepit, ſiue vt aliis placet, ex quodam clariſſimo in ſuperiori Aſia rege. Regio eſt ſumme opulenta, præterquam quod Septentrionalis montana tenuis eſt, quare ex arborum fructibus nutriūtur, Strabo, Diod. Steph. Ptolemæus, Pli. *Ditiſſima terra*. Virg.

MEDI populi Mediæ prouinciæ. *horribiles*, *pharetra decori*. Horatius.

MEDICINA *ars ſalutaris*. Hor. *ars medica*, Tibul.

MEDICAMEN. *validum*. Ouid.

MEDIOCRITAS, *aurea*, Hor.

MEDVLLAE, *molles*, *imæ*. Catullus. *Bibulæ*, *tenues*, *teneræ*. Ouidius.

MEDVSA

MEDVSA, quam Phorcys Cetoque Maris Terræque liberi ediderunt, vna cum Stheno & Euryle ſororibus quæ ambæ immortales fuerunt. Ipſa à Perſeo ope Palladis obtruncata, hiſtoriam narrant Diod. Heſiod. Palæphatus, Pindar, & Lycoph. int. fabulam percurrit Ouid. & Orpheus in hymnis, qui Meduſā non à Perſeo ſed ab ipſa Pallade trucidatam ſcribit. *Gorgon.* Gorgones ſorores tres à Heſiodo nuncupantur, quia γοργὸς græcis, terribilis, velox, verſibilis, & γοργῶπες & γοργῶπις viſu celer, aſpectu truculentus. *Sæua*, Virg. *Anguifera*, *Phorcys*, Proper. *Anguicoma*, ob Meduſæ ceruices colubris ſibilantibus obſitas, cuius aſpectu homines in ſaxa vetuſtas obduruiſſe finxit, vt ait Ouidius. *Phorcynis horrenda, monſtrum colubriferum, torua, ſaxifica*, Ouid.

MEDVSAE caput ex quo nati Chryſaor magnus, & Pegaſus equus, vt canit Heſiod. *monſtrum vipereum, Gorgoneum, anguiferum*, Ouid.

MEGAERA vna Furiarum, dicta, ἀπὸ τοῦ μεγαίρειν, quod eſt, odio habere, Lycoph. interpres. *Tartarea*, Virg.

MEGARA, Herculis vxor, quam illi Creon Thebarum rex admiratus adoleſcentis virtutem filiam nuptui deſpondit, vrbis veluti filio curam permiſit, qui quum omnia abſoluiſſet certamina, Megaram vxorem Iolao propter parētis erga liberos ſuos officia conceſſit: exiſtimans amplius ex ea liberos ſuſcipere calamitoſum fore, vxorem vna cum liberis in inſaniam verſus ſagittis velut hoſtes appetiit, paulatim abſcedente dementia præteritum recognoſcens facinus doluit ex tanta calamitate, Homerus, Diodor. Lycophron. interpres. Hyginus, Seneca. *Herculis vxor*, Ouidius.

MEGARA multitudinis numero, & ſingulari, vrbs iuxta Iſthmum media inter Peloponenſem Atticam & Bœotiam, quondam Atticæ pars, dicta à Megareo Apollinis, vel Aegei filio rege, cui ſucceſſit Alcathous Pelopis filius, ducta eius ob occiſum Cithæroniū Leonem in matrimonium filia, ſed è duabus quæ Mægaris erant arcibus ab Alcathoo altera Alcathoe dicta eſt quam ipſe condidit, in qua Apollo cum vnà Arcē cōſtrueret lyram depoſuit ſuper lapidem qui neruorum ſonum attraxit. Niſo Pandionis filio Megara ſorte obuenit, qui Niſeam condidit. Philochorus ſane eius principatum ab Iſthmo Pythiū

vſque

vſque peruenire ſcriptis ſuis prodidit: Andron autem Eleuſinẽ vſque campumque Thriaſium. Habuit Philoſophorum ſtudia quos appellant Megaricos, qui Euclidi Socratis auditori succeſſere. Eſt autem Megarenſis ager ſicut & Atticus aſper nimiumque ferax, cuius partem ampliorem continent montes, quos Oneos, id eſt Aſinarios vocant, Pauſan. Strabo, Palæphat. Stephan. Plin. *Vrbs Alcathoi Pelaſga*. Sunt enim aliæ vrbes hoc nomine, vt in Sicilia, Ponto, Illyrico. *mœnia Alcathoi, Lelegeia mœnia*. Ouid. Leleges enim & Cares totam Ioniam occuparunt, quos cum Iones expuliſſent ipſi regionem occuparunt. Cæterũ Iones vnà cum Dorienſibus Megaram condiderunt, Iones verò iidem qui & Attici ſunt, quorum pais Megara fuit, vt ſupra diximus, author Strab.

MELAS Ciliciæ amnis, redditur & Melas Bœotiæ, Cappadociæ, Theſſaliæ, Thraciæ, Lydiæ, Strabo, Plinius. *Mygdonius*. Ouid. Alibi diximus ex Strabone, Ciliciam Lydiamque vix à Phrygia quæ Mygdonia dicitur, diſcerni poſſe.

MELLA amnis Galliæ Ciſalpinæ Brixiæ opulentiſſimo municipio, Cenomanorum capiti vicinus, à quo Amellum herba nomen accepit, Catullus, Virgilius. *Flauus, mollis*, Catullus. *Curuus*. Virgilius.

MELLA, *dulcia, flaua*. Lucretius. *Roſcida, aeria, cœleſtia dona, tenacia, fragrantia, nectar liquidum, liquentia, humida, dulce nectar*. Virg. *Mopſopia*. Tib. *Redolentia, Attica, Hymettia*, Hymettus nanque Atticæ mons mel mittit optimum, Teſtes Strabo, & Plin. *Splendida*. Ouid.

MELAMPVS Amythaonis & Dorippes filius, vt alij Aglaię, huius fama diuinationis artibus nota eſt, ab hoc appellatur vnum Hellebori genus, Melampodion, Dracones Melampodi aures lambendo dediſſe, vt aurium cantus intelligeret traditum eſt. Hic Proetidas, hoc eſt Proeti Argiuorum regis, & Sthenobœæ filias, Helegen & Celænen ſiue Lyſippen & Iphianen propter Bacchi ſiue Iunonis iram furentes, ac ſe vaccas putantes, ab inſania in Luſis Arcadiæ vrbe, apud Clitorium fontem curauit, cuius rei gratia Anaxagoras Megapenthi filius Argiuorum rex eum donauit duabus regni partibus. Idem Argis quum moraretur Biante fratre conſorte regni facto Iphianiram filiam Megapenthi vxorem accepit, ex qua protulit Antiphatem, Mantum, Biantem, Pronoen, ex Antiphate Oecleus, ex

Oecleo

Oecleo Amphiaraus, ex quo Amphilochus Vates, authores Steph. Euſtathius, Apollonij & Homeri Interp. Diod. Aelianus, Probus, Vitruuius, Plin. Seruius *Amythaonius*, Virgilius. *Amythaone natus*, Ouid.

MELANTHVS amnis in Themiſcyra regione Cappadociæ, quem Plin. niſi vitium in exemplaribus eſt, Melanthiũ vocat, Pontico mari miſcetur, vt ait Ouidius. *Tacite peragens lene iter*, Ouidius.

MELEAGER Oenei & Althææ filius, Homero, Pauſaniæ, Fabula trita eſt ex Ouidio, Diodoro, Ariſtophanis interprete, *Calydonius heros, Oenides, Mauortius, natus Althææ, Theſtiades*, Ouid. ab Althæa Theſtij filia.

MELICERTES Athamantis & Inus filius, qui poſtquã à matre in mare præcipitatus eſt, Maris numen effectus eſt, & pro Melicerta Portunus atque Palæmon vocitatus. Ouidius, Firmianus, Seruius, Feſtus. *Inous*, Virg. *Athamantides*, Ouid.

MELITE Siciliæ inſula quæ Pachyno imminet, de qua Catelli portantur quos Melitæos vocant, Ariſtoteles, Strabo, Diodor. Ptolemæus. Plin: alios authores ſecutus inter Illyricum & Corcyram nigram haberi dicit, Callimachum ait ita prodidiſſe, Stephanus quoque in hunc modum ſcribit, Melita inſula eſt inter Italiam Epirumque poſita, vnde Melitæi canes appellantur. Eſt & alia vrbs hoc nomine Carthaginenſium colonia. quid quod Antonius Imperator in Itinerario Dalmatię facit inſulam Meliten? hoc ordine, Abſorus, Bratia, Iſſa, Liſſa, Corcyra, Melite. *Ferilis*, Ouidius.

MEMBRANA, *textilis*, Ouidius.

MEMNON Auroræ & Tithoni filius, ex quibus etiam Emathion natus, quẽ Hercules interemit, Homerus, Heſiod. Pindarus. Diodorus Idam matrẽ dicit, Aeſchylus Ciſſiam, Anthyllã ſororẽ habuit, à qua Aegypti vrbs nomẽ accepit vt ait Euſtathius. Memoriæ traditum eſt auxiliũ Troianis ab Aſſyriis miſſum, dux præſidij Memnon fuit, Cum enim Priamus bellũ oppreſſus ab rege Teutamo præſidium, vtpote Aſſyriis ſubiectus, per legatos poſtulaſſet, illæ decem millia Aethiopum, totidemq; Suſianorum, cum ducentis curribus duce Memnone ad Troiã miſit. Erat tunc Tithonus præfectus Perſarum acceptus maxime regi, Memnon vero ætate florens, ac animi corporiſq; pręſtans viribus maxime ea tẽpeſtatę vigebat. Aedificaſſe cũ ferũt

in Suſis loco excelſiori regiam quæ vſque ad Perſarum imperiũ permanſit Memnonia ab illis denominata. Statuit & viam publicam, in ea regione, quæ adhuc Memnonia vocatur. Aſſerunt qui ſunt in Aegypto Aethiopes Memnona iis in locis natum, oſtendentes antiquam illius regulam, quam Memnoniam dicunt, ſed conſtat illum Troianis cum viginti peditum millibus, curribus ducentis auxilio fuiſſe, multoſque græcos pugnantem occidiſſe, tandem per inſidias à Theſſalis interfectum. Corpus eius ab Aethiopibus erectum, crematum que extitiſſe, oſſaque eius ad Tithonum delata, authore Diodor. quin alibi ab Achille occiſum Memnonem tradit. Plinius adijcit, omnibus annis aduolare Ilium ex Aethiopia aues & confligere ad Memnonis ſepulchrum, quas ob id Memnonides vocant. Hoc idem quinto quoque anno facere eas in Aethiopia circa regiâm Memnonis exploratum ſibi Cremutius tradit, vt refert Plin. *Aethiops*. Cat. *Niger, filius Auroræ*. Virg. *ater*. Ouid.

MEMPHIS vrbs Aegyptiorum regia, quam Ogdous rex condidit, ambitus ſtadiorum centum & quinquaginta, vrbs omnium Aegypti præclariſſima opportuniori eius oræ loco, vbi Nilus in plures ſciſſus partes efficit formam Deltæ, vrbs magna & populoſa. Ibi Apidis templum, itemque Veneris fanum quæ græca dea cenſetur, quidam Lunæ id dicunt. Eſt etiam Serapium in loco valde harenoſo, adeo vt haterræ cumuli à ventis exaggerentur, Strab. Diod. Solin. Herodot. Plin. *Carens Sithonia niue*. Horatius

MENANDER poeta Comicus Athenienſis, Diopythis & Hegeſiſtratæ filius, floruit regnante Athenis Diocle, per ea fere tempora quibus primum ludi Scænici inſtituti ſunt. P. Sulpitio poetico & Cn. Licinio Stolone Conſs. Periit non multo antequam Liuius Andronicus. Reliquit 108. fabulas. Magnum Menandro in Comico ſocco teſtimonium regûm Aegypti & Macedoniæ contigit claſſe & per legatos petito, Maius ex ipſa regia fortuna prælata literarum conſcientia. Suid. Pli. Gellius, Quintilianus. *Doctus, mundus*. Prop. *iucundus*, Ouid.

MENDACIVM, *turpe*. Ouid.

MENELAVS Atrei & Aeropes Creſſæ filius Homero; Euripidi, vnde Cretenſis à Lycophrone dicitur, Laconicæ regimen tenuit. *Atrides*. Virg.

MENS, *animus, memor, ſagax*. Lucretius. *Alta*, Virgilius. *Ardua*

Ardua, celeris. Ouidius.

MENOETIVS & Irus Actoris filij ex Aegina Aſopi filia quā poſt Aeaci obitum vxorem duxit. Ex Menœtio Patroclus, ex Iro Eurytion vnus Argonautarū nati ſunt, Apollo. & Pind: interp. *Actoridæ pares.* Ouid. Cæterum Actor Myrmidone Iouis filio natus eſt, vt ait Euſtathius.

MENSA, *pinguis.* Catul.

MENSIS, *voluendus.* Virg.

MENSOR, *cautus.* Ouid.

MENTA herba omnibus nota, quam Græci Minthen, & ob ſuauitatem odoris Hedyoſmon vocant. Dioſcorides, Theophraſtus. In eam Minthe Plutonis pellex à Proſerpina mutata eſt, vt canit Nicander. & eum ſecutus Ouid. Oppianus vero à Cerere mutatam canit. *Virens, olens*, Ouid.

MEPHITIS proprie terræ putor qui de aquis naſcitur ſulphuratis, & eſt in nemoribus grauior ex denſitate ſyluarum. Alij Mephitim Deum volunt Leucothoe connexum, ſicut eſt Veneri Adonis, Dianæ Virbius, alij Mephitim Iunonem volũt, quam aerem eſſe conſtat. Nouimus enim putorem non niſi ex aeris corruptione naſci, ſicut etiam bonum odorem de aere incorrupto, vt ſit Mephitis dea odoris grauiſſimi, id eſt, male olẽtis. Seruius. Plinius verò ad hunc modum ſcribit. In Hirpinis Amſancti ad Mephitis ædem locus, quem qui intrauere moriuntur. *Sæua.* Virg.

MERCVRIVS Maia & Ioue natus, Homero, Heſiod. Quinque Mercurios vetuſtas coluit, vt refert Cicer. Mercurius vnus Cœlo patre, Die matre natus: cuius obſcænius excitata natura traditur, quod aſpectu Proſerpinæ cõmotus ſit. Alter Valẽtis & Phoronidis filius is qui ſub terris habetur, idẽ Trophonius. Tertius Ioue tertio natus & Maia, Ex quo & Penelope Pana natum ferunt. Quartus Nilo patre, quem Aegyptij nefas habent nominare. Quintus quem colunt Pheneatæ, qui Argum dicitur interemiſſe: ob eamque cauſam in Aegyptum profugiſſe, atque Aegyptiis leges & literas tradidiſſe. Hunc Aegyptij Thoyth & Thoth appellabant, eodemque nomine anni primus menſis, hoc eſt September, apud eos vocatur. Mercurius verò dictus à mercibus, hunc etenim negotiorum omnium exiſtimabant eſſe deum. Feſtus. Quemadmodum Hyginus refert, quinta ſtella earum quæ Planetæ dicũtur Mercurij nomine ap-

 pellatur,

pellatur. Sed hæc eſt breuis & clara. Hæc autem Mercurio data exiſtimatur, quod primus menſes inſtituerit, & præuiderit ſiderum curſus. Euhemerus autem ait primam Venerē aſtra conſtituiſſe, & Mercurio dēmonſtraſſe. Hunc, author. Diod. primum & verba in ordinē redegiſſe, & multis indidiſſe rebus nomina proditum eſt. Fuiſſe quoque literarum innentorem aiunt, inſtituiſſeque quo honore quibuſue ſacris colerentur Dij, In primis obſeruator aſtrorum curſus fuit, & vocum harmonias adinuenit. Palæſtræ, numerorumque, & ad corpora curāda medicinæ artis, Lyræ inſuper ex neruis trium chordarum inſtar triū anni temporum repertorem tradunt. Tres enim inſtituit voces, acutam, grauem, & mediam, Acutam ab Aeſtate, grauem ab hieme, mediam à vere ſumens. Hic & Græcos docuit verborum interpretationem, vnde & ipſum Hermen, hoc eſt interpretem, appellarunt, Tribuuntur præterea mercurio preconia, diſſidia, ac fœdera quę in bellis fiunt, Pręcones quoque adijciuntur qui internūtij eſſe ſolent, ob eamque rem ab hoſte tuti. Vnde & ipſum communem vtriſque dicunt, cum ambobus vtilitatis communis ac pacis mutuę interpres exiſtat Menſuram inſuper, ac pondus, & mercaturę quęſtum reperiſſe affirmant, occulteque inuicem peculandi modum. Pręco etiam deorum traditur, nunciuſque optimus, quoniam mandata diligenter perficiat. Vnde & interpretis nomen aſſumpſit, pręterea ex teſtitudinis forma Lyram adinueniſſe ferunt, poſt Apollinis cum Marſya contentionem. Hęc ex Diodoro. *Cyllenius*, vel quia, vt ait Coruilius, Iouis & Cyllenes filius fuit, vel quia in Cyllene Arcadię monte editus eſt vt ait Virgilius, Feſtus ita, Cyllenius Mercurius dictus quod omnem rem ſermo ſine manibus conficiat, quibus partibus corporis qui carent κύλλοι vocantur; ideoque quadratum eum fingunt, alij volunt ſic appellatum quod in Cyllenia via ſit nutritus, alij quod in monte Arcadię Cylleno, alij quod à Cyllene nympha ſit. educatus. *Maia genitus, proles Cyllenia, interp. diuum latrator Anubis*, Virgilius; quia, vt ait Seruius, capite canino pingitur. Hunc volunt eſſe Meccurium, quia nihil eſt cane ſagacius. Pingit & Aegyptus, teſte Plinio, argentum, vt in vaſis Anubim ſuum ſpectet pingitque non cęlat argentum. Scribit Diodorus Anubim filium fuiſſe Oſiridis, qui canem geſtabat tanquam armorum inſignia, ex quo Aegyptij Canem venerantur, & Anubim

deum

deum canino capite effingunt. *Facundus, Nepos Atlantis, catus, celer.* Horat. *Latrans Anubis.* Propert. *Ioue natus, Atlantiades, caducifer, deus ales, agilis, Atlantis Pleioneſque nepos, velox, pacifer, verendus, Pleiade natus, Clarus.* Ouid.

MERCATOR, *diues.* Horatius.

MERETRIX, *ſcortum, auara.* Catullus. *Periura, deuis, arguta;* Horat. *Mercabilis.* Ouid.

MERGI aues, dicti quod mergendo in aquam captẽt eſcã, Varro, Feſtus pennas roſtro purgantes, mariaque aut ſtagna fugientes ventos prædicunt. Nidificant in Arboribus, pariunt incipiente vere. Inter aquaticas ſoliti ſunt deuorare quæ cæteræ reddunt, author Plin. *Celeres, Aprici.* Virg.

MEROE ciuitas Aethiopiæ, regni caput, eodem nomine quo & inſula. Hanc inſulam Clypei figuram habere dicunt; cuius magnitudo fortaſſe ſupra verum dicta eſt lõgitudine trium milium ferme ſtadiorum, amplitudine mille, ea montes frequẽtes habet, & nemora immodica, habitant partim paſtores, partim venatores, partim agricolæ. Sunt in ea ærariæ, ferrariæ & auratiæ officinæ, & precioſorum lapidum genera. Libyam verſus magnis quibuſdam harenæ cumulis ambitur, Arabiam verſus continuis præcipitiis, Auſtrum verſus fluminum concurſu, Aſtabora, Aſtapoda, & Aſtaſoba, à Septentrione eſt Nili decurſus vſque in Aegyptum ſecundum antedictam fluminis obliquitatem. Ciuitatum domus ex palmaceis ſtrigmentis ſunt cõtextæ, parietes etiam ex lateribus, ſales apud eos foſſiles ſunt, quemadmodum & in Arabia. Abũdant arboribus, Palma, Ebeno, Perſico, & Siliquaſtro, Venãtur elephãtes, leones & Pardos, Dracones habent qui cum elephantis pugnant, & multas alias feras, quæ à toſtis & aridis locis ad aquoſa & paluſtria confugiunt. Herodotus, Strabo, Plin. *Cephea.* Propertius.

MERVM, *feruidum* Horat. *Liquidum.* Ouid.

MESSENE Meſſeniæ regionis in Peloponneſo vrbs à Lacedæmoniis quidẽ decennali obſidione tandẽ diruta, à Thebanis vero inſtaurata, Strabo, Plinius, Mela, Iuſtinus. *Ferax.* Ouid.

MESSIS, *rubicunda, ſpicea, triticea.* Virg. *Frugifera.* Ouid.

MESSOR, *durus.* Ouidius.

METRA, ſiue, vt alij, Meſtra. Eriſichthonis filia, in varias formas mutari ſolita, vnde prouerbiũ græcis, Mutabilior Metra Eriſichthonis, in eum qui ſecum non conſtat. Fabulam tractat

Ouid. & Tzetzes. *Generoſa, Triopus.* Ouid. ab auo Triope.

METVS, *gelidus, pauidus.* Ouid.

MEVANIA Vmbriæ ciuitas, Propertij patria nobilis, præter quam labitur Teneas, qui & ipſe paruulis ſcaphis collectos ex agro fructus deuehit in Tyberim, author Strabo. *Nebuloſa.* Propertius.

MEZENTIVS Etruſcorum rex, qui auxilium Rutulis contra Latinos tulit vini mercede quod rum in agro latino fuiſſet, Liuius, Varro, Iuſtinus, Dionyſ. Halicarnaſſ. Virgil. *Aſper, contemptor diuum, horrendus viſu, Etruſcus, acer, Tyrrhenus, ſuperbus.* Virg. *Thuſcus, ingens.* Ouidius.

MIDAS Gordij filius, Phrygiæ maioris rex, qui Ancyram vrbem condidit, cuius infinitæ opes in Prouerbium abierunt. Notus monimentis Suidæ Stephani, Tzetzæ, Diogeniani, Ariſtophan. interpretis, Iuſtini, Ouidij. *Berecyntius heros.* Ouidius.

MILETVS Euxantij Myconis filius, vt alij Apollinis & Areæ Cleochi filiæ, qui quum Minois iram fugeret in Samum profugit, à quo & locus ibi Miletus appellatus, Inde in Cariam profectus vrbem de ſuo nomine Miletum condidit, quæ & Anactoria dicta eſt ab Anace Cœli Terræque filio, Euſtathius, Interpres Apollonij *Robore iuuentæ, Phœboque parente ſuperbus. Deionides,* Ouidius. Ego nuſquam cur Deionides dicatur quicquam legi.

MILES, *impiger.* Virg. *Fortis, durus.* Tibull.

MILITIA, *fera.* Lucret. *Grauis, acris, Saeua.* Horatius.

MILVIVS, *volucris rapidiſſimus, auidus* Ouid.

MIMAS gigas apud Apollonium Rhodium, & Callimachum, & Claudianum. Eiuſdem nominis eſt Mons apud Erythras Ioniæ vrbem arboribus fertilis, & venationi aptus, vt ait Euſtathius. *Validus* Horatius.

MINAE, *tumidæ* Horat. *Saeuæ, rigidæ.* Ouidius.

MINCIVS Galliæ Ciſalpinæ amnis, qui ex alpibus fluēs Eridanum illabitur, cum Lacus Benacus emittit, Plin. Strabo. *Viridis, ingens, tardus.* Virgilius.

MINIVM, quod in Hiſpania ex lapide quodā argentariæ harenæ miſto conficitur, aliter autem non diſcernitur. In fornace ſiquidem excoctum minium floridum & fulgentiſſimum colorem contrahit, habetque in fodinis exitialem & qui ſtranguIet

ulet halitum, Ideo faciem veſicis muniunt qui in officinis id tractant, ne reſpirando lethalem aerem trahant, & nihilo ſecius per eas videant. Vtuntur eo pictores in elegantioribus parietũ tectoriis, authores Dioſcorid. Plin. Vitruuius. *Rubens* Tibull. *Iberum*. Propertius.

MINISTER, *Sedulus*. Horat. *Succinctus*. Ouid.

MINOS Cretę rex, Ioue & Europa natus, vt canit Homerus, qui Dędalum claſſe perſecutus ad Cocalum Siciliç regem, ab Cocali filiabus calidis aquis per caput infuſis extinctus eſt. Plutarch. Pauſanias, in Achaicis. Diodorus Siculus, Herodotus multa. *Magnanimus*. Catull. *Quęſitor*, Virg. *Magnus*. Propert. *Dux Europius, Cnoſiacus, Legifer*. Ouid.

MINOTAVRVS, qui & Aſterus dictus eſt, ex Paſiphae natus, tradunt enim Paſiphaen Minois vxorem quum Taurum adamaret ſignum boui ſimile à Dędalo factum, atque ita tauro ſuppoſitam deſiderio potitam. Ante hoc tempus Minoem quotannis ferunt ſpecioſiſſimum omnium taurum Neptuno ſolitum ſacrificare, quum ei Taurus eſſet cæteris præſtantior alium ſacrificauit deteriorem, qua ex re iratus Minoi Neptunus eius Tauri amorem Paſiphaæ iniecit, cui arte Dædali ſuppoſitã decantatum fabulis genuit Minotaurum natura duplici, vt qui vſque ad humeros taurus cætera homo eſſet. Ad hoc nutriendum monſtrum aiunt à Dædalo Labyrinthum fabrefactum, difficiles habentem egreſſus & inſciis irremeabiles, in quo recluſo Minotauro ſeptem Athenienſes pueri, totidemque virgines ſingulis annis dabantur. Hunc Theſeus Dædali ope ſuſtulit, authores Plutarch. Diodor. Lycoph. interpres. Minotauri effigies, inquit Feſtus, inter ſigna militaria eſt quoniam non minus occulta eſſe debent conſilia ducum, quam fuit domicilium eius Labyrinthus. *Sæuus, Indomitus*. Catull. *Miſtum genus, prolesque biformis, Veneris monimenta nefandæ*. Virg. *Monſtrum biforme, Semibos, Semiuir*. Ouidius.

MINTVRNAE Campaniæ ciuitas, Straboni, Pomponio Melæ, Liuio. *Graues*. Ouidius: ſunt enim paludoſæ, quod Iuuenalis his verſibus teſtatur.

Exilium & carcer, Minturnarumque paludes,
Et mendicatus victa Carthagine panis.

MISENVS Aeoli filius, Phrygius miles, Aeneæ tubicen, Mela, Feſtus, Virgilius.

qui ſuperabantur valuis affigebat, vt reliquos deterreret. Idas qui filius Apharei dicebatur, ſed re vera Neptuni erat, ex certamine victor Euenum in deſperationem egit, ita vt ſe in Lycorniam fluuium præcipitauerit, cui & nomen dedit, Marpiſſamque puellam in Dianæ templo choreas agentem rapuit, quam Apollo dum Idæ eripere conatur, indicit certamen, Iupiter Mercurium miſit vt contentione depoſita Marpiſſa vtrum vellet virum ſequeretur, Idam elegit, verita ne poſt florem iuuentæ à Phœbo deſereretur. Huius rei teſtes Homer. eiuſque interp. Hyginus, Plutarch. Strabo. *Eueni filia, diſcordia Idæ & Phœbe*. Proper.

MARS qui poetis Mauors dicitur, Ioue & Iunone natus, vt Heſiodo placet, vt Ouidio ex Iunone ſine viro conceptus in campis Oleniis tacto flore quem Flora Zephyri coniux indicauit. Martem, inquit Diodorus, fabulæ tradunt primum fabricatis armis armaſſe milites, pugnandique ac certandi morem induxiſſe, eos qui diis aduerſi eſſent interficientem. Mars dictus ab eo quod maribus in bello præeſt, aut quod à Sabinis acceptus ibi eſt Mamers, Varro. *armipotens*. Lucret. *Pater Gradiuus*, Gradiuus appellatus eſt à gradiendo in bello vltro citroque, ſiue à vibratione haſtæ, quod Græci dicunt κραδαίνειν, vel vt alij dicunt, quia gramine ſit ortus, quod interpretantur, quia corona graminea in re militari maximæ eſt honorationis, author Feſtus: *Durus, impius, indomitus, magnus, bellipotens, ſanus*. Virgilius. *Torvus*. Horatius. *Audax, Romanus*. Tibullus. quod ingenioſiſſimus & doctiſſimus poeta his carminibus exponit.

Et tamen ante omnes Martem coluere priores,
Hoc dederat ſtudiis bellica turba ſuis,
Pallada Cecropidæ, Minoia Creta Dianam
Vulcanum tellus Hypſipylæa colit,
Iunonem Spartæ, Pelopeiadeſque Mycenæ,
Pinigerum Fauni Mænalis ora caput.
Mars Latio venerandus erat, quia præſidet armis,
Arma feræ genti remque decuſque dabunt.
Quod ſi forte vacat peregrinos inſpice faſtos,
Menſis in his etiam nomine Martis erat.

Et Feſt. ait, Martialis quod conditor ac vrbis parens Mars. *Rapax*. Prop. *Ferox, impauidus, fortiſſimus, ſanguineus, bellicus, arbiter*

biter armorum, armiger, fortis. Ouid.

MARSYAS Hyagnis, qui primus tibia cecinit, filius. Hic conditor in Deos muſicarum legum Olympū Phrygium diſcipulum habuit tertium tibiarum conditorem. In regione Aulocrene, per quam ab Apamea in Phrygiam itur, Platanus oſtenditur ex qua pepēdit Marſyas ab Apolline victus, quæ iam tum magnitudine electa eſt. Apud Celænas Phrygiæ vrbem viſitur ſuſpenſa Sileni Marſyæ pellis in vtrem formata, quam à Phrygibus fertur Apollo illi detractam ſuſpendiſſe, ex auth. Plutarc. Strab. Plin. Liu. Herodot. Suida. Fabula extat apud Diodor. & Ouid. *Satyrus, Phryx, Phrygius*, Ouid.

MARSYAS Phrygiæ amnis qui Apameam vrbem mediam perlabitur, ab ipſa ortum habens, ſed vehementi ac prono flumine in ſuburbanum delatus immittit in Mæandrum, qui iam Orgam amnem accepit per planitiem æqualem leniter ac placide delapſum, ex lacu quodam, qui calamum gignit ad tibiarum linguas idoneum, Marſyæ ac Mæandri fontes emanare ferunt. Nomen ei dedit Marſyas de quo ſuprà diximus, è cuius ſanguine Satyri, & Marſyas amnis editi ſunt: Marſyas verò prius Midæ fons appellabatur. Palæphatus, Plutarchus, Strabo, Plinius, Liuius. *Phrygiæ liquidiſſimus amnis. Phrygium flumen*, Ouidius.

MASSICA Cāpaniæ mons, qui & Maſſicus, *vino inclytus*, Plin. *Felicia Baccho*. Virg.

MATER, *genitrix chara*, Virg.

MAVRITANIA prouincia in Africa, quæ nigros habet colonos. Eſt autem in extremo Africæ verſus Gaditanum fretum & occidentale oceanum. Regio eſt diues, cæterum ſolo di-mor, & adeo fertilis, vt frugum genere non modo quæ inferuntur benigniſſimè procreet, ſed quædam ſponte profundat. Eſt autem duplex: Cæſarienſis à ciuitate Cæſarea dicta, & Tingitana itidem à Tingi vrbe. Mela. Plinius, Stephan. *Tuba tellus, arida*, Hor.

MAVRI, qui à Græcis Mauruſij appellantur, Lybicum genus, & opulentum & magnum; eos Romani & indigenæ Mauros vocant, & Iberiæ ſunt oppoſiti. Strabo. *Gens Mauruſia*, Virg. *acres*. Horat.

MEDEA, vt ait Heſiodus, Aeetha Colchorū rege & Idya Oceani filia nata, vt Dionyſius Mileſius Aeeta & Hecate, qui

Nau-

Naupactica ſcripſit, Eurylyten matrem ei tribuit, Sophocles Neæram vnam Nereidum, Apollonius Aſterodiam Caucaſiam nympham. Medæam tùm à matre Hecate, tum à ſorore Circe ſingula veneficia edoctam diuerſis moribus vixiſſe ferunt. Nam & hoſpites eripiebat à vitæ diſcrimine, & ſæpe apud patrem precibus pro damnatorum ſalute intercedebat; quandoque ipſamet captos dimittens. Recenſere autem ſingula quæ à Diodoro, cæteriſque conſcripta ſunt & longum eſſet, & minime neceſſarium. Illud tamen minime ſilentio prætereundum eſt, Solinum ex Caio Cœlio Angitiam Medeæ ſororem afferere, quæ Fucino lacui vicina loca occupauerit, ibiquè propter egregiam medendi artem pro Dea habitam, quum tamen Seruius Medeam à Marrubiis populis Angitiam appellatam ſcribat, ab angendis carmine Anguibus. *Impudica*, Horat. *Colchis Cyteis*, Cytæa Colchidis vrbs Medeæ Patria, vnde Medea Cytæis dicta Lycophroni. Authores eius & Apollonij interpres, & Steph. *Nocturna*, Propert. Porphyrius namque Magos ſacrificare diis noctu ſolitos tradit, & Euſebius repetit. *Aeetias*, *regia virgo*, *Phaſias*, *Aemonia*, propter Iaſonem virum Theſſaliæ regem, venefica, impia, vtpote quæ relicto Iaſone cum Corinthi illa regnaret filios quos ex Iaſone ſuſceperat occiderit, Abſyrtũ fratrem, quem alij Axyrtum, alij Metapontium vocant diſcerpſerit, nihilominus tamen immortalitate donata eſt, vt ait Euripidis Interp. *barbara*, Ouid.

MEDIA regio in Aſia maiori, contermina Aſſyriæ & Perſidi. Eſt autem duplex, Maior cuius Metropolis Ecbatâna regni caput, Altera quæ Atropathia dicitur. Nomen accepit à Medo Medeæ filio, quem illa ex Aegeo Athenarum rege ſuſcepit, ſiue vt aliis placet, ex quodam clariſſimo in ſuperiori Aſia rege. Regio eſt ſumme opulenta, præterquam quod Septentrionalis montana tenuis eſt, quare ex arborum fructibus nutriũtur, Strabo, Diod. Steph. Ptolemæus, Pli. *Ditiſſima terra*. Virg.

MEDI populi Mediæ prouinciæ. *horribiles*, *pharetra decori*. Horatius.

MEDICINA *ars ſalutaris*. Hor. *ars medica*, Tibul.

MEDICAMEN. *validum*. Ouid.

MEDIOCRITAS, *aurea*, Hor.

MEDVLLAE, *molles*, *imæ*. Catullus. *Bibulæ*, *tenues*, *teneræ*. Ouidius.

MEDVSA

MEDVSA, quam Phorcys Cetoque Maris Terræque liberi ediderunt, vna cum Stheno & Euryle ſororibus quæ ambæ immortales fuerunt. Ipſa à Perſeo ope Palladis obtruncata, hiſtoriam narrant Diod. Heſiod. Palæphatus, Pindar, & Lycoph. int. fabulam percurrit Ouid. & Orpheus in hymnis, qui Meduſā non à Perſeo ſed ab ipſa Pallade trucidatam ſcribit. *Gorgon.* Gorgones ſorores tres ab Heſiodo nuncupantur, quia γόργος græcis, terribilis, velox, verſibilis, & γοργωπὸς & γοργῶπις viſu celer, aſpectu truculentus. *Sæua*, Virg. *Anguifera*, *Phorcys*, Proper. *Anguicoma*, ob Meduſæ ceruices colubris ſibilantibus obſitas, cuius aſpectu homines in ſaxa vetuſtas obduruiſſe finxit, vt ait Ouidius. *Phorcynis horrenda, monſtrum colubriferum, torua, ſaxifica*, Ouid.

MEDVSAE caput ex quo nati Chryſaor magnus, & Pegaſus equus, vt canit Heſiod. *monſtrum vipereum, Gorgoneum, anguiferum*, Ouid.

MEGAERA vna Furiarum, dicta, ἀπὸ τοῦ μεγαίρειν, quod eſt, odio habere, Lycoph. interpres. *Tartarea*, Virg.

MEGARA, Herculis vxor, quam illi Creon Thebarum rex admiratus adoleſcentis virtutem filiam nuptui deſpondit, vrbis veluti filio curam permiſit, qui quum omnia abſoluiſſet certamina, Megaram vxorem Iolao propter parētis erga liberos ſuos officia conceſſit: exiſtimans amplius ex ea liberos ſuſcipere calamitoſum fore, vxorem vna cum liberis in inſaniam verſus ſagittis velut hoſtes appetiit, paulatim abſcedente dementia præteritum recognoſcens facinus doluit ex tanta calamitate, Homerus, Diodor. Lycophron. interpres. Hyginus, Seneca. *Herculis vxor*, Ouidius.

MEGARA multitudinis numero, & ſingulari, vrbs iuxta Iſthmum media inter Peloponenſem Atticam & Bœotiam, quondam Atticæ pars, dicta à Megareo Apollinis, vel Aegei filio rege, cui ſucceſſit Alcathous Pelopis filius, ducta eius ob occiſum Cithæronium Leonem in matrimonium filia, ſed è duabus quæ Mægaris erant arcibus ab Alcathoo altera Alcathoe dicta eſt quam ipſe condidit, in qua Apollo cum vnà Arcē cōſtrueret lyram depoſuit ſuper lapidem qui neruorum ſonum attraxit. Niſo Pandionis filio Megara ſorte obuenit, qui Niſeam condidit. Philochorus ſane eius principatum ab Iſthmo Pythiū

vſque

vſque peruenire ſcriptis ſuis prodidit: Andron autem Eleuſinē vſque campumque Thriaſium. Habuit Philoſophorum ſtudia quos appellant Megaricos, qui Euclidi Socratis auditori ſucceſſere. Eſt autem Megarenſis ager ſicut & Atticus aſper nimiumque ferax, cuius partem ampliorem continent montes, quos Oneos, id eſt Aſinarios vocant, Pauſan. Strabo, Palæphat. Stephan. Plin. *Vrbs Alcathoi Pelaſga.* Sunt enim aliæ vrbes hoc nomine, vt in Sicilia, Ponto, Illyrico. *mœnia Alcathoi, Lelegeia mœnia.* Ouid. Leleges enim & Cares totam Ioniam occuparunt, quos cum Iones expuliſſent ipſi regionem occuparunt. Cæterū Iones vnà cum Dorienſibus Megaram condiderunt, Iones verò ijdem qui & Attici ſunt, quorum pars Megara fuit, vt ſupra diximus, author Strab.

MELAS Ciliciæ amnis, redditur & Melas Bœotiæ, Cappadociæ, Theſſaliæ, Thraciæ, Lydiæ, Strabo, Plinius. *Mygdonius.* Ouid. Alibi diximus ex Strabone, Ciliciam Lydiamque vix à Phrygia quæ Mygdonia dicitur, diſcerni poſſe.

MELLA amnis Galliæ Ciſalpinæ Brixiæ opulentiſſimo municipio, Cenomanorum capiti vicinus, à quo Amellum herba nomen accepit, Catullus, Virgilius. *Flauus, mollis*, Catullus. *Curuus.* Virgilius.

MELLA, *dulcia, flaua.* Lucretius. *Roſcida, aeria, cæleſtia dona, tenacia, fragrantia, nectar liquidum, liquentia, humida, dulce nectar.* Virg. *Mopſopia.* Tib. *Redolentia, Attica, Hymettia,* Hymettus nanque Atticæ mons mel mittit optimum, Teſtes Strabo, & Plin. *Splendida.* Ouid.

MELAMPVS Amythaonis & Dorippes filius, vt alij Aglaię, huius fama diuinationis artibus nota eſt, ab hoc appellatur vnum Hellebori genus, Melampodion, Dracones Melampodi aures lambendo dediſſe, vt aurium cantus intelligeret traditum eſt. Hic Proetidas, hoc eſt Proeti Argiuorum regis, & Sthenobœæ filias, Helegen & Celænen ſiue Lyſippen & Iphianen propter Bacchi ſiue Iunonis iram furentes, ac ſe vaccas putantes, ab inſania in Luſis Arcadiæ vrbe, apud Clitorium fontem curauit, cuius rei gratia Anaxagoras Megapenthi filius Argiuorum rex eum donauit duabus regni partibus. Idem Argis quum moraretur Biante fratre conſorte regni facto Iphianiram filiam Megapenthi vxorem accepit, ex qua protulit Antiphatem, Mantum, Biantem, Pronoen, ex Antiphate Oecleus, ex

Oecleo

Oecleo Amphiaraus, ex quo Amphilochus Vates, authores Steph. Euſtathius, Apollonij & Homeri Interp. Diod. Aelianus, Probus, Vitruuius, Plin. Seruius *Amythaonium*, Virgilius. *Amythaone natus*, Ouid.

MELANTHVS amnis in Themiſcyra regione Cappadociæ, quem Plin. niſi vitium in exemplaribus eſt, Melanthiũ vocat, Pontico mari miſcetur. vt ait Ouidius. *Tacite peragens lene iter*, Ouidius.

MELEAGER Oenei & Althææ filius, Homero, Pauſaniæ, Fabula trita eſt ex Ouidio, Diodoro, Ariſtophanis interprete, *Calydonius heros, Oenides, Mauortius, natus Althææ, Theſtiades*, Ouid. ab Althæa Theſtij filia.

MELICERTES Athamantis & Inus filius, qui poſtquã à matre in mare præcipitatus eſt, Maris numen effectus eſt, & pro Melicerta Portunus atque Palæmon vocitatus. Ouidius, Firmianus, Seruius, Feſtus. *Inous*, Virg. *Athamantides*, Ouid.

MELITE Siciliæ inſula quæ Pachyno imminet, de qua Catelli portantur quos Melitæos vocant, Ariſtoteles, Strabo, Diodor. Ptolemæus. Plin: alios authores ſecutus inter Illyricum & Corcyram nigram haberi dicit, Callimachum ait ita prodidiſſe, Stephanus quoque in hunc modum ſcribit, Melita inſula eſt inter Italiam Epirumque poſita, vnde Melitæi canes appellantur. Eſt & alia vrbs hoc nomine Carthaginenſium colonia. quid quod Antonius Imperator in Itinerario Dalmatię facit inſulam Meliten? hoc ordine, Abſorus, Bratia, Iſſa, Liſſa, Corcyra, Melite. *Ferilis*, Ouidius.

MEMBRANA, *tenuis*, Ouidius.

MEMNON Auroræ & Tithoni filius, ex quibus etiam Emathion natus, quẽ Hercules interemit, Homerus, Heſiod. Pindarus. Diodorus Idam matrẽ dicit, Aeſchylus Ciſſiam, Anthyllã ſororẽ habuit, à qua Aegypti vrbs nomẽ accepit vt ait Euſtathius. Memoriæ traditum eſt auxiliũ Troianis ab Aſſyriis miſſum, dux præſidij Memnon fuit, Cum enim Priamus bellũ oppreſſus ab rege Teutamo præſidium, vtpote Aſſyriis ſubiectus, per legatos poſtulaſſet, ille decem millia Aethiopum, totidemq; Suſianorum, cum ducentis curribus duce Memnone ad Troiã miſit. Erat tunc Tithonus præfectus Perſarum acceptus maxime regi, Memnon vero ætate florens, ac animi corporiſq; pręſtans viribus maxime ea tẽpeſtate vigebat. Aedificaſſe eũ ferũt

in Suſis loco excelſiori regiam quæ vſque ad Perſarum imperiū permanſit Memnonia ab illis denominata. Statuit & viam publicam, in ea regione, quæ adhuc Memnonia vocatur. Aſſerunt qui ſunt in Aegypto Aethiopes Memnona iis in locis natum, oſtendentes antiquam illius regulam, quam Memnoniam dicunt, ſed conſtat illum Troianis cum viginti peditum millibus, curribus ducentis auxilio fuiſſe, multoſque græcos pugnantem occidiſſe, tandem per inſidias à Theſſalis interfectum. Corpus eius ab Aethiopibus erectum, crematum que extitiſſe, oſſaque eius ad Tithonum delata, authore Diodor. quin alibi ab Achille occiſum Memnonem tradit. Plinius adijcit, omnibus annis aduolare Ilium ex Aethiopia aues & cōfligere ad Memnonis ſepulchrum, quas ob id Memnonides vocari. Hoc idem quinto quoque anno facere eas in Aethiopia circa regiam Memnonis exploratum ſibi Cremutius tradit, vt refert Plin. *Aethiops.* Cat. *Niger, filius Auroræ.* Virg. *ater.* Ouid.

MEMPHIS vrbs Aegyptiorum regia, quam Ogdous rex condidit, ambitus ſtadiorum centum & quinquaginta, vrbs omnium Aegypti præclariſſima opportuniori eius oræ loco, vbi Nilus in plures ſciſſus partes efficit formam Deltæ, vrbs magna & populoſa. Ibi Apidis templum, itemque Veneris fanum quæ græca dea cenſetur, quidam Lunæ id dicunt. Eſt etiam Serapium in loco valde harenoſo, adeo vt hateræ cumuli à vētis exaggerentur. Strab. Diod. Solin. Herodot. Plin. *Carens Sithonia niue.* Horatius

MENANDER poeta Comicus Atheníenſis, Diopythis & Hegeſiſtratæ filius, floruit regnante Athenis Diocle, per ea ferè tempora quibus primum ludi Scænici inſtituti ſunt. P. Sulpitio poetico & Cn. Licinio Stolone Cōnss. Periit non multo antequam Liuius Andronicus. Reliquit 108. fabulas. Magnum Menandro in Comico ſocco teſtimonium regúm Aegypti & Macedoniæ contigit claſſe & per legatos petito, Maius ex ipſa regia fortuna prælata literarum conſcientia. Suid. Pli. Gellius, Quintilianus. *Doctus, mundus.* Prop. *iucundus,* Ouid.

MENDACIVM. *turpe.* Ouid.

MENELAVS Atrei & Aeropes Creſſæ filius Homero; Euripidi, vnde Cretenſis à Lycophrone dicitur, Laconicæ regimen tenuit. *Atrides.* Virg.

MENS, *animus, memor, ſagax.* Lucretius. *Alta,* Virgilius. *Ardua*

Ardua, celeris. Ouidius.

MENOETIVS & Irus Actoris filij ex Aegina Aſopi filia quã poſt Aeaci obitum vxorem duxit. Ex Menœtio Patroclus, ex Iro Eurytion vnus Argonautarũ nati ſunt, Apollo. & Pind. interp. *Actoridæ pares.* Ouid. Cæterum Actor Myrmidone Iouis filio natus eſt, vt ait Euſtathius.

MENSA, *pinguis.* Catul.

MENSIS, *voluendus.* Virg.

MENSOR, *cautus.* Ouid.

MENTA herba omnibus nota, quam Græci Minthen, & ob ſuauitatem odoris Hedyoſmon vocant. Dioſcorides, Theophraſtus. In eam Minthe Plutonis pellex à Proſerpina mutata eſt, vt canit Nicander. & eum ſecutus Ouid. Oppianus vero à Cerere mutatam canit. *Virens, olens,* Ouid.

MEPHITIS proprie terræ putor qui de aquis naſcitur ſulphuratis, & eſt in nemoribus grauior ex denſitate ſyluarum. Alij Mephitim Deum volunt Leucothoe connexum, ſicut eſt Veneri Adonis, Dianæ Virbius, alij Mephitim Iunonem volũt, quam aerem eſſe cõſtat. Nouimus enim putorem non niſi ex aeris corruptione naſci, ſicut etiam bonum odorem de aere incorrupto, vt ſit Mephitis dea odoris grauiſſimi, id eſt, male olẽtis. Seruius. Plinius verò ad hunc modum ſcribit. In Hirpinis Amſancti ad Mephitis ædem locus, quem qui intrauere moriuntur. *Saua.* Virg.

MERCVRIVS Maia & Ioue natus, Homero, Heſiod. Quinque Mercurios vetuſtas coluit, vt refert Cicer. Mercurius vnus Cœlo patre, Die matre natus: cuius obſcœnius excitata natura traditur, quod aſpectu Proſerpinæ cõmotus ſit. Alter Valẽtis & Thoronidis filius is qui ſub terris habetur, idẽ Trophonius. Tertius Ioue tertio natus & Maia, Ex quo & Penelope Pana natum ferunt. Quartus Nilo patre, quem Aegyptij nefas habent nominare. Quintus quem colunt Pheneatæ, qui Argum dicitur interemiſſe: ob eamque cauſam in Aegyptum profugiſſe, atque Aegyptiis leges & literas tradidiſſe. Hunc Aegyptij Thoyth & Thoth appellabant, eodemque nomine anni primus menſis, hoc eſt Septem ber; apud nos vocatur. Mercurius verò dictus à mercibus, hunc etenim negotiorum omnium exiſtimabant eſſe deum. Feſtus. Quemadmodum Hyginus refert, quinta ſtella earum quæ Planetæ dicũtur Mercurij nomine ap-

pellatur. Sed hæc eſt breuis & clara. Hæc autem *Mercurio* data exiſtimatur, quod primus menſes inſtituerit, & præuiderit ſiderum curſus. Euhemerus autem ait primam Venerē aſtra conſtituiſſe, & Mercurio dēmonſtraſſe. Hunc, author. Diod. primum & verba in ordinē redegiſſe, & multis indidiſſe rebus nomina proditum eſt. Fuiſſe quoque literarum inuentorem aiunt, inſtituiſſeque quo honore quibuſue ſacris colerentur Dij. In primis obſeruator aſtrorum curſus fuit, & vocum harmonias adinuenit. Palæſtræ, numerorumque, & ad corpora curāda medicinæ artis, Lyræ inſuper ex neruis trium chordarum inſtar triū anni temporum repertorem tradunt. Tres enim inſtituit voces, acutam, grauem, & mediam, Acutam ab Aeſtate, grauem ab hieme, mediam à vere ſumens. Hic & Græcos docuit verborum interpretationem, vnde & ipſum Hermen, hoc eſt interpretem, appellarunt. Tribuuntur præterea mercurio præconia, diſſidia, ac fœdera quę in bellis fiunt, Pręcones quoque adijciuntur qui internūtii eſſe ſolent, ob eamque rem ab hoſte tuti. Vnde & ipſum communem vtriſque dicunt, cum ambobus vtilitatis communis ac pacis mutuę interpres exiſtat. Menſuram inſuper, ac pondus, & mercaturę quęſtum reperiſſe affirmant, occulteque inuicem peculandi modum. Pręco etiam deorum traditur, nunciuſque optimus, quoniam mandata diligenter perficiat. Vnde & interpretis nomen aſſumpſit, preterea ex teſtitudinis forma Lyram adinueniſſe ferunt, poſt Apollinis cum Marſya contentionem. Hęc ex Diodoro. *Cyllenus*, vel quia, vt ait Coruilius, Iouis & Cyllenes filius fuit, vel quia in Cyllene Arcadię monte editus eſt vt ait Virgilius, Feſtus ita, Cyllenius Mercurius dictus quod omnem rem ſermo ſine manibus conficiat, quibus partibus corporis qui carent *κύλλοι* vocantur, ideoque quadratum eum fingunt, alij volunt ſic appellatum quod In Cyllenia via ſit nutritus, alij quod in monte Arcadię Cylleno, alij quod à Cyllene nympha ſit. educatus. *Maia genitus, proles Cyllenia, interp. diuum latrator Anubis*, Virgilius; quia, vt ait Seruius, capite canino pingitur. Hunc volunt eſſe Meccurium, quia nihil eſt cane ſagacius. Pingit & Aegyptus, teſte Plinio, argentum, vt in vaſis Anubim ſuum ſpectet pingitque non cęlat argentum. Scribit Diodorus Anubim filium fuiſſe Oſiridis, qui canem geſtabat tanquam armorum inſignia, ex quo Aegyptij Canem venerantur, & Anubim

deum

deum canino capite effingunt. *Facundus, Nepos Atlantis, catus, celer.* Horat. *Latrans Anubis.* Propert. *Ioue natus, Atlantiades, caducifer, deus ales, agilis, Atlantis Pleioneſque nepos, velox, pacifer, verendus, Pleiade natus, Clarus.* Ouid.

MERCATOR, *diues.* Horatius.

MERETRIX, *ſcortum, auara.* Catullus. *Periura, deuia, arguta;* Horat: *Mercabilis.* Ouid.

MERGI aues, dicti quod mergendo in aquam captēt eſcā, Varro, Feſtus pennas roſtro purgantes, mariaque aut ſtagna fugientes ventos prædicunt. Nidificant in Arboribus, pariunt incipiente vere. Inter aquaticas ſoliti ſunt deuorare quæ cæteræ reddunt, authore Plin. *Celeres, Aprici.* Virg.

MEROE ciuitas Aethiopiæ, regni caput, eodem nomine quo & inſula. Hanc inſulam Clypei figuram habere dicunt; cuius magnitudo fortaſſe ſupra verum dicta eſt lōgitudine trium milium ferme ſtadiorum, amplitudine mille, ea montes frequētes habet, & nemora immodica, habitant partim paſtores, partim venatores, partim agricolæ. Sunt in ea ærariæ, ferrariæ & aurariæ officinæ, & precioſorum lapidum genera Libyam verſus magnis quibuſdam harenæ cumulis ambitur, Arabiam verſus continuis præcipitiis, Auſtrum verſus fluminum concurſu, Aſtabora, Aſtapoda, & Aſtaſoba, à Septentrione eſt Nili decurſus vſque in Aegyptum ſecundum antedictam fluminis obliquitatem. Ciuitatum domus ex palmaceis ſtrigmentis ſunt cōtextæ, parieres etiam ex lateribus, ſales apud eos foſſiles ſunt, quemadmodum & in Arabia. Abūdant arboribus, Palma, Ebeno, Perſico, & Siliquaſtro, Venātur elephātes, leones & Pardos, Dracones habent qui cum elephantis pugnant, & multas alias feras, quæ à toſtis & aridis locis ad aquoſa & paluſtria confugiunt. Herodotus, Strabo, Plin. *Cephea.* Propertius.

MERVM, *feruidum* Horat. *Liquidum.* Ouid.

MESSENE Meſſeniæ regionis in Peloponneſo vrbs à Lacedæmoniis quidē decennali obſidione tandē diruta, à Thebanis vero inſtaurata, Strabo, Plinius, Mela, Iuſtinus. *Ferax.* Ouid.

MESSIS, *rubicunda, ſpicea, triticea.* Virg. *Frugifera.* Ouid.

MESSOR, *durus.* Ouidius.

METRA, ſiue, vt alij, Meſtra. Eriſichthonis filia, in varias formas mutari ſolita, vnde prouerbiū græcis, Mutabilior Metra Eriſichthonis, in eum qui ſecum non conſtat. Fabulam tractat

ulet halitum, Ideo faciem veſicis muniunt qui in officinis id tractant, ne reſpirando lethalem aerem trahant, & nihilo ſecius per eas videant. Vtuntur eo pictores in elegantioribus parietū tectoriis, authores Dioſcorid. Plin. Vitruuius. *Rubens* Tibull. *Iberum*. Propertius.

MINISTER, *Sedulus*. Horat. *Succinctus*. Ouid.

MINOS Cretę rex, Ioue & Europa natus, vt canit Homerus, qui Dędalum claſſe perſecutus ad Cocalum Siciliç regem, ab Cocali filiabus calidis aquis per caput infuſis extinctus eſt. Plutarch. Pauſanias, in Achaicis. Diodorus Siculus, Herodotus multa. *Magnanimus*. Catull. *Quæſitor*, Virg. *Magnus*. Propert. *Dux Europius, Cnoſiacus, Legifer*. Ouid.

MINOTAVRVS, qui & Aſterus dictus eſt, ex Paſiphae natus, tradunt enim Paſiphaen Minois vxorem quum Taurum adamaret ſignum boui ſimile à Dędalo factum, atque ita tauro ſuppoſitam deſiderio potitam. Ante hoc tempus Minoem quotannis ferunt ſpecioſiſſimum omnium taurum Neptuno ſolitum ſacrificare, quum ei Taurus eſſet cæteris præſtantior alium ſacrificauit deteriorem, qua ex re iratus Minoi Neptunus eius Tauri amorem Paſiphaæ iniecit, cui arte Dædali ſuppoſitā decantatum fabulis genuit Minotaurum natura duplici, vt qui vſque ad humeros taurus cætera homo eſſet. Ad hoc nutriendum monſtrum aiunt à Dædalo Labyrinthum fabrefactum, difficiles habentem egreſſus & inſciis irremeabiles, in quo recluſo Minotauro ſeptem Athenienſes pueri, totidemque virgines ſingulis annis dabantur. Hunc Theſeus Dædali ope ſuſtulit, authores Plutarch. Diodor. Lycoph. interpres. Minotauri effigies, inquit Feſtus, inter ſigna militaria eſt quoniam non minus occulta eſſe debent conſilia ducum, quam fuit domicilium eius Labyrinthus. *Sæuus, Indomitus*. Catull. *Miſtum genus, proleſque biformis*, *Veneris monimenta nefandæ*. Virg. *Monſtrum biforme, Semibos, Semiuir*. Ouidius.

MINTVRNAE Campaniæ ciuitas, Straboni, Pomponio Melæ, Liuio. *Graues*. Ouidius: ſunt enim paludoſæ, quod Iuuenalis his verſibus teſtatur.

Exilium & carcer, Minturnarumque paludes,
Et mendicatus victa Carthagine panis.

MISENVS Aeoli filius, Phrygius miles, Aeneæ tubicen, Mela, Feſtus, Virgilius.

Aeolides, quo non præſtantior alter,

Aere ciere viros, martemque accendere cantu. Virg.

Canorus. Ouidius.

MISENI, ſiue Miſenum Campaniæ promontoriũ, Cumis proximum in medioque palus Acheruſia, quædam ſanè à mari refuſio alto cœno referta, vbi Miſenum circumflectenti ſtatim ſub rupe lacus obuiam fit, nomen ei dedit Miſenus de quo ſupra diximus, Strabo, Plin. Mela, Liuius, Feſtus. *Nobiles.* Propert.

MITRA incuruũ pileum de quo pẽdebat buccatũ tegmẽ, ea Phryges & Lydij vtebantur, vt ſcribit Ser. Conueniebat autẽ mulieribus aut effœminatis, quod oſtẽdit Varr. & Virg. cũ ait,

Et nunc ille Paris cum ſemiuiro comitatu

Mæonia mentum mitra, crinemque madentem Subnixus.

Subtilis. Catul. *Mæonia*, Virg. *Lydia*, Propert. *Picta.* Ouid.

MODI, *Canori*, Virgilius.

MOENIA, *alta.* Lucret. *Ardua.* Virg. *Turrita.* Ouid.

MOEROR, *grauis.* Horat.

MOLA far toſtum & ſale ſparſum, quod eo molito hoſtię aſpergantur, author Feſtus, Itemque Plin. ait, maxime tamẽ ſacris intelligitur authoritas, quando nulla conficiuntur ſine mola ſalſa. *Sancta.* Tibullus.

MOLA verſatilis à molendo. Huius enim motu eò conieɛta moliuntur, vt ait Varro. *Scabra, aſpera.* Ouid.

MOLES, *immenſa, immanis, magna.* Virg.

MOLOSSI canes, qui ex Epiro mittebantur, à Varrone, & Hor. commendati, Theopompus Epirum in 14. gentes diſtribuit, & in iis Chaones & Moloſſos præſtare dicit. *Acres.* Virg.

MOLPIS Eleus, de quo ſupra, quum de pluuio Ioue ageremus, mentionem fecimus. *Sacri monſtrator iniqui.* Ouid.

MONILE, *bacatum.* Virg. *Auratum, gemmatum.* Ouid.

MONSTRVM, *horrendum, informe.* Virg. *Fatale.* Horat.

MONTES, *magni, ſupremi, alti, opaci, Lauricomi*, Lucr. *Prærupti.* Catul. *Aerij, intonſi, ſicci, ſaxoſi, ſummi, excelſi, frondoſi* Virg. *Auij, ardui* Horat. *Gelidi, vmbroſi.* Tibull. *Lapidoſi, Solidi, tumidi, nemoroſi, inculti.* Ouid.

MOPSVS vates Lapitha, patre Ampyco Titanoris filio, matre Chloride Orchomeni filia natus, qui cũ aliis Argonautis in Colchos nauigans, à ſerpente extinctus eſt, à quo Mopſiũ vrbs in Theſſalia. Alius itẽ Mopſus vates fuit Apolline & Manto Tireſiæ

reſiæ filia editus apud Colophonem ſepultus, Lycoph. & Apollonij interp. Strabo, Suidas. *Ampycides*. Ouid.

MORA, *tarda*. Catullus. *Segnis*, Virgilius. *Lenta, ignaua, longa*. Ouidius.

MORBVS, *teter*, Catull. *Triſtis, pallens*, Virgil, *Iners, grauis, exanguis, moroſus*, Ouidius.

MORES, *ſequaces*, Lucret. *Probi*. Horat.

MORETVM, *herboſum*, Ouid.

MORINI Britaniæ populi, Menapiis nouiſſimis eius prouinciæ populis finitimi, his himbriferū aerem magis quā niualē eſſe conſtat. Per ſerenitates autem nebula late obtinet, adeo vt die tota tribus tātum aut quatuor horis circa meridiem ipſum ſolem aſpiciant, Strabo, Cæſar. *Extremi hominum*. Virg.

MORSVS, *validus*, Lucret. *Acer*, Catullus. *Ferus, auidus, Lacerus, acerbus*. Ouid.

MORS, *lethum, funus, horrida, æternus ſopor*, Lucret. *Dura, frigida, terribilis viſu, fera, crudelis, nox æterna, ſomnus ferreus*. Virg. *pallida, perpetuus ſopor, atra, gelida, cæca, indomita, cita, volucris*. Horat. *Auida, atra, immitis, rapax, dira, tacita*. Tibullus. *Cerulea, obſcura, importuna*, Ouid.

MORA, fructus, *ſanguinea*. Virg. Sanguineus ſuccus eſt Moris, Ceraſis, Prunis, Vuis nigris, authore Plin.

MORTVI, *æthere caßi, ſilentes, luce carentes*. Virg.

MOTVS, *genitales, vitales, ſenſiferi, auctifici*. Lucret.

MVCRO, *coruſcus, ferreus, teres*. Virg.

MVLCTRALIA, *niuea*, Virg quanquā & Mulgaria legatur, quo verbo Valgius quoque poeta vſus eſt vt ait Seruius.

MVNDVS, *orbis, magnus, patulus, capax*. Lucret. *Maximus*, Virg. *Sectus, latus*. Horat. *Incuruus*. Tibull. *Solidus, immenſus, diues, triplex, vaſtus, triformis, æternus, ingens*. Ouid.

MVRMVR, *raucum*, Virg.

MVRI, *alti*, Virgil. *Turriti*, Ouidius.

MVSCVS, *viridis*, Lucret. *Turpis, mollis, virens*. Ouid.

MVSTVM, *dulce*. Virg. *Pingue, candidum, purpureum*. Prop. *Feruidum*, Ouid.

MVSAE, vt Heſiodo placet, Ioue & Mnemoſyne natæ, & hæ quidē à Muſæo Iuniores appellatæ, Antiquiores enim Cœli Terræque filias quatuor fuiſſe Eumelus, Mnaſeas, Alcmæon, & Aloei filij Otus & Ephialtes, qui primi Muſis rem diuinam fe-

cerunt, voluere, Ephorus tres, Myrtilus poeta ſeptem enumerat, Crates octo, Aratus quatuor, Iouis & Pluſię nymphę filias, Epicharnus in Epithalamio, Hebes ſeptem enumerat Piero & Pimpleide nympha genitas, Verum nouem numerus inualuit, his comprobantibus qui habiti ſunt cęteris pręſtãtiores, Homerum dico atque Heſiodum, cęteroſq; eiuſmodi. Homerus enim ait Muſas nouem eſſe pulchritudine eximia. Hac Nouenſiles Deos eſſe putant Granius & Aelius. Piſo nouem Deos eſſe credidit apud Trebiam conſtitutos, vt legimus apud Arnobium. Heſiodus etiam recenſet nomina, Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Terpſichore, Erato, Polyhymnia, Vrania, Calliope, quę omnibus eſt nobilior. Harum cuilibet ſua officia tribuerunt eorum quę ad muſicę artem ſpectant, Veluti poeticam, ſuauem cantum, ſaltationem, choreas, aſtrologiam, reliquaſque doctrinas. Complures tradunt eas fuiſſe virgines, quoniam virtutis diſciplina incorrupta eſſe videatur. Muſas παρὰ τὸ μῶ hoc eſt quęro, cognominatas volunt, propterea quod cognitio inquirendi cauſa eſt. Nomina cuique à proprio munere tribuerunt. Nam Clio propter gloriam quę ex poetarum laudibus oritur dictam volunt. κλέος nempe gloria. Euterpen propter voluptatem quę ab audientibus ex honeſti eruditione percipitur, εὖ bene τέρπω delectatione afficio. Thaliam, quod in longum tempus poetarum laus parta vireſcat. θάλλον omne germinans veteres dixere, & θάλλειν virere. Melpomenen à dulci cantu quo audientes demulceantur. μέλπω & μέλπομαι canto. Terpſichoren eo quod audientes oblectat propter bona quæ proueniunt ex doctrina, χορὸς tripudium, cœtus, chorus. Erato quod docti homines ab omnibus amentur, ἔραμαι amo, ἐρατὸς amabilis, Polyhymniam, quoniam cantus ſuauitate poetas reddit gloria immortales, πολὺς multus, ὕμνος laus proprie deorũ. Vraniam, quod viros multos ad cęlũ tollat, οὐρανὸς cœlũ. Glotia enim ac ſapientia eleuat animos ad cœleſtium contemplationem. Calliopen, quod cantus ſuauitate cęteras antecedens magni ab auditoribus ęſtimetur, καλὴ pulchra, ὄπη vox. Plura apud Diodorum & Cornutum, Sane Polyhymniam Cornutus dictam ait, quia virtu πολυύμνητος ſit, hoc eſt multũ laudata, ſiue πολλοὺς ὑμνοῦσα, hoc eſt quia multos laudet. Theodorus

dorus Gazes à πολύς multus,& μνεῖα memoria. Heſiodus Polymniam dixit vſu magis & poetica licentia quàm ratione. Cicero verò ita ait: Iam Muſæ primæ quatuor natæ Ioue altero Thelxiope, *Mneme*, Aoede, *Melete*, Secundæ Ioue tertio & Mnemoſyne procreatæ nouem. Tertiæ Ioue tertio Pieriæ natæ & Antiopa: quas Pieridas & Pierias ſolent poetæ appellare iiſdem nominibus, eodem numero quo proximæ ſuperiores. ***Heliconiades.*** *Lucret.* ***virgines doctæ.*** Catullus. ***Pierides***, ſiue à Pieria Bœotiæ monte & vrbe, quam Pierus tenuit, quamque Thraces Pieres dicti muſis ſacrarunt, vt ait Strab. & Tzetzes, ſiue quia in Pieria natæ vt Heſiodus, ſiue à Piero patre vt Epicharmus, & Ouid. ſiue vt teſtatur Feſtus, propter amœnitatem & ſolitudinem Pierij montis quo eæ ſecretis locis propter ſtudia liberalia delectantur. Cæterum Pierus Theſſaliæ oppidum eſt & mõs Plinio. ***Camœnæ.*** Ita à carminibus dictæ, vel quod canunt antiquorum laudes, vel quod ſint caſtæ mentis præſides, author Feſtus. ***Nymphæ Libethrides***, E cantu, inquit Strabo. & numeris inſtrumentiſque omnis etiam Muſica Thracia, Aſianaque habita eſt, Nam id manifeſtum fit ex locis in quibus cultæ ſunt muſæ. Nam Pieria, & Olympus, & Pimplea, & Libethrum quondam loca fuere Thraciæ, & montes, quos nunc Macedones poſſidẽt, quique muſis Helicona conſecrarunt. Thraces fuere Bœotiæ accolæ, vt ij qui Libethridum nympharum antrum conſecrarunt, & qui priſcæ muſicæ curam ſtudiumque dederunt, Thraces fuiſſe perhibentur Orphæus, & Muſæus, & Thamyris, ob id etiam Eumolpo nomen. Itemque alibi ſcribit de Helicone loquens: hoc autem in loco conſecrata muſis ædes, fonſque Caballinus, & Libetridum ſpelunca nympharum, qua ex re ſuſpicari licet, eos qui & Helicona, & Pieriam, & Libethrum, & Pimpleam eiſdem muſis conſecrarunt Thraces extitiſſe, Pieres autem vocabantur, quibus extinctis loca hæc Macedones nunc poſſident. Dictum eſt etiam hanc Bœotiam olim Thraces habitaſſe, quum eos viribus eiecissent. ***Chorus Phœbi, dulces.*** Virg. ***almæ.*** Horat. ***Sorores doctæ.*** Tibul. ***Theſpiades.*** Theſpiæ liberum oppidum Bœotiæ, Cupidine Praxitilis nobile. Cic. Plin. Steph. Strabo. ***Aonides. præſentia numina vatum, chorus virgineus, memores Heliconis alumnæ, Aoniæ, ſorores Aoniæ, Mæonides.*** Ouid. fortaſſe propter Homerum Mæonidem muſarum patrem.

MVTISCA, Sabinorum vrbs Trebula, & Suſſenna quoq;

dicta

dicta, authore Dionyſ. Halicarnaſ. *Oliuifera*. Virg.

MYCENAE, & *Mycene*, ciuitas Peloponneſi inclyta dicta à *Mycene* Inachi filia Areſtoris vxore, vt alij à *Mycenæo* Spartonis filio, vt alij ἀπὸ τοῦ μύκου id eſt cuſpide enſis quem Perſeus ferebat, quo cadente *Mercurij* iuſſu vrbem condidit, vel quod Io vacca facta mugierit. Agamemnon *Mycenarum* Corinthum ad Sicyonem vſque regimen tenuit. Cæterum ſecundum Troiana tempora deſtructo Agamemnonis imperio res *Mycenæa* humilius attenuata eſt, præcipue poſt reſtitutos Heraclidas Hi enim occupata Peloponneſo priores dominos eiecerunt, quos effectum eſt, vt qui Argos obtinerent, *Mycenas* quoque ſubiectas in vnum conſpirantes haberent. Poſteriori tempore Argiui eas ſolo æquatas deleuerunt, adeo vt nunc *Mycenæi* oppidi ne veſtigium quidem reperiatur. Eiuſdem nominis eſt mons Argiuorum iuxta Inachum flumen, contiguus Apeſanto, Coccygio, Athenæo montibus. auth Plutar. Strab. Steph. Pauſanias *Fortes, claræ, magnæ, Agamemnoniæ, ſæuæ*. Virgil. *Dites*. Horat. *Pelopeiades, altæ*. Ouid.

MYCILVS, ſiue vt græci codices habẽt modo *Myſcelus*, modo *Myſcellus*, è Rhypibus Achaiæ vrbe oriundus, Alemonis filius, qui Crotonem vrbem ſalubritate nobilẽ prope Rhegyum Siciliæ cõdidit. Nam quum Achiui à Deo oraculum cæpiſſent vt Crotonem conderet, *Myſcellus* ad conſiderandum locum acceſſit, qui quum iam ædificatam cerneret Sybarim à vicino flumine cognomen habentem, hanc præſtantiorem eſſe iudicauit. Ea propter ferunt eum reuerſum ad oraculum denuo rogaſſe nunquid hanc pro illa condere datum eſſet, cui Deus has reddidit voces, (erat autem gibbus *Myſcellus*)

Terga breuis Myſcelle tuo de pectore omitte,
Cætera perquirens fruſtra, en veneris iniqua,
At rectum quodcunque datur tu laude probato.

Reuerſus igitur, Crotonem conſtruxit Archiæ auxilio qui Syracuſas condidit. auth. Strab. Suid. Ariſtoph int. *Alemone natus, Alemonides, illius diis acceptiſſimus æui*. Ouid.

MYCONVS vna è Cycladibus inſulis, ſub qua Gigantũ nouiſſimos, ſiue vt quidã græci codices habent validiſſimos, nẽpe ὑγιεινετάτους pro ὑστάτους, ab Hercule mactatos iacere fabulantur. E qua deriuatum eſt prouerbiũ: Omnia ſub vnã Myconum, quandoquidẽ quæ natura diſtinguuntur, ſub vnum titulum de-

ſcriptio-

ſcriptionemque ducuntur, Myconios etiam quidam caluos appellant, cum illud vitium ea paſſim exhiberet in inſula: Strabo, Steph. Plin *Humilis*. Ouid.

MYRMIDONES populi Achilli ſubiecti, à Myrmidone Iouis filio dicti, ſiue quod in Aegina inſula è formicis nati ſint, vnde Aegina Myrmidonia dicta eſt, hi fugientem Peleum ex Aegina ſecuti Phthiam Theſſaliæ vrbē tenuerūt, vnde Phthiotæ iidem qui & *Myrmidones*, Euſtath. Strab. Pli. *Paucum genus, patiens laborum; quæſiti tenax*. Ouid.

MYRICA arbor quam & Tamaricem Romani dicunt. Nota omnibus arbor eſt. Naſcitur prope paludes, & in ſtagnantibus aquis, fructum ferr quemadmodum & florem concretione ſua muſcoſum. Naſcitur ſatiua quædam Tamarix in Aegypto & Syria in cæteris agreſti ſimilis, ſed ſemine Gallæ ſimili. Hanc maxime apud Mæandrū amnem naſci ſcribit Pauſanias, quemadmodum in Aſopo Iuncos, vnde ab Homer. Iuncoſus appellatur. Perſicum in Nilo tantum, Populum in Acheronte apud Theſprotas, vnde primum ab Hercule in lucem allata eſt. In Alpheo Oleaſtrū, Alnum in Eridano, Scythæ præterea Magi Myricino baculo vaticinabantur, vt Herodotus ſcribit, Myrica quoque Apollinem bellum Erythræum prædixiſſe Metrodorus ſcriptum reliquit. *humilis*. Virg. *Tenuis, fragilis*. Ouid.

MYRON ſtatuarius Eleutheris vrbe quæ ad Marathonē eſt natus, Ageladæ diſcipulus, bucula eius maxime ex ære celebratur, fecit & alia ſigna, hic numeroſior in arte fuit quā Polycletus, & in Symmetriis diligentior, Pli. Quintilian *artifex*. Prop.

MYRRHA Cinyræ Cypri regis ſiue Thiantis & Smyrnæ filia, Veneris miſeratione in arborem ſui nominis mutata, Lycop. & Theocr int. Oppian, Plutar. *Cinyreia virgo*. Ouid.

MYRRHA, quam græci Smyrnā vocant, arboris in Arabia Aegyptiæ ſpinæ ſimilitudine naſcēris, lacrima: qua inciſa in ſubſtratas palmeas tegetes liquor ille defluit, aliquando etiā in trunco arboris concreſcit. Vocaturque in myrrhæ genere quædam Pediaſimos, id eſt campeſtris, pinguis, & quæ expreſſa Stacten dat: quædam vero Gabirea omnium pinguiſſima, pingui & feraci ſolo proueniens, quæ copioſam Stacten etiam reddit. Primum bonitatis honorem habet Troglodytica, à regione in qua naſcitur ſic appellata. Viret hæc modice, tranſlucida eſt, & mordaci in guſtu eroſione ſentitur, Erythræa ſequēs, & Minæa in qua

in qua Stactea, & Aeramitia, Tertia Dianitis, Quarta Collatitia, Quinta Sambracena à ciuitate regni Sabæorum mari proxima, Sexta quam Duriſitim vocant, Eſt & candida vno tãtum loco, quæ in Meſſalum oppidum confertur. Dioſcorides, Plin. *Orontea*. Propert. *Fulua, pinguis, beneolens*. Ouid.

MYRTVS arbor in quam Myrſinen puellam Atticam Mineruæ dilectam Conſtantinus Cæſar mutatam tradit, indeque Myrtum quemadmodum & oleam Palladi gratam eſſe. hæc in Europæ citeriore cælo, quod à Ceraunijs montibus incipit, Primum Circæis in Elpenoris tumulo viſa traditur, græcum ei nomen remanet, quo peregrinam eſſe apparet. Huic arbori præeſt Venus, vnde & ara vetus fuit Veneri Myrteæ, quam Murtiam vocant. Cato tria genera Myrti prodidit, candidam, nigram, coniugalem. Nunc & alia diſtinctio ſatiuæ aut ſilueſtris, & in vtraque latifoliæ, Plin. *Agia*, Catullus hoc eſt ſancta. Ea enim Veneri ſacra eſt, & in ſacris adhibebatur, vt docent Plin. & Plutarch. *Paphia, fæcunda valid is hoſtilibus*, Virgilius. *Bicolor, litorea*, iuxta id quod ait Virgilius, Littora Myrtetis lætiſſima, ſubeunt tamen & montoſa authore Plin. Vlmus, Malus, Pyrus, Laurus, Myrtus. *Cytheræa*. Ouid.

MYRTA, *Cruenta*. Virgilius. Matura enim cruoris imitantur colorem, Seruius.

N.

NAIADES, & Naides nymphæ fluminum, ſtagnorum, fontium παρὰ τὸ νάω quod eſt fluo, Suidas. fuit & Nais inſignis meretrix vt refert Harpocration ex Lyſia, & Ariſtophane. *Candida*. Virg. *Aequorea* Ouid.

NAPAEAE nymphæ, quæ ſaltus ſyluaſque incolunt, νάπη & νάπος ſaltus, locus montanus & ſiluoſus. *Faciles*. Virg.

NARCISSVS Cephiſi amnis Bœotiæ & Liriopes ſiue Liroeſſes filius, qui quum labore venationis & æſtu languidus ad proximum fontem decubuiſſet, imaginem ſuam cõſpicatus, in proprios amores exarſit, nimioque ſui deſiderio contabuit, in florem ſui nominis mutatus eſt, Theſpienſes in Bœotia fõtem Donaca monſtrant vbi ſe ſpecularetur puer ſtultiſſimus, coarguit hanc fabulam vetuſtiſſimus poeta Pamphilus qui Proſerpinam multis annis antequam Narciſſus eſſet captam à Plutone cecinit carpentem Narciſſos, Pauſanias in Bœoticis, Euſtathius, Ouid. *Cephiſius, puer miſerabilis*. Ouid.

NARCISSVS flos, quem Romani Bulbum vomitorium appellant, folia habet porracea, multo tamen tenuiora minoraque & anguſtiora, Caulem concauum ſine foliis altitudine ſupra dodrantem, in quo candidus flos eſt in medio croceus, in aliquibus autem purpuræ aſpectu. Radix illi intus candida, rotunda bulboſaque, Semen ceu in membrana clauſum nigrum & oblongum. Naſcitur probatiſſimus in montanis locis grato odore, reliquum genus porraceum, & herbæ halitum ex ſe mittit, Serotinus flos eſt. Poſt Arcturum enim & circa æquinoctiũ floret. Et quoniam dolores & torpidas capitis grauitates facit, à Narce, qua voce græci torporem indicant, nō à fabuloſo puero, vt poetæ finxerunt, Narciſſus dictus eſt, Dioſcorides, Theophraſtus, Plutarchus, Plin. Eo Ceres & Furiæ coronabantur Euphorione & Sophocle authoribus. Idemque Sophocles magnorum Deorum, hoc eſt ſubterraneorum, antiquũ ſertum vocat. Veluti Hedera Baccho conſecrata erat, Larus auis Mercurio, Picea arbor Vulcano, Trigla, & Mænis Piſces Dianæ, Citharus Apollini, Mercurio Boax, Aphya quæ & Aphritis Veneri, Quadrupedum verò Lupus Apollini, Lepus Amoribus, Draco Mineruæ, author Euſtathius. *Purpureus*. Virgil.

NARDVS græcis pariter & latinis, cuius duo genera ſunt, vocaturque Indica altera, Syriaca altera, haud ſane quia in Syria & India proueniat, ſed quod montis in quo nardus naſcitur, altera pars Syriam, altera Indiam ſpectat. Habetque in Syriaca Nardo primum bonitatis honorem quæ recens, non ponderoſa, comoſa, colore rufo, odoratiſſimaque eſt, & quæ vna cum anguloſi odorati iunci odore breui ſpica & amaro ſapore fit, Itidem quæ linguam exſiccet odoris ſuauitate diu permadente. In Indica Gangetis altera dicitur à Gange flumine inuenta appellatione, qui ad radices montis, in quo nardus naſcitur, fluit. Ignauior & minori efficacia, quod aquoſis locis prouenit, nardus hæc eſt, muneroſas & ex vna eademque radice prodeuntes ſpicas ex ſe mittit, eaſdemque comoſas implicitaſque, & odore viroſo. Eſt & Nardus Gallica in Liguriæ alpibus naſcens. Itemque Nardus montana, quæ quibuſdam Thylacitis, & Niris dicta eſt, eam Cilicia gignit & Syria. Ramulos foliaque Eryngio ſimilia habet, minora tamen, Eryngij modo aſpera, & aculeata, Radices illi duæ ſunt, & aliquando plures nigræ, odorataeque, Aſphodelo ſimiles, verum multo quam Aſphodelus gracilio res tenuio-

tenuioreſque, non caulem, non florem non ſemen fert. Dioſc. Plin. *Aſſyria, Achæmenia*, Horat. Vnguenta enim Perſarum gẽtis ſunt. Et caſtris Darij regis expugnatis in reliquo eius apparatu Alexander cæpit ſcrinium vnguentorum, author Plinius. *Leuis*, Ouidius.

NARDI montani ſpica, *Spica Ciliſſa*. Propert.

NAR amnis, qui Narniam vrbem in via Flamminia ſitam præterfluit, Thyberim influens paulo ſuper Otriculo vrbe exiguis nauigabilis nauigiis. Idem Velinos lacus Sabinorũ exhaurit ſulfureis aquis, Tyberim ex his petens replet è monte Fiſcello labens iuxta Vacunæ nemora & Reate in eoſdem cõditus. Plinius, Stephanus, Strabo. *Sulfurea, albus aqua*. Virgil. *Præceps*, Ouidius.

NARES, *patulæ*, Lucret. *Caua*, Ouid.

NATVRA, *rerum creatrix, gubernãs, dædala rerum*. Lucret. *rerum nouatrix, edax, ſolers, ingenioſa*, Ouid.

NAVALE, *ſiccum, longum*. Ouid.

NAVIS, *carina, puppis, linter, Lembus, ratis, abies, magna, panda*. Lucret. *celeris, cita, inflexa*. Cat. *pinus nautica, pinus caua, alnus cauata, curua, leuis, celſa, caua trabs, vncta, velox, cerulea, area, picta*. Nam, vt ſcribit Lycophron. int. puppes nauium regaliũ deos pictos habebant, quas ob pietatem nemo incendere auderet. *Abies ærata*. Virg. *Trabs ærata fragilis, Cypria*, hoc eſt æratæ, quoniam, vt diximus, Cyprus ære fertilis eſt. *Liburna*, Liburnia Illyrici pars eſt, cuius exemplo naues bellicæ exædificabantur, & appellabantur Liburnæ & Liburnicæ. Minimæ autem habebãt remorum ſingulos ordines, paulo maiores binos, idoneæ menſuræ ternos vel quaternos, interdum quinos ſortiebãtur remigum gradus. Appianus, Vegetius, Suid. Strab. Hor. *Dubia inſtabilis*, Tibull. *Dura, velifera*, Proper. *adunca, volucris, recurua, incurua, cerata, concaua, velinola*, Ouid.

NAVTAE, *miſeri*. Virgil. *auidi, maligni, callidi*. Horat. *vagi*. Tibul. *audaces*. Ouid.

NAVSEA, *fluens*, Horat.

NAVLIA, quæ & Naula, ſiue Nabla inſtrumentum muſicum, quod aliter Pſalterium dicitur. Athenæus, Suidas, Strabo. *Genialis*, Ouid.

NAXOS vna Cycladum cum oppido, quam Strongylen, dein Diam, mox Dionyſiada à vinearum fertilitate, alij Siciliæ

minorem

minorem, aut Callipolim appellarunt. Patet circuitu 75. millia paſſ. dimidioque maior eſt quam Paros. Hæc Pli. Naxos dicta à Naxo Carum duce, ſiue à Naxo Endymionis filio, vt ait Stephanus. Siue, vt Euphorion, ἀπὸ τοῦ νάξειν quod eſt Bacchari; Aſclepiades Dionyſiada nominatam ſcribit quia ſolæ mulieres Naxiæ octauo menſe pariunt, quoto & Liber pater natus creditur, ſiue quia fons in ea vino fluat quod quidem Andro vicinæ ab aliis tribuitur, Strongyle primum nuncupata eſt; dein Dia ab Aloei filiis Oto & Ephialte, qui eam inſulam ſubactis Thracibus occuparũt. Cares deinceps aducti in inſulam poſſederunt, quibus Polemonis filius Naxus imperans pro Dia à ſe cognominauit Naxon. Hic vir bonus ac præclarus filium reliquit Leucippum, ex quo ortus filius Merdeus imperauit inſulæ, ferunt Naxij Bacchum apud ſe nutritum, ob eamque rem inſulam deo acceptiſſimam eſſe, Dionyſiadaque à nonnullis dici, & vt claſſe præſtarent illis datum. Nam primi ab Xerxe deficientes, & claſſe eum oppugnarunt, & apud Plateas in acie opera eorum inſignis fuit. Vina præterea habent præcipua. Plura leges apud Diodorum, & Strabonem. *Bacchata iugis.* Virgilius. *Breuis.* Ouidius.

NEAPOLIS ciuitas in Opicis Italiæ, à Rhodiis, vt alij à Phalaride, vt alij ab Hercule condita, poſtea vero Chalcidenſes Columbæ auſpicio eam incoluerũt, auxeruntque, & ex Pithecuſis Atheniſque venientes, vnde & noua ciuitas, id eſt Neapolis, appellata fuit, vbi Parthenopes vnius è Sirenibus ſepulchrũ oſtenditur, vnde & Parthenope dicta, Gymnicum agonem iubente oraculo ibi celebrant. Eſt & eiuſdem nominis vrbs Africæ, Syriæ, Thraciæ, Strabo, Lycoph interp. Liuius, Plinius. Statius, & quidam illuſtris poeta ad Piſonem Calpurnium;

Teſtis Acidalia quæ condidit alite muros
Euboica referens fœcunda Neapolis arcem,

dulcis. Virgilius. *Otioſa.* Horatius. *Mœnia Parthenopeia, in otia nata.* Ouidius.

NEAPOLITANVS, *Parthenopeius.* Ouid.

NEAETHVS amnis Italiæ iuxta Crotonem, quæ eſt in ſinu Tarentino, cuius cognomen caſu proueniſſe dicitur. Nam in Achiuorum errore quoſdam ab Iliaca claſſe applicuiſſe dicunt, & ad locorum explorationem egreſſos, Troianas vero mulieres nauigationis comites tam longi pertæſas pelagi

 curſus

c..ſũs naues incendiſſe quas viris deſertas eſſe nouerant. Neæthus etiam amnis ex malorum euentu vocabulum vendicauit νηὺς pępe nauis αἴθω ardeo, incendo, Strabo, Plinius. *Salentinus*. Ouidius. Iapyges olim Crotonem inhabitarunt, qui & Salentini dicuntur, Strabo.

NEBVLA, *aeria*, Catull. *Atra*. Virg.

NECESSITAS, *dira, ſaua*. Horatius.

NECTAR Deorum & potio & cibus, παρὰ τὸ νεάζειν, quia Dij ſemper iuuenes ſunt, & nunquam ſeneſcunt, aut quaſi νεόκταρ, quod bibentes iuueneſcere faciat. Suidas ex Anaxandride, Athenæus, Feſtus, Interp. Homeri. *Liquidum*. Virgilius. *Odoratum, cæleſte, dulce*. Ouidius.

NEFAS, *triſte, dirum, immane*. Virgilius. *Vetitum, maculoſum*. Horatius.

NELEVS Neptuni & Tyrus filius, qui Orchomenum Minyium & Pylum imperio tenuit, vt canit Homerus, vt enim ſcribit Diodorus, Neleus cum iis qui eum ſecuti erant in Meſſenen tranſiens accolarum voluntate condidit vrbem Pylum, cui quũ imperaret, Chlorim Amphionis Thebani vxorem duxit, ex eoque duodecim filios ſuſcepit. *Diues*, Ouid.

NEMORA, *auia frondiſera*. Lucret. *Alta, opaca*. Catullus. *Arguta, frondoſa, atra, frondea, imbrifera, aſpera*. Virgil. *Gelida, vmbroſa*. Horatius. *Denſa*. Ouidius.

NEMESIS dea indignationis, quæ improbos ſupplicio afficit, & nimia felicitate elatis ſuccenſet, νεμεσάω ſuccenſeo, indignum puto. Hæc Iouis & neceſſitatis filia vt Plutarchus, Noctis & Erebi vt Heſiodus. Cui primum Adraſtus rex delubrum apud Aeſepum flumen conſtruxit, ex quo Adraſtea dicta, quanquam nonnulli Adraſteam Dianã eſſe velint. Erechtheus quoq; Athenarum rex in Rhamnunte Atticæ vico ſtatuam ei erexit, quod Diodotij opus pleriquedicunt, aliqui vero Agoracriti Parij, quæ ex 10 cubitorum magnitudine & pulchritudine, ſolidoque lapide perfecta eſt, & cum Phidiæ operibus contendit, quam ob rem Rhamnuſiæ nomen adepta eſt, Latinum nomen ne in Capitolio quidem vbi ſimulacrum eius erat inuenit, authores, Antimachus, Ariſtoteles. 10. Oratorum Interp. Harpocration. Plutar. Pauſan. Zenodotus, Suid. Pli. Strabo. *Rhamnuſia virgo, vehemens dea*. Catul. *Rhamnuſis*. Ouid.

NEPO-

NEPOTES, *Seri, chari*, Virgilius.

NEPTVNVS Saturni Rheæque filius, Heſiodus, dictus quod mare & terras obnubit, vt nubes cælum. à nuptu, id eſt opertione vt Varro, vt Cicero à nando Hic vt Cretes aiunt primus nauigandi arte inuenta claſſem inſtituit, eiuſque præfectus eſt à Saturno factus. Quapropter traditum eſt poſteris Neptunum imperaſſe mari, ſacraque ei à nauigantibus facta, addunt etiam Neptunum primum equos domuiſſe, artemque equitandi ab illo traditam, equumque tridente è petra in Theſſalia eduxiſſe, vnde Hippius, & Petræus dictus ſit, Diodorus, Pindarus. *Aegæus*, ab Aegis inſula Achaiæ, Neptuno, & Baccho ſacra, authorib Homero, eiuſque Interp. Pherecyde, Strabone, *Frater Iunonis, Saturnius, domitor maris*. Virgilius. *Potens maris deus*. Horat. *Deus Tænarius*, à Tænaro Laconicæ promontorio, vbi Neptuni templum eſt, Strabo, Ariſtophanis interpres. *Deus liquidus*. Propert. *Ceruleus, rector pelagi, numen aquarum, tridentifer, æquoreus rex, rex aquarum, Nelei ſanguinis author, genitor profundi*. Ouidius.

NEPTVNI currus, *cæruleus, tonans*. Virg.

NEPTVNI Equi, Eriole & Glaucus, ſiue Enceladus & Sthenon, vt legimus apud Lexicon Varini Camertis. *Feri*. Virg.

NEQVITIA, *miſera*. Propertius.

NERITOS vrbs Cephaleniæ prope Ithacam, quam Laertes à ſe captam apud Homerum gloriatur, & ipſa Vlyſſis patria; quam Achelous amnis è Chalcide fluens circumfūdit, & irrigat. Eſt & eiuſdem nominis mons in Ithaca, authores Strabo. Dionyſius Afer, Plin. Homeri interpres. *Ardua ſaxis*, Virg.

NEREVS Maris Terræque filius vt canit Heſiodus, Vates fuit vt ſcribunt Didymus, & Horatius; & Homeri Interp. *Grandæuus*. Virgilius.

NEREIDES Nerei & Doridis filiæ, vt Heſiodus ait, qui vnà cum Sophocle, & Euripide quinquaginta eas facit. Leucotheæ quemadmodum & Ino à Myrtino poeta nominantur, vt legimus apud Etymologicon. *Aequoreæ*, Catull. *Doridæ natæ*. Propert. *Pelagi nymphæ, virides*. Ouid.

NERVI, *validi*. Lucretius.

NESTOR Nelei filius ex Chloride Amphionis filia, vt teſtatur Homerus, quem & tria ſecula hominū exegiſſe canit, cuique pluſquam mellitam quandam facūdiam affingit, vt e ius fa-

necta,& eloquentia in prouerbium abierint. Fuit autem eodem authore Pyliorum dux *Pylius*.Horat. *Facundus,Neleius, Nelides,antiquus.* Ouid.

NESAEE vna Nereidum,apud Homer. & Heſiodum. *Candida.* Proper.

NESSVS Centaurus, Ixionis ex Nube filius, quem Hercules quum ad Euenum amnem vnà cum Deianira perueniſſet reperit pretio viatores flumen tranſuehentem. Hunc traductam Deianiram violare conantem muliere viri opem implorante ſagitta transfixit,quum prius tamen Deianiram cognouiſſet. Moriturus ex vulnere pollicitus eſt Deianiræ ei ſe amoris medicamentum traditurum,quo nullam præter ſe mulierem Hercules appeteret. Iuſſit itaque ex ſemine quod ex eo exciderat cũ oleo & ſanguine à ſagitta defluente immiſto Herculis tunicam tingere. Quo dato conſilio cum expiraſſet,illa clam Hercule quod mandatum erat perfecit. Diod. Hygin. Ouid. Lycoph. interp. *Biformis,ſemiuir.* Ouid.

NEXVS, *volubilis,arctus.* Ouid.

NICAEA quæ prius Olbia, Bithyniæ primaria vrbs iuxta lacum Aſcanium,quam primo condidit Antigonus Philippi filius & Antigoniam nominauit,poſtea Lyſimachus,quam & ab vxoris nomine filiæ Antipatri Nicæam appellauit. Vrbis ambitus eſt ſtadiorum ſexdecim, figura quadrata, quæ in campo ſita portas quatuor habet ad rectos angulos,& in munitionem exciſa,quare ex vno lapide qui circa medium Gymnaſium poſitus eſt omnes quatuor portæ cernuntur. Sunt & aliæ eodem nomine. Strab. Steph. Plin. *æſtuoſa*, Cat. Nicæam, vt tradit Strab. campus ingens & valde felix circumſtat,æſtate non admodum ſalubris,hac de cauſa eam æſtuoſam videtur appellaſſe.

NILVS fluuius à Nilo Aegypti regẽ cognominatus, ſiue quia νέαν ἴλυν, id eſt nouum limum trahat,qui certo anni tempore liquefactis niuibus excreſcens Aegypti campos irrigat, & quum tota æſtate obrutam oppletamque tenuerit,tum recedit, mollitoſque & oblimatos agros ad ſerendum relinquit. Primum ei Melas nomen fuit à Melane Neptuni filio, deinde Aegypti cognomen accepit, ab Aegypto Vulcani & Leucippes filio. Apud Aegyptios diuino in honore habitus, vt canit Parmenon, αἰγύπτιε ζεῦ νῖλε. Hic amnis primo Dyris, poſtea cũ ex lacu Heptagono profluit, Nigir vocatur: & qua medios

Aethyopas

Aethiopas ſecat Aſtapus cognominatur, circa clariſſimam eorum Meroen Aſtabores Læuo alueo dictus, Dextera vero Aſtuſapes. Nec ante Nilus nominatur, quàm ſe totum aquis concordibus iunxit, ſic quoque etiamnum Siris nominatus per aliquot millia, & in totum Homero Aegyptus, aliiſque Triton, quia tribus nominibus inſignitus eſt, ſcilicet Oceani, Aeti, id eſt aquilæ, eò quod celeriter fluat, & Aegypti. Celeberrimis ſeptẽ oſtiis quaſi faucib. in mare ſe euoluit, proximo Alexandriæ Canopico, ſiue Heracleotico, deinde Bolbitico, Sebennytico, ſiue Phatnitico, Mendeſio, Tanitico, vltimoque Peluſiaco. Copioſiſſimi teſtes ſunt Euripid. Herod. Diod. Strabo, Plutarchus, Plinius, Dionyſius Afer. *Septem geminus*. Catull. *Magnus, pinguis*. Virg. *Tumidus*. Horat. *Fertilis*, Tibull. *Tepens, vagus*. Propert. *Septemfluus, Septemplex, Papyrifer*, Papyrus nanque, authore Plinio, naſcitur in paluſtribus Aegypti, aut quieſcentibus Nili aquis. *Celer, diuis, aduena iocoſus*. Ouidius.

NIMBVS, *niger, volans, altus*. Lucret. *Nigrans, Aetherius*. Virg. *Denſus, auſtralis*. Ouidius.

NIOBE Tantali & Euryanaſſæ filia, vt alij Phoronei & Telodices, vt alij Aſtaonis filia, Philotri vxor. Hæc filios ſeptẽ & totidem filias peperit ſummo decore præſtantes, vt Aeſchylus, & Euripides, & Ariſtoph. & Diodor. volunt, ſex fœminas & totidem mares vt Homerus, & Pherecydes, vt Hellanicus mares quatuor, fœminas tres, vt Xanthus lydius liberos decem, vt Sapho bis nouenos, vt Bacchylides & Pindarus bis denos, nonnulli tres fuiſſe dixerunt. Tali prole ſuperbiens admodum gloriabatur Latonæ ſe præferens numero filiorum, Itaque ira motam Latona ferunt Apollini vt Niobes filios. Dianæ vt filias arcu interficerent mandaſſe, quibus matri obtemperantibus, contigit eodem tempore & abundare filiis Nioben & carere. Tametſi non deſint qui aſſerant Chlorim filiam ſuperſtitem fuiſſe, quæ & Meliboea dicta eſt, & filium Amyclam, Ipſa ob dolorem amiſſorum filiorum in Sipylo Phrygiæ monte in lapidem verſa eſt, adhuc lacrimas fundens, vt nonnulli volunt præcipitem ſe excelſiſſima rupe dedit, Homerus, Euphorion, Pauſan. Parthenius, Lycoph. interp. Diod. Ouid. Tzetzes, Euripid. Int. Cæterum Sipylus mons nomen habuit à Sipylo Agenoris & Dioxippes filio, antea Ceraunium dictus. Plutarc. Hyginus, Gellius, *Tantalis*. Propert. *Superba parens, ſoror Pelopis* - Ouid.

NIPHATES Armeniæ mons fœtus tigribus vt ſcribit Strab. Nomen ei, vt Arcadio placet, ἀπὸ τοῦ νείφειν id eſt ab aſſiduo niuium caſu, ex Steph. *Rigidus*. Hor.

NIPHATES Armeniæ amnis qui Euxino ponto commiſcetur, vt teſtatur Ouid. & Lucanus cum ait.

Armeniuſque tenens voluentem ſaxa Niphaten.

voluens ſaxa. Ouid.

NISVS Hyrtaci filius, Virgilio decātatus. *Inſignis pio amore*, ſcilicet Euryali *Hyrtacides, iaculo celer & ſagittis*. Virgilius. *impiger*. Ouid.

NISI regis Megaræ Scyllæ patris capillus. *purpureus*. Virg. *Honoratus crinis, fiducia regni*. Ouid.

NITRVM quod Romani pariter græcis nitrum vocant. Probatur quod leue & ſine pondere eſt roſeo colore aut albo. Dioſcor. Plin. *rubens*. Ouid.

NIX, *gelida, alba*. Lucret. *hiberna*. Catull. *Sithonia* Virgil. *Meotica* Prop. Meotis palus Ponti in eum influens, non multo quam ipſe eſt minor, & Ponti mater, à quo Pontica regio cognominatur: In ore Meoticæ paludis tanta glaciei vis eſt, vt quo in loco miſſus à Mithridate Imperator equeſtri pugna barbaros in glacie hieme ſuperauerat, illos eoſdem nauali prælio ſoluto per æſtatem gelu vicerit. Strab. Plin. Huius vocis prima communis eſt apud Proper. & Ouid.

NOCTVA auis in quam Nyctimenæ à Pallade verſa eſt. Noctuas ſexagenis diebus hiemis cubare, & nouem voces habere traditum eſt. Noctuæ plurimæ in Attica cum in Creta nullæ ſint. Ouid. Plin. Ariſtophanis interp. *Noctu auis Palladis*. Ouidius.

NOTA, *memor*. Hor. *informis* Proper.

NOVERCA, *iniuſta, ſæua, mala*, Virgil. *cauta*. Prop. *terribilis, ſcelerata, dira*. Ouid.

NOX Chao edita authore Heſiodo. *cæca*. Lucr. *nigra*. Catull. *ſera, gelida, atra, humida, opaca, obſcura, ſilens, Eumenidum mater, ſopora, placida, fuſca, ſublustris*: Virgil. *Frigida, caliginoſa*, Hor. *tacita*. Tibul. *ſobria*. Proper. *arcanis fidiſſima, curarum maxima nutrix, ſiderea, denſiſſima, arcana, alta, furtiua, pruinoſa*. Ouidius.

NOCTIS quadrigæ, *nigræ*. Tibul.

NOXA, *triſtis*. Ouid.

NVBES

NVBES, *nubila, ætheriæ, volantes, atræ, cauæ, fuluæ, nigræ, ramoſæ*. Lucret. *Aeriæ*. Catul. *denſæ, altæ, tenues, obſcuræ, inanes, turbidæ, liquidæ, aquoſæ, cerulæ, gelidæ*. Virg. *Candentes, arduæ*. Horat. *volucres, triſtes, humidæ, piceæ, bibulæ, cæcæ*. Ouid.

NVMEN, *diuinum, ſanctum*, Lucretius. *magnum*. Virgilius. *cæleſte*. Ouid.

NVMANTIA Celtiberorū nobiliſſi na ciuitas, ſine muro, ſine turribus, modico edita tumulo, quæ quatuor millibus Celtiberorum Romanorum exercitum per multos annos ſuſtinuit, nec ſuſtinuit modo, ſed ſæuius aliquando perculit, pudendiſque vulneribus affecit: Demum Scipione Aemyliano duce maximo oppreſſa ciuitas nullum de ſe gaudium hoſti reliquit: Vnus enim vir Numantinus non fuit qui in catenis duceretur, præda vt de pauperibus nulla, arma ipſi cremarunt: triumphus fuit tantum de nomine. Liuius, Florus, Strabo. *Fera*. Horat.

NVMICIVS amnis, & fons in Latio, iuxta Laurentum, qui ingens ante fluuius fuit, in quo repertum eſt cadauer Aeneæ & conſecratum, poſtmodum paulatim decreſcens in fontem eſt redactus, qui & ipſe ſiccatus eſt ſacris interceptis, Veſtæ enim libari non niſi de hoc fluuio licebat, Plin. Seru. *Sacer*. Virg. *Corniger, Placidus*. Ouid. *Vnda veneranda*. Tibul.

NVMA Pompilius, Sabinus vir, Secundus à Romulo rex, quem canum à prima ætate fuiſſe Seruius aſſerit, quemadmodum & Strabo de Tarquinio refert, Dionyſ. Halicarnaſſæus Plutarch. Liuius. *Clarus, intonſus, antiquus, munificus*. Ouid.

NVMIDAE Africæ populi, qui quoniam ſæpe tentantes agros, alia, deinde alia loca petiuerāt, ſemetipſi Numidas appellauere, author Salluſtius, itemque Plin. ait. Ab Amplaga Numidia eſt Maſiniſſę clara nomine, Metagonitis terra à græcis appellata. Numidæ vero Nomades à permutādis pabulis mapalia ſua hoc eſt domos paluſtris circumferentes. Hi teſte Liuio, rudes ad pedeſtria bella ſunt, equis tantū habiles. Iidem ante omnes barbaros in Venerem effuſi ac præcipites. *Infreni*. Virgilius. *Extremi*. Horatius. *Rebelles*. Ouidius.

NVRSIA ciuitas Picena, Iouis ſimulachro inſignis, ex Iulio obſequente, Seruio. *Frigida* Virg. aut reuera frigida, vt apud Silium. *Nec non habitata pruinis Nurſia*, aut certe venenoſa, nocens, Gracchi nanque vbique in concionibus ſuis Nurſinos ſceleratos appellaue re, autho r Seruius.

NVRSAE ciuitas à qua Nurſini populi Sabinorum. Plinius. *Montoſa*. Virg.

NVTRIX, *alma*, Lucr. *chaoa*, Virg. *fabuloſa*. Hor.

NVTVS, *loquax*. Tibul.

NYMPHAE, *faciles*. Virgil. *ſimplices*. Horat. *blanda*. Propert. *tenera*. Ouid.

O.

OAXES Cretæ fluuius vt ait Vibius ſequeſter, & Seruius ex Philſthene, vnde Varro Atacinus Cretam Oaxida terram vocat.

Quos magna Anchiale partus enixa dolore,
Et geminis capiens tellurem Oaxida palmis
Fundere dicta.

Tametſi id ab Oaxo Cretæ oppido dici poſſit, quod procul abeſt ab Eleutheroneſo, ab Oaxo filio Acacallidis Minois filiæ, vel à ſitu loci quod crepidines græci Oaxos vocent, vt ſcribit Steph. Herodotus quoque Oaxum vrbem Cretæ facit, in qua Etearchus Batti Cyrenatum conditoris maternus auus regnauerit. *rapidus*. Virg.

OBLIVIO, *liuida*. Horat.

OCEANVS Cœli Terræque filius Heſiodo, apud Homer. Fauorin. Q. Curtium, fluuius vniuerſam terrã circumfluens, Nomẽ accepit quod ὠκέως νάει quia ſcilicet celeriter fluit, vt ſcribunt Steph. & Solin. Eum Homer. deorum genitorem appellat. Oceani quoque nomine omnis aqua fontana in quam Hydria mergi ac tingi poteſt, dici ſolet, vt ait Euripid. int. *Pater nympharum*. Cat. Nymphas enim fluminum filias dixit Callimach. quæ tanquam ex Oceano patre fluunt, in eumque refluunt. *Pater rerum*. Virg. ex Homero, & Thaletis ſententia, *Bellicoſus, circumuagus*. Horat. *amnis ceruleus*. Tibul. *Senex*. Ouid.

OCEANI & Tethyos filiæ tria millia numero Heſiodus, *Oceanitides*, Virg.

OCVLI, *acies, lumina, nitentes*. Virg. *fulgentes*. Horat. *loquaces*, Tibul. *micantes arguti*. Ouid.

ODIVM, *Vatinianum*. Catul. Vatinius in quem acerrimè M. Tullius inuectus eſt, in tantum odium populi Romani peruenit iam detectis illius flagitiis, vt in prouerbium ceſſerit: Odiũ Vatinianum. Poteſt & intelligi odium quo Vatinius in Ciceronem detinebatur. *crudele, aſperum*. Virg.

ODORES

ODORES, *Aſſyrij*, Tib.

OENEVS, vt ait Diodorus, Proeti filius, vt Hyginus, & Euripides, & Ouidius, Parthaonis, Laocoontis Argonautæ frater, quem Aetolia bifariam diuiſa Calydoniam plagam regno tenuiſſe tradiderunt. Pleuroniam vero aliqua ex parte Parthaonidas habuiſſe, qui, vt poeta inquit:

Pleuronaque colunt, muro & Calydona præaltam.

Theſtium tamen Pleurona tenuiſſe memorant, qui Curetū ductor ſocer quidem fuerit Oenei, Althææ vero pater. Homer. Diod. Strab. int. Hom. *Parthaone natus*. Ouid.

OENOMAVS Elidis rex, Martis ex Harpina Aſopi filius, vt alij Eurythoe Danai filia, vt alij, Aſteropes Atlantis & Hyperochi filius, Apollonij & Hom. interp. Pauſan. Diod. Lycoph. int. Steph. *Sæuus*, Ouid.

OENONE Cebreni fluminis in Troade, à quo Cebren, ſiue Cebrenia Troiadis vrbs, Cumæorum colonia, ex Creuſa filia, Muſicæ & Medicinæ ſciens, & vaticinationem à Rhea deorum matre edocta, & ob ſingularem animi prudentiam admodum fama illuſtris, quam dicunt Paridis vxorem fuiſſe antequam Helenam duceret. Huius & Paridis ſepulchrum apud Cebreniam Troiadis vrbem oſtenditur. Traditum eſt enim Oenonen viſo Paridis cadauere adeo commutatam, vt alienata mente obſtupefieret: ac paulatim per mœrorem deficiente anima concideret, atque ita vno funere cum Paride contegeretur. Didymus, Herodianus, Dictys, Strabo, Lycophronis interp. Parthenius, Harpocration. *Nais, dea*. Propert. *Phrygiis celeberrima ſiluis, edita nympha à magno flumine, Pegaſis*. Oui. Huius epitheti ratio adhuc mihi ignota atque obſcura eſt, quidam neſcio quid confinxerunt.

OETA mons inter Theſſaliam & Macedoniam, qui ab oriente ac Thermopylis in occidentem vſque in ſinū Ambraciū extẽditur Quodam etiam modo per lineas rectas mons iſte mōtanam ſcindit regionem à Parnaſſo vſque Pindum barbariſque ſuperiacentibus. Iſtius pars vna vergens in Thermopylas Oeta vocatur longitudinis ad ſtadia triginta, aſperitatis & celſitudinis non mediocris, longe autem excellentiſſimus ad Thermopylarum tractum. Ibi enim cacumen attollitur, & in rupes acutas præruptas præcipiteſque finitur. Paruumque & anguſtum viatoribus à litore Locros petentibus tranſitum derelinquit.

Ipſum quidem tranſitum Pylas, id eſt portas & anguſtias vocitant, atque Thermopylas. Sunt enim ibi prope Thermæ, id eſt calidæ aquæ magno in honore, vti Herculi conſecratæ. In Oeta Hercules quum tunicam Neſſi ſanguine infectam induiſſet, ſtatimque flagrare cæpiſſet, neque flumine ardorem extinguere poſſet, ingentem pyram ex Apollinis oraculo conſtructam aſcendit, Philoctetes illam ſuccendit, ſubitoque fulminibus circum cadentibus pyra exuſta eſt. Accedente Iolao vt oſſa colligeret, cum nihil penitus repertum eſſet, credentes Herculem, vt oracula prædixerant, ad Deos tranſlatum, Illi vt Heroi ſacra quædam fecerunt. Ibi locus eſt quem Pyram, quod ibi mortale corpus eius Dei ſit crematum, appellant. In huius quoq; radicibus montis Heraclea vrbs ſita eſt ab Hercule nomen ſortita, quæ in campo arcem imminentem loco alto & præcipiti habet. Diod. Strab. Hyginus, Liuius, Plinius. *Herculea, nemoroſa, alta, ardua.* Ouidius.

OLEA, arbor quæ neque in frigidiſſimis neque in calidiſſimis locis prouenit. Genera eius tria dixit Virgil. Orchiten, Radium, & Pauſiam. Nec deſiderare raſtros, aut falcem vllam aut curam, Plin. *Pallens, tarde creſcens, Pinguis, Palladia*, Pallas namque in certamine edito cum Neptuno, Oleam cum baccis eduxit, quæ melior equo iudicata eſt, quoniam eſt inſigne pacis, author Ouid. Ariſtoph. interpres, & Seru. quam oleam Athenis durare ad ſuam vſque ætatem prodidit Plin. Diodor, præterea ſcribit, quod Palladi Olearum oleique educendi inuentionem tribuunt. Nam ante huius deæ ortum erat hæc arbor cum aliis ſylueſtribus immiſta, olei vſus aberat cum eſſet ignota, *Viuax*, Firmiſſimæ enim ad viuendum oleæ vt quas durare annis 200. inter authores conueniat ait Plin. *Pallas, Flaua, Pacifera.* Virgilius. *Canens, pacalis, Palladis arbor, mitis, ſemper frondens*, folia vt tradit Plin. harum generi non decidunt, Oleæ, Lauro, Palmæ, Myrto, Cupreſſo, Pinis, Hederæ, Rhododendro, quam Sabinam Herbam vocant. At vero apud Conſtantinum Cæſarem arbores quibus nunquam folia decidunt ſunt quatuordecim, Palma, Citrium, Lentiſcus, Laurus, Olea, Cupreſſus, Siliqua, Pinus, Ilex, Buxus, Myrtus, Cedrus, Salix, & Iuniperus. *Albens, Baccifera.* Ouid.

OLBVM, *oliuum. tardum, lene.* Lucret. *Liquidum, pingue, labens.* Virg. *Pallas, Latex Palladius*, Ouid.

OLIVA

OLIVA, *fructus, Sicyonia bacca.* Virg. Dioſcorides de oleo eandem verbo faciens ſic ait. Fit oleum hoc ad Sicyonem Peloponeſi præcipue, Sicyoniumque ab ea appellatur. *bicolor, cærulea.* Ouidius.

OLEAE Pauſiæ, ſiue Poſiæ Bacca, hæc olea plurimũ carnis habet, acerba eſt, itemque bacca iucundiſſima eſt. Huius oleum ſaporis egregij dum viride eſt. Columella, Varro, Plin. Probus. *Amara bacca.* Virgilius.

OLEASTRI arboris folia, qui neque cariem neque vetuſtatem ſentit, quoque primum Hercules coronatus eſt indeque corona in olympiacis, vt author eſt Plin. *amara.* Virg.

OLYMPVS mons Theſſaliæ, in quo Ludi Olympici Eleis æmuli celebrabantur, multorũ montium nomen eſt Olympus, Elidis, Arcadiæ, Ciliciæ, Macedoniæ, Theſſaliæ, Cypri. Apollodorus, Strab. Mela, Solin. Plin. Euſtathius. *Frondoſus.* Virgil. *opacus.* Horat.

OMENTVM, *pingue.* Catul.

OMPHALE Iardanæ filia Lydorũ reginã, cui Hercules famulatum exhibuit. Hercules namque quum Iphitum de turri deturbaſſet, ob eius mortem in morbum incidit, ſed cum nullo pacto ſanari poſſet, deque morbi cura Apollinem conſuleret, reſponſum eſt, facile eius valetudinis curam fore ſi iuſto venderetur pretio, pecuniaque exinde redacta Iphiti liberis daretur. Coactus igitur oraculi reſponſo parere, cum quibuſdam amicis in Aſiam nauigans ſponte ſua à quodam ex amicis venundatus ſeruus Omphalæ virginis factus eorum reginæ, qui aliquando Mæonij, nunc Lydi dicuntur, pretium Iphiti filiis quum datum eſſet, priſtina valetudine recuperata, Omphalæ ſeruiens omnes eius regionis latrones ſuſtulit, Cercopas qui dicebantur prædones regioni infeſtos partim peremit, partim Omphalæ vinctos tradidit. Syleum rapros ab ſe viatores ad opus vinearum cogentem ligone percuſſum, cecidit, Itonas Omphalæ patriam latrociniis infeſtantes compeſcens, vrbem eorum receptaculum expugnatam captamque diruit. Omphale cognita Herculis virtute, & quis eſſet, & liberum fecit, & ex eo genuit filium Laurum. Nonnulli tradiderunt Ophiachum Herculem eſſe in Lydia apud flumen Sagarim anguem interficientem, qui & homines complures & ripam frugibus orbabat, pro quo facto à regina Omphale, quæ ibi regnabat, multis ornatum muneribus

Argos

Argos remiſſum, ab Ioue vero propter fortitudinem inter ſidera collocatum. authores Hygi. Palæph. Plutar. Diod. Muſæus. *Lydia Gigæo tincta puella lacu.* Proper. *Nympha Iardanis, Maenis, Lyda puella.* Ouid.

O M A G R I in Phrygia, & Lycaonia præcipui vt tradit Plin. *timidi,* Virg.

O N Y X, hoc eſt vas ex alabaſtro. *Myrrheus.* Prop.

O P P R O B R I V M, *malum,* Catul.

O P E S, *excelsa.* Prop. *magnifica, munifica.* Ouid.

O R A C V L A, *viridica.* Catul. *sancta.* Virg.

O R C H O M E N V S Bœotiæ ciuitas, locupletiſſima quondam & potentiſſima, Opum quidem teſtis eſt etiam Hom. Dinumeratis enim locis opulentiſſimis ait: Nec quanta in Orchomenon, Aegyptiaſque Thebas aggeritur gaza. Potentiæ vero, quoniam Thebani Orchomeniis tributa ſoluebant, & Ergino Orchomeniorum tyranno, quem ab Hercule extinctum ferunt. Eſt & Orchomenos Arcadiæ. Theſſaliæ, & Ponti. Dictus vero Orchomenos ab Orchomeno Minyæ filio. Strab. Pauſa. Hom. interp. Plin. *ferax.* Ouid.

O R E A D E S montium nymphæ, Iouis filiæ vt canit Home. *agreſtes.* Ouid.

O R E S T E S Agamemnonis & Clytœmneſtræ filius, qui Tiſamenum filium ſuſcepit ex Hermione, quo duce Achæi deuictis Iouibus priſtinam fortunam recuperarunt, Oreſtiadem oram Macedoniæ ab Oreſte quandoque occupatam fuiſſe memoriæ traditum, quum cæſa matre exul profugeret, regionique à ſe nomen reliquiſſe, quumque oppidum condidiſſet Argos Oreſticum de ſuo vocaſſe nomine. authores Homerus, Euripides, Strabo, Pauſanias. *Agamemnonius, ſcenis agitatus.* Virgil. *Tantalides, Argolicus, ſceleratus, Agamemnone natus, Tiſameni pater,* Ouid.

O R N I arbores, quæ maxime montes amant, authore Plin. *rigida, ſteriles.* Virg.

O R I O N Neptuni ex Euryale filius, vt alij Hyriei Thebis Bœotiis oriundi, ſiue Chij, ex vrina Iouis & Mercurij, vnde primo Vrion dictus, ſed vetuſtate & conſuetudine factum eſt, vt Orion vocaretur, eo quod apud Oream Eubocæ vrbem ſit educatus. Nonnulli ab Ioue, alij à Diana inter ſidera collocatum dixerunt, qui adhuc Vergilias fugientes ad occaſum ſequi videtur,

videtur, qui quum Scorpius occidit, oritur. Hunc à zona & reliquo corpore æquinoctialis circulus diuidit cum Tauro decertãtem collocatum, dextra manu clauam tenentem, & incinctum enſe, ſpectantem ad occaſum & occidentem exorta Scorpionis poſteriori parte, & ſagittario exoriente, cum cancro autem toto corpore pariter exurgentem. Habet omnino ſtellas decem & ſeptem, cuius zona quum emergit, turbidus eſt aer, cum totus exoritur auſter flat, idem quum occultatur Aquilo ſpirat. Ferũt præterea ei conceſſum vt ſuper fluctus curreret, & in terra, quẽadmodum Iphiclo Phylaci filio Proteſilai patri datum dicitur vt ſuper ariſtas curreret, nec eas infringeret: tùm magnitudine tum robore corporis cæteros heroas excedentem, inſignem venatorem fuiſſe, & opera effeciſſe multa amore laudis. Id quod eximie Maro ſignificauit:

Quam magnus Orion
Quum pedes incedit medij per maxima Nerei
Stagna, viam ſcindens, humero ſupereminet vndas,
Aut ſummis referens annoſam montibus ornum,
Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila condit.

Ex authoribus. Arati interprete, Diod. Orpheo, Strab. Hygino, Ptolemæo, Plin. *Nimboſus, aquoſus, ſæuus, magnus.* Virgil. Ex Homero & Pindaro. *Deuexus, triſtis, infeſtus nautis.* Hor. *Enſifer, Bœtus, Hyrieia proles.* Ouid.

ORITHYIA Erechthei Athenarum regis filia, quam fabulæ tradiderunt à Borea vento dum flores legit, ab Iliſſo Atticæ flumine ſuper Sarpedoniam petram in Thracia delatã fuiſſe. Hiſtoriæ autem veritàs prodit à Borea Aſtræi filio Thrace raptam, quem fabulæ ventum confinxerunt. Ex ea & Borea natæ Chione, Chthonia, & Cleopatra Phinei vxor. Teſtimonio ſunt Apollonij & Sophoclis interp. Diodorus, Euſebius, Herodot. *Actias.* Virgil. *Pandionia.* Prop. *Erecthis, coniux Actæa tyranni gelidi.* Ouidius.

ORPHEVS Libethris Thraciæ vrbe, quæ Pieriæ ſubiacet, oriũdus; Oeagri qui quintus ab Atlante fuit, & Calliopes filius, vt alij Oeagri & Polyhymniæ, vt quibuſdam placet Apollinis & Calliopes, vt alij Oeagri & Menippes Thamyræ filiæ, qui doctrina cantuque omnes excelluit. Etenim poema mirandum edidit, & ſuauitate cantus præ cæteris clarus adeo fama excreuit, vt cantu feras arboreſque ad ſe audiendũ allicere diceretur,

doctrinæ

doctrinæ deditus quum Theologiæ operam impendiſſet in Aegyptum tranſiit, plurimarumque ibi rerum ſcientia percepta Græcorum doctiſſimus, tum in deorum cæremoniis, tum in Theologia, tum in poematis cantuque eſt habitus. Nauigauit inſuper cum Argonautis, obque vxoris amorem ad inferos deſcendens, à Proſerpina ſuauitate cantus allecta impetrauit vt fato defunctam vxorem ab inferis excitaret, quod & antea fecerat Bacchus, quem dicunt matrem Semelen ab inferis eductam, immortalitateque donatam Thyonem nominaſſe. Huic lyra à Mercurio ex teſtudine facta tradita eſt, qui querens vxoris Euridices mortem ad inferos deſcendiſſe exiſtimatur, & ibi deorũ progeniem ſuo carmine laudaſſe præter Liberum patrem, hunc enim obliuione ductus prætermiſit. Poſtea igitur Orpheus in Olympo monte qui Macedoniam diuidit à Thracia, ſiue, vt Eratoſthenes, in Pangæo ſedens cum cantu delectaretur, dicitur ei Liber Bacchas obieciſſe quæ corpus eius diſcerperent; diſcerpta membra in flumen Hebrum proiecerunt, caput reliqui corporis ſpeciem in Draconem conuertit, è ſanguine Lyræ herba nata, cui Citharæ nomen eſt, quæque in Pangæo monte naſcitur, quumque Bacchi feſtus dies agitur Citharæ ſonum reddit. Caput Lesbo appulſum rupem habitauit: & in caua & humo vaticinabatur: vnde Lesbij, cæterique Aeoles, atque iis finitimi Iones ipſo ad futura præſcienda vtebantur. Sed alij dicunt quod initia Liberi ſit ſpeculatus id'ci accediſſe, Muſas autem collecta mẽbra ſepulturæ mandaſſe, & Lyram quo maxime potuerunt beneficio illius memoriæ cauſa figuratam ſtellis inter ſidera conſtituiſſe Apollinis & Iouis voluntate, quod Orpheus Apollinẽ maxime laudaret, Iupiter vero beneficium filio conceſſit. Alij quod mulierum conſortia fugeret à Thracibus mulieribus diſcerptum voluere. Biſtoniam & Ciconas regno tenuit. authores, Diodorus, Orpheus, Tzetzes, Pauſanias, Suidas, Euſebius, Hyginus, Plutarchus, Philoſtratus. *Thracius, ſacerdos Threicius.* Virgilius. *Vocalis.* Horatius, *Vates Rhodopeius, vates Apollineus, hymnifer.* Ouidius.

ORTVS, *purpureus.* Ouidius.

OS, *vocale.* Ouidius.

OSCILLA funes quibus ſuſpenſis Athenienſes fœminæ ſe iactabant. Nam vt ſcribunt Hyginus & Germ. Cæſar, quum in finibus Athenienſium multæ virgines ſine cauſa ſuſpendio ſibi

mortem

mortem conſciſcerent, quod Erigode poſt mortem Icari patris erat precata vt eodem letho filiæ Atheniẽ ſium afficerentur quo ipſa foret obitura, niſi Icari mortem perſecuti, & eum forent vlti. Itaque cum id eueniſſet, petentibus eis Apollo dedit reſpõſum, ſi vellent euẽtu liberari, Erigonæ, & Icaro ſatisfacerent per ſingulos annos de frugibus & vindemia primum eis delibãtes. Qui quod ea ſe ſuſpenderat inſtituerunt vti tabula interpoſita pendente funibus ſe iactarent, quod ſacrificium ſolenne inſtituerunt, itaque & priuatim & publice faciunt. Oſcilla, Santra dici ait, quod os cillent, id eſt inclinent præcipiteſque in os ferãtur. Oſcillantes, ait Cornificius, ab eo quod os celare ſint ſoliti perſonis propter verecundiam qui eo genere luſus vtebantur. Hunc ritum Oſcillorum ab Atticis Itali ſumpſerunt in Latini regis honorem, qui ritus celebrabatur feriis ſementinis vt tradunt Probus, & Feſtus. Virgilius Oſcillorum ſacra Baccho fieri ſolita canit, vt placaretur ſcilicet, ac ſi Bacchi, à quo Icarus vinum acceperat, irato nomine ſuſpendia virgines exercuiſſent. *Mollia*, Virgilius.

OSCVLA, *dulcia*. Virg. *Flagrantia*. Horat. *Chara, humida*. Tibull. *Obuia*. Ouid.

OSSA, *dura*. Virgilius.

OSSA mons Theſſaliæ quondam ab Olympo monte abſciſſa, Strabo, Solinus. *Ardua*. Ouid.

OTVS & Ephialtes Iphimediæ Aloei vxoris à Neptuno compreſſæ filij, qui pulchritudine & magnitudine corporis poſt Orionem præſtantes cœlum voluere ſubuertere, ſed confixi ſũt Apollinis telis, vt ait Homerus. *Aloidæ gemini, immania corpora*. Virgil. Nam, vt inquit Homerus, nono ætatis anno in latum nouem cubita, in longum nouem vlnas excreuerunt.

OTHRYS Theſſaliæ mons, qui oræ Phthioticæ ad aquilonem iacet, Tymphræſto proximus ac Dolopibus, inde protẽſus ſinui Maliaco propinqua, Strabo, Plinius. *Niualis*. Virgil.

OTIA *dia*. Lucretius. *Secura*. Virgilius. *Mollia, diſcincta, ſegnia*. Ouidius.

OVES, *cornigeræ*. Lucret. *Lanigeræ*, *pecus molle*. Virgilius. *Pellitæ, infirmæ*, Horatius. *Placidæ, placidum pecus, pauidæ, immundæ*. Ouidius.

OVILE, *tepidum*. Ouidius.

OVIDIVS Naſo poeta, de quo vel pauca dicere ſuperuacaneum

neum ſit, cum ſeipſum monimentis ſuis abunde deſcripſerit. Illud ſilentio minime prætereundum, quod in Cecilij Munitiani Apulei fragmentis legitur, annis ſeptem in exilio conſumptis è vita exceſſiſſe Ouidium, Calend. Ianuar, qua die T. quoque Liuius deceſſerit. Structum item illi à barbaris per multas lachrymas ſepulchrum ante Ianuam. *Latinorum vates, operoſus dierum, ſcriptor amorum, Peligna gentis gloria, Peligni ruris alumnus.* Ouid.

P.

PABVLA, *læta*, Lucret. *mollia*, Ouid.

PACHYNVS vnus è tribus Siciliæ promontoriis; quod ad orientem vergit, Siculoque alluitur pelago, in Peloponeſum curſumque Cretenſem ſpectans. Strab. Plin. *Trinacrius, Siculus*. Virg.

PACTOLVS Lydiæ amnis, iuxta Sardis vrbē, qui initiū à Tmolo habens Hermo flumini immiſcetur, Chryſorhoas appellatus, eo quod aureas harenas deuoluit, vt alij à Chio Apollinis & Apathippes filio, qui quum aurum Crœſi furatus eſſet, è manibus cuſtodum elapſus ſeſe in fluuium præcipitauit, Pactolus verò à Pactolo Aeoli & Leucothoes filio, qui cum ſororem Demodocen per imprudentiam violaſſet, dolore percitus in fluuiū Chryſorhoam ſeſe deturbauit, Plutar. Strab. Apollon. int. Plin. *Lydius, aurifer amnis*. Tibul, *aurifera aqua*. Ouid.

PADVS Italiæ amnis, gremio Veſuli montis celſiſſimum in cacumen elati finibus Ligarum profluens, cōdenſque ſeſe cuniculo, & in Vibonenſi agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior, à græcis dictus Eridanus, quo nomine alter quoque in Attica Iliſſum influēs, augetur ad canis ortus liquatis niuibus, agris quàm nauigiis torrētior, nil tamē ex rapto ſibi vendicans. Nec amnes tantum Apenninos Alpinoſque nauigabiles capiens, ſed lacus quoque immenſos in eum ſeſe exonerantes omni numero triginta flumina in mare Adriaticum defert duobus oſtiis, Padoam, Volanamque incolæ vocant. Metrodorus Sceptius dicit quoniam circa fontem arbor multa ſit picea, quæ Pades gallicè vocetur, Padum hoc nomen accepiſſe, Ligurum quidem lingua amnem ipſum Bodincū vocari, quod ſignificet fundo carentem. Eridanus pœna Phaethontis illuſtratus, ſiderum nomen auxit, quinque oſtiis in mare erumpens. Polybius, Strab. Pauſan. Diodor. Plinius, Solin. Hyginus. *Fluuiorum rex, violentus*,

violentus. Virgilius. *Venetus.* Propert. *Heſperius, maximus, Lucidus, Populifer.* Ouidius.

PADVSA, quo nomine Padus nuncupatur vbi anguſta foſſa Rauennam trahitur, quondam Meſſanicus appellatus, author Plin. *Piſcoſus amnis.* Virgilius.

PAEAN cantilenæ genus, Duo autem erant Pæanes, vnus qui Marti ante pugnæ initium, alter qui deuictis hoſtibus Apollini canebatur. Quanquam communi vocabulo Deorum laudes Pæanes dicantur, proprie tamen Dianæ laus Hypingus, Apollinis Pæan, vtriuſque Proſodia. Bacchi Dithyrambus, Cereris Iulus, Rheæ Lytierſa, Suidas, Theodoretus, Iulius Pollux, Homeri interpres. *Lætus.* Virgilius.

PAESTVM Lucaniæ oppidum; quondam Poſſidonia à Græcis appellatum, medio in ſinu Præſtano collocatum, à Dorienſibus conditum, vbi bis naſcitur roſa, Strabo, Solinus, Plin. Seruius. *Biferum.* Virg. *Odoratum.* Propert. *Tepidum,* Ouid.

PAEONES populi in Pæonia regione ad Strymonem amnem ſita, quæ tota celſa eſt, partemque Macedoniæ Septentrionalem à Triballis protegit. E cuius latere vtroque in Thraciam Rhodope mons eſt, altera ex parte ad ſeptentrionem ora Illyrica, Herodot. Strabo, Plin. *Niuoſi.* Ouidius.

PALAESTRA Athenis primum inuenta à Phorbāte Theſei magiſtro, ſiue vt Pherecydi placet, auriga, author Polemon; *Agreſtis.* Virg. *Decora.* Horat. *Nitida.* Ouid.

PALAMEDES Nauplij & Clymenes Atrei filiæ filius Oeacis frater, Septimus à Belo, Vlyſſis ingenio ad Troiam ductus, nouiſſimeque lapidibus obrutus. Hic prudēs fuit, & tabulā luſoriam ad comprimendas otioſi exercitus ſeditiones inuenit, literarumque numerum auxit. authores Suidas, Apollonius, eiuſque & Lycophronis & Euripidis interp. Varro, Tzetzes, Pli. Seru. *Belides.* Virg. *Naupliades.* Ouidius.

PALATIA, *celſa.* Propert. *Alta.* Ouid.

PALATVM, *hudum.* Virgilius.

PALEARIA, *pendula.* Ouidius.

PALEAE, *Leues, inanes.* Virgilius.

PALES dea pabulorum atque paſtorum, cuius feſta palilia dicebantur, vel vt alij volunt dicta parilia, quoniam pro partu pecoris eidem ſacra fiebant. Feſtus, Seruius. *Magna, veneranda.* Virg. *Placida,* Tibull. *Alma, dea ruſtica, Siluicola.* Ouid.

PALINVRVS Phrygius gubernator qui loco nomen dedit. Virgilius, Mela. *Iaſides.* Virgilius.

PALLADIVM paruum animal ligneum, ſiue vt alij, Palladis ſimulachrum Troi regi in Troiani regni tutelam ab Aſio datum, vel vt poetæ confinxerunt, cælo demiſſum. Hoc Diomedes & Vlyſſes Theano Antenoris vxore Hecubæ ſorore conſcia cui Palladium creditum erat, cæſis arcis cuſtodibus rapuerunt. Porro palladia imagines, non manu factæ dicuntur, & quicquid cælo mittitur. Lycophr. interp. Suidas, Varro, Seruius. *Fatale, effigies ſacra.* Virgilius.

PALLA *tyria.* Tibul. *Sidonia.* Proper. *Splendida.* Ouid.

PALLANTEVM caſtellum Romæ, quod Arcades ex vrbe Pallanteo exeuntes duce profectionis Euandro in vno ex ſeptem collibus ſedem poſuerunt, Pallanteum vocantes à patria ſua in Arcadia, nunc tamen Palatium à Romanis dicitur confundente tempore certitudinem, præbetque multis inconuenientium etymologiarum materiam. vt autem ſcribunt quidã, in quibus eſt Polybius Megalopolitanus, ab adoleſcente quodã Pallante ibi mortuo nomen eſt loco datum. fuiſſe vero Pallantem dicunt ex Hercule & Dina Euandri filia, atque erigente in eo colle tumulum materno auo ab adoleſcente ipſo vocatum eſſe locum Pallantεũ. author Dionyſ. Halicarnaſſ. *Nobile.* Virg.

PALLAS dea è Iouis ſummo capite nata, vnde concutiẽs arma proſiluit, vnde Pallas ἀπὸ τοῦ πάλλειν, hoc eſt à vibrando dicta, vt alij quod Pallantem gigantem interfecerit, vel, ſicut putabant, quod in Pallante palude nata ſit, alij quod Semele fulmine icta, & Baccho per abortionem edito, Pallas infantis καρδίαν παλλομένην id eſt, cor ſaliens Ioui attulerit. eadem Minerua dicta, quod bene moneat, hanc enim pro ſapientia ponebant, Cornificius vero quod fingatur pingaturque minitans armis. alij Mineruam quaſi Menineruam dictam volunt. Aerem Aegyptij nominatum Palladem prodiderunt, ac Iouis filiam dici, & virginem fuiſſe, quoniam & non corrumpatur, & ſubli-miorem locum teneat, quapropter ex vertice Iouis dicitur nata. Eandem dictam eſſe Tergeminam, propter tria anni tempora, ver, æſtatem, hiemem. Dicitur etiam Glaucopis, non ea cauſa, qua Græci quidam arbitrantur, quod oculos habeat glaucos, quod ſtultum videtur, ſed quia aër glauci ſit aſpectus. Palladi olearum oleique educendi inuentionem tribuunt. Addunt ipſi

quoque

quoque veſtium apparatum & ædificandi artem, multumque præterea volunt in cæteris artibus hominibus profuiſſe. Nam & Tibiam, eiuſque cantum, & plurima inſtrumēta ad varia opificia, ex quibus operaria dicta eſt, adinuenit. Ex authoribus Heſiod. Homero, Diodoro, Euſtathio, Lucano, Feſto, Arnobio. *Tritonis*, ſiue quia circa Tritonem amnem genita eſt qui in Paludem Oceano proximam ab eo Tritonidem dictam defluit, vt inquit Diodor. vt Calliſtheni placet, quod hæc dea τρίτῃ μηνὸς id eſt tertia menſis die nata eſt, qui dies vt eiuſdem natalis feſtus Athenis tranſigebatur, vt Romæ quinquatria. At Herodoto, Pallas Tritonide Palude patre Neptuno nata traditur. Sed is quum filiæ neſcio quid aliquando ſuccenſuiſſet, adoptandam ſe Ioui illa dedit. alij vt Ariſtophan. interpres, & Nicander, quod τρίτω apud Aeoles & Athamanes caput dicatur. *Alma.* Lucret. *Vnigena.* ex Orpheo in hymnis, apud quem μουνογενὴς appellatur. *cultrix montis Itoni.* Catul. *Oleæ inuentrix, innupta, Tritonia, ſæua, diua, armipotens, armiſona, ſancta, belli præſes.* Virgil. *Intacta*, tametſi Heſiodus, & Propertius eam à Mercurio in Boebeide lacu compreſſam canant. *Caſta*, *Operoſa.* Horatius. *Magna, fortis, Sais.* Propert. Sais lingua Aegyptia Pallas dicitur, vt ſcribit Lycophronis interpres. Vnde tradit Herodotus quotannis conuentum fieri ab Aegyptiis in vrbe Sai in honorem Palladis. author eſt Plato Mineruam Sais vrbis Aegypti vnde fuit rex Amaſis conditricem fuiſſe. *Flaua, dea bellica, virago bello metuenda, nata Iouis, bellatrix, ſyncera, armifera, impauida, dea ingenioſa, dea docta, pugnax, fortis, biſtonia.* Ouid.

PALLENE ciuitas, & mons Thraciæ, ex qua fuit Proteus, dicta à Pallene Cleti vxore, Sithonis & Ochyroes Nili filia, Phlegra primum appellata, atque à gigantibus habitata. Ibique Deorum ac gigantum bellum geſtum eſſe fabulis traditum eſt. Strabo, Mela, Lycophronis interpres, Dionyſius Afer. *Hyperborea.* Ouidius, quod in Boream expoſita ſit qui maxime Thraciā perflat.

PALMA arbor, qua Aegyptus, Iudæaque maxime inſignis eſt Myrobalanum ferens. Sūt quidem Palmæ in Europa vulgoque in Italia ſed ſteriles. Ferunt in maritimis Hiſpaniæ fructum, verum immitem, dulcem in Africa, ſed ſtatim euaneſcentem, contra in Oriente ex iis vina, gentiumque aliquibus panis, plurimis vero etiam quadrupedum cibus. Hæc dumtaxat arbor

ad vnumquemque Lunę exortum ramum vnum profert, ita vt lunari anno ramos duodecim tendat, qua de cauſa apud Aegyptios annum ſignificat, vt ait Orus Apollo, Plin. *Ardua, Idumaea* Virgil. Idumæa pars eſt Syriæ, ſupraque Idumæã Iudæa longe lateque funditur. Præterea apud Hiericuntem Iudææ vrbem in campo Palmetum eſt ſpatio ſtadiorum centum, totum irriguum, & habitationibus plenum, vbi & regio eſt, & Balſami viridarium, authoribus Ptolemæo, Strabone, Plinio. *Lenta, rugoſa.* Ouidius.

PALMA manus. *Caua.* Ouidius.

PALICI ara, *pinguis & placabilis.* Virg. Circa Simethum Siciliæ fluuium non longe à Catina vrbe eſt Palica ciuitas, ibi ſunt Palici dei, Aethna Oceani filia & Vulcano nato, vt ait Silenus, vt Aeſchylus Thalia nympha Vulcani filia ab Ioue cõpreſſa, quæ metu Iunonis vt ſibi terra dehiſceret optauit. Sed vbi pariendi tempus aduenit terra recluſa eſt, & duo infantes de vtero Thaliæ progreſſi è terra eruperunt, qui Palici dicti ſunt, quaſi iterum venientes. Nam πάλιν rurſus, ἵκειν venire, hi primo humanis hoſtiis placabantur, poſtea quibuſdam ſacris mitigati ſunt, & eorum immutata ſacrificia. Nec longe lacus duo breues, ſed profundi ſcaturigine aquarum ebulliente, vt illas plerũque ſenos in altum cubitos facile eiaculari percipiantur, reque ignaris ne totus campus mergatur timorem incutiant. Verum illæ ad perpendiculum cadentes, eodem poſtea reſidere & componi videntur in loco, Crateres ab incolis appellantur, Palicorumque fratres exiſtimantur, & habẽtur in cultu maximo, præcipue ad exigendum iuſiurandum efficax numen intelligitur. Sed Palici etiam diuinationem habebant, authores Ariſtoteles, Macrobius, Seruius, Heſychius, Stephanus.

PALICORVM ſtagna, *Lacus alti, olentia ſulfure, rupta feruentia terra* Ouidius.

PALMES, *Longus.* Ouidius.

PALLOR, *Luteus.* Horat. *Luridus, buxo ſimillimus ora, tacitus.* Ouidius.

PALVMBES, quas viuere ad triceſimum ac 40. annũ Ariſtoteles author eſt, vno tamen incommodo vnguium, eodẽ & argumento ſenectæ qui citra perniciem reciduntur, cãtus omnis ſimilis atque idem, terno conficitur verſu, præterquam in clauſula gemitu, Hieme mutis, Vere vocalibus, Nigidius putat

quum

quum oua incubant ſub tecto nominatas palumbes relinquere nidos, pariunt autem poſt Solſtitia, ex Pli. *Raucæ, aeriæ* Virg.

PALVS, *vaſta*. Lucret. *Caua, putida*. Catull. *Craſſa, alta, placida*. Virg. *Stans*. Horat. *Huda, madida, pigra*. Ouid.

PAN. qui & Faunus, Probo, Macrobio, manifeſtiſſimeque Ouidio in Faſtis: Inuum quoque Latini dixere vt teſtantur Liuius, & Seruius, & Arnobius, & Rutilius Numantianus hiſce verſibus canit.

Multa licet priſcum nomen deleuerit ætas,
Hoc Inui caſtrum fama fuiſſe putat.
Seu Pan tyrrhenis mutauit Mænala Syluis,
Seu finis patrios incola Faunus init.
Dum renouat largo mortalia ſemina fœtu,
Fingitur in Venerem pronior eſſe Deus.

Apud Arcades vetuſtiſſimus, plurimumque in honore habitus, Capras & hircos Mendeſij in Aegypto populi ea de cauſa non mactant, quod Pana inter octo deos numerant, quos octo aiũt priores duodecim diis extitiſſe. Panos ſimulacrum & pictores pingunt, & ſtatuarij apud Aegyptios ſcalpunt, quemadmodum Græci caprina facie hircinisque cruribus, haud quaquam exiſtimantes eum eſſe talem, ſed ſimilem cæteris diis. Vocatur autem & hircus & Pan Aegyptiace Mendes, authores Dionyſius Halicarnaſſeus, & Herodotus. Pana Mercurio & Nympha quadam Dryopis filia genitum canit Homerus in hymnis. Epimenides Iouis & Calliſtus filium mauult, Ariſtippus Iouis & Nymphæ Oeneidis, vel vt alij codices habent, Nereidis. Duris Samius Penelopes ex omnium procorum promiſcuo concubitu, vnde & nomen. Lucianus & Theocriti interpres, ex Mercurio in hircum mutato & Penelope procreatum putant, vt alij Penelopes filius ex Vlyſſe. Euhemerus Cœli, ſed matris Veſtæ, niſi Veſtam ſacrorum verbo pro terra poſuit, cuius Ouidius etiam in Faſtis meminit. Is montium paſcuorumque deus communia cum Cybele ſacra habuit, vt ſcribit Pindarus, hinc ex pinu Cybelæ ſacra coronabatur. Hunc Pana Tiberio imperante mortuum tradit Plutarchus. *Semifer*. Lucretius. *Deus Arcadiæ, Tegeæus, ouium cuſtos, Lycæus, Silnicola*. Virgilius. *Nympharum fugientium amator, velox, Mercurialium cuſtos virorum*. Horatius. A Fando, dictus iure Mercuriales viros, hoc eſt facundos, à Mercurio facundiæ deo tuetur, vt ſcribit

vt ſcribit Acron. *Deus Silueſter.* Tibull. *Deus Arcadius.* Propert. *Corniger, caput pinu præcinctus, bicornis, piniger, deus Mænalius, Cornipes, deus velox, deus pecoris, Semicaper, numen armenti, numen aquarum, nudus.* Ouidius.

PANES, qui & Fauni, dei Latinorum, ita vt Faunus, & Fauna ſint in his verſibus quos vocant Saturnios, in ſilueſtribus locis traditum eſt ſolitos fari, vnde & à fando Faunos dictos. Author Varro. *Agreſtum præſentia numina.* Virgil. *Capripedes.* Propert. *Numina montana, ruſtica numina, ſiluarum numina, ruricolæ, bicornes, cornigeri.* Ouidius.

PANACEA, ſiue Panaces, & Panax, quæ ipſo nomine morborũ omnium medicamenta promittit, plurima ex parte in Bœotia, & Phocide, Clitorioque Arcadiæ, foliis aſperis in terra iacentibus, herbacei coloris, flore lutheo, & ſemine odorato, radiceſque habet multas ab origine vna, candidas, graue olentes, cr ſſi corticis & amari. Naſcitur & in Cyrene Libyæ, & Macedonia, Theophr. Dioſcor. Plin. Galen. *Odorifera.* Virg.

PANCRATIVM genus ludicri certaminis, vnde & Pãcratiaſtes qui manibus pedibuſque pugnam conſerit, vt ait Suidas, quique generibus illis quinque Græciæ certaminum nõ ſolum certauit ſed & vicit, Nemeis ſcilicet, Pythiis, Iſthmiis, & Olympiis. Eſt & Pancratium herba quam Romani pariter græcis Pancration, & Scyllam puſillam vocant, vt tradit Dioſcorides. *Durum*: Propertius.

PANCHAEA, ſiue Pancheia, regio in Arabia, quam Pãchæi indigenæ habitãt, qui & thus & myrrhã Arabis mercatoribus vendunt, à quibus alij pretio ſumpta in Phœnicen, Syriam, & Aegyptum tranſuehunt, inde à reliquis orbis mortalibus importantur. Habitant eam præterea Indi, Scythæ, Cretes Oceano aduecti, vt tradit Diodorus. Huius meminit Ouid. cum ait:

ſit diues Amomo,
Cinnamaque, coſtumque ſuum, ſudataque ligno
Thura ferat, floreſque alios Panchaica tellus.

pinguis thuriferis harenis. Virg. *diues.* Prop. *diues amomo.* Ouid.

PANDARVS Lycaonis filius, ex Lycia regione, qui primus fœdus inter Græcos Troianoſque fregit, author Homer. *clariſſimus.* Virg.

PANDION Erichthonij ex Phraſithea filius, quintus Athenarum rex, qui annis 40. imperium tenuit, vt tradit Euſeb. &

Tzetzes

Tzetzes. Quatuor mares totidemque fœminas ſuſtulit. authoribus Ouidio, Stephanus quintum Teuthrantem adijcit. *clarus*. Ouidius.

PANGAEA numero multitudinis, ſiue Pangæus Thraciæ mons Hebro flumini adiacens, à Pangæo Martis & Critobules filio nomen adeptus. Plutarc. Plin. *alta*. Virg.

PAMPINVS. *viridis*. Horat.

PANNONIS populi Pannoniæ prouinciæ, quæ ad Septentrionem vergit, finitur inde Danubio, vt ſcribit Plinius. *Fallaces*, Tibul.

PANTHERA quæ ſicuti & Tigris macularum varietate prope ſola beſtiarum ſpectatur, cæteris vnus ac ſuus cuiuſque generis color eſt. Leonum tantum in Syria niger. Pantheris in Candido breues macularum oculi. Ferunt colore earum mire ſollicitari quadrupedes cunctas, ſed capitis toruitate terreri, quamobrē occultato eo reliquas dulcedine inuitatas corripiūt. Sunt qui tradunt in armo iis ſimilem lunæ eſſe maculā creſcentem in orbes, & cauantem pari modo cornua. Nunc varias & Pardos qui mares ſunt appellant in eo omni genere creberrimo in Africa Syriaque. Quidam ab his pantheras ſolo candore diſcernunt, nec adhuc aliam differentiam inueni. author Plinius. *picta, fera*. Ouid.

PAPAVER herba, cuius duplex genus eſt, Satiuum, & hortenſe alterum, cuius ſemen in valetudinis vſu pani compinſitur, & cum melle pro ſeſamo eo vtuntur. Vocaturque papauer hoc Thylacite hoc eſt vricularium oblongo vaſculo, ſemine albo. Alterum ſilueſtre, ſeſſili vaſculo, ſemine nigro, quod Pithite à dolij forma, quaſi doliare nominatur. Aliqui etiam Rheada papauer hoc vocant, propterea quod liquor ex eo defluit. Eſt tertium papaueris genus duobus his ſilueſtrius, medicamentoſius, & longius oblongo vaſculo. Papaueris liquor contra nimias vigilias, & vbi ſopore opus fuerit, emplaſtri modo fronti & temporibus ex aqua imponitur. Idem maiore copia potus nocet, inexpugnabilem ſomni neceſſitatem, quam Lethargum dicunt, vſque ad mortem faciens. Quapropter papauere non ad cibum, ſed ad leuādum ſomno pro amiſſa filia dolorem Cererem vſam fuiſſe poetæ tradiderunt. Dioſcor. Plin. Ouid. *lutheum*. Catull. *cereale, ſoporiferum, letheum, lethæo perfuſum ſomno, veſcū*. Virg. *purpureum*. Proper. *fæcundum, lene*. Ouid.

rebus omnibus deſit. Lacheſin vero dictam Chryſippus put. t ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν,quod eſt ſortiri,quippe ipſa net ac filum d. cit,Clotho quod fuſum torquendo ſuper eo filum trahit atque colligit,nam Græci torquere κλώθειν dicunt. Atropon inconmutabilem quod inexorabilis ſit,& flecti non poſſit quin filum truncet,ac humanam finiat vitam , ſiquidem græcis ἄτροπος immutabilis appellatur.Plura leges apud Cornutum,& Chalcidium,& Theodoretum. *Veraces* Horat. *Sorores triſtes , fatalia nentes ſtamina.* Tibull. *immites*, Propert. *Triplices deæ, ſorores veteres, deæ fatales.* Ouid.

PARENTES, *chari*, Lucret.

PARIENTES, *timidæ*. Ouid.

PARIS, Alexander alio nomine dictus, quia ob ſomnium ab Hecuba viſum à Priamo, Archelao cuidam exponendus traditus eſt,qui paſtoribus aduerſus latrones auxilium ferens Alexander dici meruit,vt ait Lycophronis interpres. Priami & Hecubæ filius, Homeri carmine notiſſimus. *Phrygius.* Lucretius. *Iudex Phrygius.* Catullus. qui pro Venere contra Iunonem & Mineruam iudicauit. Fabulam habes apud Ouidium, & Lucianum,& Coluthum. Antandro mons imminet quem Alexandriam vocant,vbi deas à Paride iudicatas ferunt, vt ſcribit Strabo. *Dardanius,paſtor Phrygius, adulter Dardanius.* Virgilius. *paſtor perfidus,fatalis,inceſtus iudex.* Horatius. *paſtor Idæus.* Propertius *Priamides, Priameius, adulter Idæus, pater Boryti.* Ouidius. Nam Paris ex Oenone ſuſcepit Corytum, quem mater, quum ſe à Paride deſtitutam videret,euntibus in Troiam Græcis itineris ducem dedit,quod apud Lycophronem Caſſandra fore vaticinatur, & copioſè narrat interp. Nicander authore Parthenio tradit Corytum à Paride cum Helena matre coeuntem deprehenſum,occiſumque fuiſſe.

PARMA, *bellica,picta*, Proper. *caua*, Ouid.

PARNASSVS Phocidis mons,qua Bœotiæ accumbit in Aquilonem prolixus, & ab locis Delphicis vſque ad Oetæos montes, Aetolioſque in vnum coeuntes, Doriéſeſque intermedios. Vniuerſus autem Parnaſſus conſecratus exiſtit,& antra,& alia loca honore,& ſanctitate digna continens. E quibus celeberrimum & formoſiſſimum extat Corycium Nympharum antrum,eodem quo & Cilicium nomine nuncupatum. Nomẽ accepit à Parnaſſo heroe, quem primum in Pythone vaticinatum fuiſſe

fuiſſe perhibet Alexander, & Hellanicus, vt Pauſanias, à Parnaſſo Cleodoræ nymphæ & Neptuni ſiue Cleopompi filio, quum antea Larnaſſus ab arca Deucalionis, quæ primum illuc poſt diluuium appulit, diceretur, λάρναξ, quippe græcis, arca, capſa, vrna, author interpres Apollonij. *Arduus, biceps*, duos enim in colles aſſurgit, quod Ouid. teſtatur quum ait,

Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus.
Nomine Parnaſſus ſuperatque cacumine nubes.

Itemque Lucanus,

Parnaſſus gemino petit arduus æthera colle.

Mons Phœbo Bromioque ſacer. Ouidius.

PAROS, inſula vna à Cycladibus, è qua natus eſt Archilochus poeta. Parus Lapidem producit, quem Parium appellant ad marmoreas ſcalpturas aptiſſimum. Paros cum oppido ab Delo 38. mill. abeſt, quam primo Pactiam, deinde Minoida, Demetriala, Zacynthum, Hyriam, præterea Hyleeſſam, Cabarnim denique vocarunt, à Cabarni quodam Arcade qui Cereri Proſerpinæ raptum ſignificauit. Primum ab Arcadibus, Cretenſibuſque habitata, à Paro viro Arcade nomen accepit, vt legimus apud Strabonem, Stephanum, Plin. *Niuea.* Virgilius. *Marmorea.* Ouidius.

PARTHENIVS amnis ortum habens in Paphlagonia, per florida loca defertur quemadmodum & virgines ſolent, vnde & nomen aſſecutus eſt, Parthenio nomē inditum tradit Callimachus quod Diana παρθένος, hoc eſt virgo in eo ſe lauerit. Alij à miti, & virginali fluxu dictum exiſtimant. Nonnulli à Partheno Paletini regis filia quæ in eum decidit. Seſamum vrbem circumfluit, quæ deinde Damatris à filia fratris Darei regis dicta eſt. Eſt & alter eiuſdem nominis apud Samum, Imbraſus aliter appellatus. auth. Strab. Plin. interp. Apollonij, Stephan. Euſtath. *Rapax.* Ouidius.

PARTHENOPAEVS, Atlantæ Schœnei filius, Euripide, Sophocle, Diodoro, vt Seruius, Menalippæ & Martis ſiue Melanionis, rex Arcadiæ, Hyginus vero tradit Parthenopæum Atalanta Iaſi filia de qua ſupra dictum eſt natum, eique nomen inditū quod eum mater in Parthenio Arcadiæ monte expoſuerit. Hic Thebanum bellum puer admodum petiit atque inter ſeptem duces qui eo in bello præter Adraſtum deſiderati ſunt præſtantiſſimus fuit: Septem Ducum filij qui poſtea Epigoni dicti
ſunt

ſunt in vltionem patrum Thebas deleuerũt, quas per id tempus Laodamas Eteoclis filius regno tenebat, eorum nomina fuere, Aegialeus Adraſti filius, Therſandrus Polynicis, Diomedes Tydei, Sthenelus Capanei, Alcmæon & Amphilochus Amphiarai, Stratolaus Parthenopæi, Polydorus Hippomedontis, Melon Eteoclis, ex Euſtathio, Hygino. *Inclytus armis*. Virg.

PARTHI populi in Parthia, quæ quanta eſt à meridie rubrum mare, à ſeptentrione Hyrcanum ſolum claudit, in ea regna duodeuiginti diſſecantur in duas partes, vt ait Solinus, à Scythis vnde transfugerant Parthi vocati ſunt: Ita enim gentili Scytharum ſermone exules dicuntur, vt ſcribit Trogus. Parthia nõ multa eſt, quapropter Parthi cum Hyrcanis Perſice viuebant etiam multo poſt tempore quam Macedones imperarent. Ad paruitatem accedit quod nemoroſa eſt, montana atque inops, quam ob rem reges eam curſu præteribant, cum regio ne minimam quidem exercitus partem alere poſſet: nunc vero aucta eſt. Nam Cameſeña, atque Chorena, & tota fere regio vſque ad Caſpias portas, & Aragos, & Zapyros, quæ prius Macedonum erant, Parthorum ſunt. Parthi tamen tam immenſis valentes opibus Romanis principibus ſubdidere colla. Plura apud Strabonem, & Plinium leges. *Sagittiferi*. Catul. *Leues, fidentes fugà, verſiſque ſagittis*. Virg. *Feroces*. Horat. *Fugaces*, Ouid.

PASIPHAE Solis & Perſeidis Oceani filia, quæ ex Minoe rege Ariadnam, Phædram & Glaucum, quem alij Androgeũ, ſiue Androgeona vocant, genuit, authoribus Homero, Lycophrone, Diodoro, Hygino. *Solis filia, adultera*. Ouid.

PASCVA, *læta* Horatius. *Herboſa*. Ouid.

PASTOR, *vagus*, Tibullus.

PATELLA, *pura*. Ouidius.

PATER, *parens, genitor, charus*. Virg. *Durus*. Ouid.

PATRES, *ſancti*, Virg. *Grandæui, verendi*. Ouid.

PATROCLVS Menœtio & Sthenele, vt alij, Philomela natus, qui cum Cliſonymum ſiue Eanen Amphidamantis filiũ imprudenter occidiſſet ex Opunte patria ad Peleum ſe recepit: à quo vnà cum Achille Chironi erudiendus traditur. Strabo, Homeri interpres, Hyginus. *Menœtiades*, Propertius. *Actorides*. Ouid. Siquidem, vt idẽ Homeri interp. tradit. Actor Locrus genere Aeginam Aſopi filiã poſt Iouis concubitũ, & Aeaci mortẽ in Theſſalia vxorem duxit, ex eaque Menœtium & Irũ ſuſtulit.

PAVO

PAVO auis, qui multas cum forma, cum intelligētia & gloria præcedit, Gemmantes laudatus expandit colores aduerſo maxime ſole, quia ſic fulgentius radiant. Simul vmbræ quoſdā repercuſſus cæteris qui in opaco clarius micant cōchata quærit cauda, omneſque in aceruum contrahit pennarum, quos ſpectari gaudet, oculos. Idem cauda annuis vicibus amiſſa cum foliis arborum, donec renaſcatur iterum cum flore, pudibundus ac mœrens quærit latebram. Viuit annis 25. Colores incipit fundere in trimatu. Ab authoribus non glorioſum tātum animal hoc traditur, ſed & maleuolum, author Plin. *Pictus*, *Iunonis volucris*. Ouidio enim docente diſcimus, Iunonem Argi oculos in Pauonis caudam tranſtuliſſe. *Volucris Iunonia*. Ouid. Menodotus quoque Samius referente Athenæo ait, Pauos primum apud Samum inſulam Iunoni ſacram natos, atque educatos fuiſſe Gallos in Perſide, Meleagrides in Aetolia.

PAVOR, *gelidus, horribilis*. Lucret. *Humilis, pulſans corda*. Virgilius. *Moleſtus* Horatius.

PAVPERTAS *pauperies, horrida*. Lucret. *Sæua, anguſta, importuna, contracta, audax, dura*. Horatius.

PAX, *tranquilla, placida*. Lucret. *Bona*. Virg. *Candida, alma*. Tibul. *Concors, mitis*. Ouidius.

PECTEN texentium, *argutus*. Virgilius.

PECTEN pro plectro, vide plectrum.

PECTEN quo capillum componimus, *dens, denſus*. Tibull. *Cytoriacus*, hoc eſt buxeus. Ouid. à Cytoro monte.

PECTEN quo terram colimus, *rarus*. Ouid.

PECTVS, *Candidum*. Virgilius.

PECVDES, *Lanigeræ, barbigeræ*. Lucret.

PECVS, *agreſte*. Virg. *Vagum*. Horat.

PEDO Albinouanus Poeta temporibus Auguſti Cæſaris, qui in tenera ætate operam & ſtudium poſuit in declamationibus, quod ex Seneca facile colligitur, à quo vt fabulator egregius & maxime feſtiuus laudatur, commendatur à Valerio Martiale inſcribendis epigrammatis. *Sidereus*. Ouidius.

PEGASVS equus alatus ex capite Meduſæ exciſo & Neptuno natus, Ideo dictus quia prope Oceani πηγὰς hoc eſt fontes editus eſt. Hunc poſt Bellerophontis mortem Aurora ab Ioue dono accepit. Aethiopia pennatos equos, & cornibus armatos generat quos Pegaſos vocant. Teſtimonio ſunt Heſiodus, Aratus,

tus, Hyginus, Plin. *Ales.* Horat. *Equus Bellerophonteus:* Propert. *Pennis fugax, volucer, Meduſeus:* Ouidius.

PELEVS Aeaci & Endeidis Chironis filius, qui diſco iacto inuitus Phocum fratrem ex Pſamathe Nerei filia genitum interfecit. Ob hanc cædem à patre pulſus in Magneſiam, ad Chironem, vel vt aliis placet, ad Ceyca confugit: poſtmodum ab Actore Phthiæ rege purgatus, inque regnum cum eius liberis cooptatus. Huius cum Thetide nuptias in Pelio monte Dij celebrarunt, tum etiam vnus quiſque Deorum donum ei dedit, quemadmodum & Harmoniæ cum Cadmo nupſit Muſæ Nuptiale carmen cecinerunt, & ſingularia atque ſpeciaria dona ei Dij attulerunt. authoribus, Diodoro, Pauſania, Homeri interprete, Catullo, Tametſi Ariſtophanis interpres in quibuſdam non conueniat. *Eximius, clariſſimus, Theſſaliæ columen,* Catull. *Æmonius.* Tibullus. *Æacides, Iouis Æginæque nepos, Phthius,* Ouidius.

PELIAS Tyro Salmonæi filia & Neptuno genitus, Theſſaliæ rex, vt canit Hom. Ab Aſteropea & Antinoe filiabus Medeæ conſilio interemptus, quæ in Arcadiam profugerunt, vt ſcribit Pauſan. *Admeti ſocer,* Ouid.

PELIGNI populi Italiæ, Marſis finitimi, in Samnitum finibus, in quarta Italiæ parte, quorum gentes, Corfinienſes, Superæquam, Sulmonenses, Strab. Pli. *aquoſi, ſalubres,* Ouid.

PELION Theſſaliæ mons ad ortum ſolis ſpectans. Strabo, Plin. *altus* Virgil.

PELOPS, Tantali & Euryanaſſæ, ſiue Diones Atlantis filius, à Neptuno amatus, à quo etiam equos indomitos accepit. Hic Peloponeſi regnans Olympiis quoque præfuit, qui poſtea aduerſus Ilium arma corripiēs ſuperatur à Dardano. vt memoriæ prodiderunt Plutarchus, Diodorus, Pindari, & Homeri, & Lycophronis interpres, Euſebius, Hyginus. *periurus.* Catullus. quia Myrtilo aurigæ fidem non ſeruauit, ſed apud Geræſton Euboeæ promontorium in mare illũ præcipitauit, quod ab eius nomine Myrtoum dictum fuit, vt legimus apud Diodorum, & Ouid. & Lycophron. interp. *acer equis, humero inſignis eburno,* Virgil. Tantalus namque, vt tradit Seruius, & Pindari interp. volens deorum tētare diuinitatem, eis inuitatis filium ſuũ epulandum appoſuit, à quo omnes dij abſtinuerunt, excepta Cerere, vel vt alij tradunt, Thetide, vt quidam Mercurio vt nonnullis

nullis placet, Rhea, quæ brachium eius conſumpſit, poſtea dij petente Tantalo, quum voluiſſent filium eius reuocare ab inferis, Ceres ei eburneum brachium reſtituit. Eundem poſtea humerum Græci decimo ad Troiam anno oraculo moniti vnà cũ fatalibus Herculis ſagittis deferendum curauerunt, votique comodo compotes facti ſunt. Inde cum naufragio interiiſſet poſt multa ſecula à piſcatore inuentus, Eleorum legatis traditus eſt, & peſtis apud Eleos ceſſauere contagia, & Damarmenus piſcator Pelopis nobiliſſimo ſacrário præpoſitus eſt. author Pauſan. & Lycoph. interp. Plin. Elide vrbe Peloponeſi coſtam Pelopis eburneam oſtendi ſolitam ſcribit. *Phrygius.* Propert. Vt enim Ouid. ait, Tantalus Phrygiæ imperauit, & vt Diodor. adijcit, Paphlagoniæ. *Tantalides.* Ouid.

PELTA, *lunata, ærata.* Virg.

PELORVS promontoriũ Siciliæ, is in Italiã vergit Scyllæ aduerſus, cauſa nominis gubernator Annibalis, qui profugus ex Africa, ac per ea loca Syriam petens, quia procul intuenti videbantur litora eſſe continua, & non peruium pelagus, proditum ſe arbitratus, Pelorum illic occidit & condidit. Hoc promontorium è tribus vnum eſt quæ triangulam efficiunt inſulam, quod in æſtiuos vergit ortus, ſicuti memoriæ prodidere. Strab. Mela, Solin. Pli. *anguſtus.* Virg. *Auſonius, Siculus.* Ouid.

PENATES dij præſides ac tutelares, quos etiam Lares vocabant, quos alio verbo μεγάλȣς ϗ πατρώους θεȣ̃ς, i. magnos & patrios deos nuncupabant per quos ſpiraremus, per quos corpus & animi rationem nos habere putabant, vt latius diſſerunt Dionyſ. Halicarnaſſ. & Macrob. Nigidius vero, vt refert Arnobius, penates Deos Neptunum atque Apollinem eſſe prodidit. qui Troiam muris cinxerint: idem tradit Penatium genera quatuor eſſe, alios Iouis, alios Neptuni, Inferorũ tertios, mortalium hominum quartos. Lares autem tectorum domuumque cuſtodes, modo Curetas, & Idæos Dactylos, modo Manes, & eorum matrem Maniam, nunc aerios Deos, & Heroas, nunc Laruas, alij vicorum atque itinerum deos eſſe voluerunt. *Dij magni, dij patrij, patrij magni.* Virg.

PENELOPE Icarij Oebalo nati, & Periboeæ filia, vt alij Polycaſtæ Lygæi filiæ, vt alij Dorodochæ filiæ Orſilochi, vt nonnulli Areſtodiæ Eurypyli filiæ. nomen accepit à Penelopibus auibus à quibus educatam ferunt, cum antea Arnæa, hoc eſt abiecta

iecta repudiataque diceretur. Homer. Strab. Pindar. & Lycophron.& Hom. interp. *difficilis procus*. Horat. *Icariotis*. Proper. *Icaris,candida,laudabilis*. Ouid.

PENETRALIA, *ima*. Ouid.

PENEVS amnis qui per mediam Theſſaliam labens,compluribus aſſumptis amnibus ſæpius effunditur.Ipſe vero Peneus oritur ex Pindo à ſiniſtra relinquēs Triccen & Pellineum, Pharycadonem,iuxtaque Atracem Lariſſamque defertur, acceptiſque Theſſalicæ telluris fluminibus per Tempe ad erumpendum progreditur,ex Strab. Plinioque. *Magnus ſenex*. Ouid.

PENNAE, *præpetes*. Virg. *tenues,mobiles*. Ouid.

PENSA, *mollia*, Virg.

PENTHESILEA Amazonum regina,Martis filia, quā cum Amazonum reliquiis ex patria profugam Troianis auxilio fuiſſe tradunt,ac poſt Hectoris obitum multis præclaris belli facinoribus editis ab Achille interfectam. Hanc poſtremam Amazonum præcipua virtute extitiſſe, reliquiaſque eius gentis paulatim defeciſſe ferunt. authores Iuſtinus & Diodorus. Lycoph. interpres addit, Achillem Pentheſilea interfecta, cum qua pugnando poſt ancipitem diu congreſſum vix ſuperior euaſerat,dū iacentis ſpoliat corpus pulchritudine illius,& incipientis iuuentæ gratia commotum collacrimaſſe, Græciſque perſuaſiſſe vt formoſam adeo virtutiſque eximiæ mulierem extremo ſepulchri honore magnifice condecorarent. Quamobrem expeditam cauillorum cauſam Therſitæ datam perhibent, qui alias excellentibus ſemper viris infenſus, tum etiam Achillem illius amore captum inſimulabat, addebatque inſuper illum vita etiam functo cadaueri ſe commiſcuiſſe. Iccirco iratum ferunt Achillem cum gladio dedignaretur,illum pugni ictu interfeciſſe.Sunt qui dicant nō eam ob cauſam id egiſſe Achillem,ſed quoniam mortuæ oculos Therſites in illius contumeliam effodiſſet. Diomedem vero aiunt Therſitæ cognatum, eius nece non mediocriter commotum,Pentheſileæ cadauer pedibus attractum in Scamandrum flumen præcipitaſſe. Eandem ſecutim inueniſſe proditum eſt, vt inquit Pli. filium habuit Cayſtrum, qui Cayſtro flumini nomen dedit. author Euſtathius. *Bellatrix,martia*. Virg. *Ferox,Meotis*. Propert.

PENTHEVS ex Agaue & Echione natus,qui quum Bacchum aſpernaretur in abietem arborem in Cithærone aſcendit,

Bacchæ

Bacchæ illum conſpicatæ detrahunt, atque in fruſta concidunt, Euripides in Bacchis, & Pauſanias in Corinthiacis, ex quo à Propertio dictum eſt,

Penthea non ſæuæ venantur in arbore Bacchæ.

Echionides, contemptor ſuperum, *Echione natus, ſacrilegus, impius*. Ouidius.

PEPARETHVS vna è Cycladibus cum eiuſdem nominis oppido, quondam Euonus dicta, cōtra Magneſios ſita. Strabo, Steph. Plin. *ferax oliuæ*. Ouid.

PERDICES aues vocales, vtpote à quibus Alcman canere didicerit, vt ipſe de ſe teſtatur, cum quibus pigmæos bellum continenter gerere ſcribit Menocles Athenæo authore. *Garrulæ*, Ouidius.

PERGAMA, *ardua*. Virg. *nomen Homeri*. Proper. *alta, Neptunia*. Ouid.

PERILLVS, Perilaus Luciano, & Tzetze dictus, Tauri ærei inuentor, quem crudeliſſimus omnium tyrannorum Phalaris habuiſſe dicitur, quo viuos ſupplicij cauſa dimittere homines, & ſubijcere flammam ſolebat. In eo primum ipſe Perillus combuſtus eſt, vt canit Callimachus. πρῶτος ἐπεὶ τὸν ταῦρον ἐκαίνισεν, ὃς τὸν ὄλεθρον Εὗρε τὸν ἐν χαλκῷ καὶ πυρὶ γινόμενον Taurum illum aliquot annis poſt Agragantini in mare demerſerunt, Timæus, Cicero Hanc rem in hunc modum Plutarchus memoriæ commendauit, Phalaris impius Agrigentinorum tyrannus aduentantes ad ſe hoſpites ſupplicio afficere ac torquere ſolebat. Perillus in laborando ære faber egregius vaccam ex ære conſtruxit quam ad concremandos in ea hoſpites tyranno donauit, At Phalaris dumtaxat pro tempore iuſtus factus in eam coniecit artificem, quæ quoties incluſus gemitum ederet, mugitum referebat. *Sæuus*. Proper. *violentus*. Ouid.

PERIVRIA, *deuota*, Catul. *dira*. Ouid.

PERICVLA, *ſæua* Virg *amara*. Ouid.

PERIPHETES Vulcani filius apud Epidaurum, Corynetes, à claua κορύνῃ dicta, qua externos interficiebat, cognominatus, Theſei primus labor ac victoria fuit. Claua autē Theſeus lætatus eſt, accipienſque eam ad armorum ſibi vſum ſeruauit, qua deinceps veluti Hercules leonis pelle perpetuo vſus eſt. Ex authorib. Diodor. Pauſan, & Plutarcho. *Clauiger, proles Vulcania*. Ouidius.

PERO

PERO ruſticum calciamentum, vt ait Seru. *Crudum.* Virg. g.

PERO Nelei filia ex Chloride Amphionis filia, ex qua & Neſtorem, Chronium, ac Periclymenum ſuſcepit, Neleus autẽ pronuntiauit nemini filiam vxorẽ ſe daturum, niſi ei qui boues Iphicli ex Phylaca vrbe Theſſaliæ ad ſe duceret, Solus Melãpus Amythaonis filius ſcientia diuinandi clarus id promiſit. Is ab Iphiclo in vincula coniectus eſt, ſed poſt annum ſolutus, egit vt Pero ſibi dàta Bianti fratri nuberet, author Homer. Theocriti interp. Diodor. *Formoſa.* Propertius.

PERSIA regio, ſiue Perſis, poſt Carmaniam ſita, multa ſanè in ora illius ſinus, qui ab ea nominatur, ſed longe maior in mediterranea, præſertim in longitudine quæ ab Auſtro & Carmania in Septentrionem & Medicas gentes pertendit, Perſidis initium ad flumen Oroatem quo diuiditur ab Elymaide. Ipſa Perſis aduerſus occaſum ſita obtinet litora. 550. mill. paſſ etiam in luxum dites, in Parthorum iampridem tranſlata nomen. Plura apud Strabo. & Plinium leges, nomen ei dedit Perſes Medeæ filius vt ait Stepha. *Pharetrata.* Virgil. Liberos, inquit Herodotus, à quinto eorum anno incipientes vſque ad viceſimũ tribus duntaxat rebus inſtituunt, equitare, arcu ſagittas excutere, & vera loqui. Itemque Strabo. Venantur autem pila, & ſagittas ab equis mittentes, & funda vtentes. *Danaeia.* Ouid. Xerxes apud Herodotum ait. Nos arbitramur Perſen ex quo nos progeniti ſumus fuiſſe filium Perſei Danaes filij ex Andromeda genitum, quæ fuit Cephei filia. Ita ex vobis oriundi ſumus.

PERSAE populi, *graues, infidi.* Horatius.

PERSE, ſiue Perſeis, Oceani filia, ex qua Sol Circen & Aeetem genuit. Homerus, & Heſiodus. *Pulcherrima,* Ouid.

PERSEVS, Iouis & Danaes filius, vir fortitudine eximia, & græcorum ſuæ ætatis optimus, qui primus frenum equo impoſuit, & diſcum adinuenit. Vulgatum eſt in fabulis Dictyn piſcatorem apud Seriphum inſulam arcam adduxiſſe retibus, in qua Perſeus cum matre Danae poſitus tenebatur, quum pater Danaes Acriſius vtrumque abieciſſet in mare, atque in hac inſula educatum fuiſſe, qui quum caput Gorgonis allatum Seriphiis oſtendiſſet, vniuerſos mutaſſe fertur in Lapides, idque in matris vltionem factitaſſe, quia illis adiutoribus Seriphi rex Polydectes nuptiis inuitam adegiſſe conſtituiſſet. Hæc accepimus ex Strabo. Diodoro, Apollonio, eiuſque &

Homeri & Lycoph. interprete, Pauſania, Hygino. Germanico Cæſare in Arateo commentario, M. Manilio. *Pennipes*. Catull. propter Talaria quæ à Mercurio ſumpſit, vt ait Ouid. *Abantiades*, ex Lynceo & Hypermneſtra Abas, ex Abante Proetus & Acriſius, ex Acriſio Danae, ex qua Perſeus, è quo Alcæus, Electrion, & Sthenelus, Alcæi, Amphitryon, Electrionis Alcmena, vnde Hercules, & Iphiclus, ex quo Iolaus authorib. Pauſan. int. Euripidis. *Ioue natus, Inachides, fortiſſimus, Danaeius heros, Acriſioniades, Aurigena*. Ouid.

PES, *durus*. Lucr. *vagus*. Catul. *celer*. Proper.

PES puellæ, *aureolus*. Catul *tener, niueus*. Ouid.

PESTIS, *peſtilitas, lues, auida*. Lucr. *crudelis*. Catull. *acerba, aſpera*. Virg. *dira*. Ouid.

PETILIA Lucanorum primaria vrbs, quam Philoctetes è Melibœa per ſeditionem profugus ædificauit egregiis munimentis validam, adeo vt Samnities eam quandoque caſtellis exædificatis corroborarint. Circa loca ipſa Philoctetes, & vetuſtã condidit Crimiſſam. Hæc Strabo. meminit & Solinus, & Plin. *Parua, ſubnixa muro Philoctetæ*. Virgilius.

PHAEDRA Minois Cretenſium regis & Paſiphaes filia vt Plutarchus, vt Diodor. Deucalionis Minois filii, cuius amor erga Hippolytum ſatis abundeque notus eſt ex Ouid. Seneca, Plutarch. Diodoroque. *Paſiphaeia, Creſſa, Minoia, Cnoſis*. Ouid.

PHAETHON Solis & Clymenes Meropis filius. Nota fabula ex Euripide, Ouid. Diodoro, Plin. Hunc Eratoſthenes, Hygino teſte, à Sole inter ſidera perlatum tradit, ſecundumque eſſe ex iis quos Græci πλανήτας hoc eſt erraticos vagoſque appellant. *Magnanimus*. Lucretius. *Clymeneia proles, Sole ſatus*. Ouidius.

PHAETHONTIS ſorores Heliades dictæ, quæ ob fratris mortem in populos arbores vt Ouid. Plin. & Diod. tradunt, vt Apollonius & Virgilius in Alnos verſæ ſunt. Earum nomina, Phaethuſa, Phœbe, Lampetie. *Phaethontiades* Virg *Phaetontia turba, Phaetontides, Clymeneiæ, Clymeneides altæ*. Ouid.

PHALARIS Agrigentinorum, & totius Siciliæ crudeliſſimus tyrannus, cuius immanis crudelitas in prouerbium abiit, Phalaridis principatus, Plutarchus, Lucianus, Euſebius, Suidas. *Ferox, tyrannus Siculus*. Ouid.

PHALANTVS Acaci Spartani filius, quo duce Spartani ad requi-

requirendas ſedes profecti, oppugnata arce Tarentinorum expugnatiſque veteribus incolis ſedem ſibi conſtituunt. Sed poſt annos plurimos dux eorum Phalantus per ſeditionem in exiliũ perturbatus Brunduſium ſe contulit, quò expulſi ſedibus ſuis veteres Tarentini conceſſerant. Is moriens perſuadet vt oſſa ſua, poſtremaſque reliquias conterant, & tacitè ſpargi in foro Tarentinorum curent. Hoc enim modo recuperare illos patriam ſuam poſſe Apollinem Delphis ceciniſſe. Illi arbitrantes eum in vltionem ſui facta ciuium prodidiſſe, præceptis paruere. Sed oraculi diuerſa ſententia fuerat. Perpetuitatem enim vrbis, non amiſſionem hoc facto promiſerat. Ita ducis exulis conſilio, & hoſtium miniſterio poſſeſſio Tarentina Partheniis in æternum fundata eſt, ob cuius beneficij memoriam Phalanto diuinos honores decreuere. Huius rei authores, Pauſanias, Strabo, Iuſtinus. *Lacon.* Horatius.

PHARVS Aegypti inſula quædam oblonga, quæ continenti adiacet, bicipitem ad ea portum faciens. Nam quum littorea regio ſit ſinuoſa, duo promontoria in mare emittit, inter quæ inſula iacet quæ portum claudit, ei namque per longum obijcitur. Ex Phari promontoriis orientale magis continentem, & oppoſitum ſibi promontorium attingit, Ariſtolochias vocatur, quod portum efficit ore optimo. Accedit quod in intermedio freto petræ ſunt partim aquis opertæ, partim eminentes, continenter occurrentem ex pelago fluctum exaſperantes. Ipſumque inſulæ promontorium eſt petra quædam mari circumlata, quæ turrim habet multis tabulatis excelſam, & albo lapide mirificè ſtructam, eodem nomine quo inſula. Eam Soſtratus Cnidius regum amicus ob nauigationis ſalutem poſuit. Nam quum ora ex vtraque parte importuoſa & humilis eſſet, & cautes & breuia haberet, ſignum aliquod neceſſarium fuit, altum & clarum, quo nauigantes ad portus ingreſſum dirigerentur, Strabo, Plinius, Cæſar, Stephanus. *Ptolemæa.* Propert. Nam vt Ioſephus tradit, Alexandriæ reges cum primum aliis nominibus vocarentur venientes ad regnum, Ptolemæi dicti ſunt, propterea quod Ptolemæi reges, quorum primus Ptolemæus Lagi filius, diu in Aegypto regnarunt.

PHARETRA, *Creſſa. Amazonia, Lycia,* eadem ratione qua & arcus Lycius, *Sonans, leuis.* Virgilius. *Grauida.* Horat. *Cnoſia.* Propert. *Picta, ſagittifera.* Ouidius.

PHASIS fluuius ingens qui Colchidem illabitur, quæ magna ex parte ad mare pertendit, antea Arcturus dicebatur, poſtea ei nomen dedit Phaſis Ocyrhoes nymphæ & Solis filius qui ſe in eum deturbauit. Is ortum ex Armenia ducens, Glaucum in ſe recipit, atque Hippum è vicinis montibus cadentes. Nauigatur autem vſque ad Sarapanos Colchorum caſtellum, Nauigatur quamlibet magnis nauigiis XXXVIII. M. D. paſſuum, inde minoribus longo ſpatio pontibus 120. peruius, qui propter flexiones aſper ac violentus defertur, author. Strabo, Plutarch. Plin. Solin. *Longus, Colchus*. Propert. *Rapidus, Limoſus, quondam Graiis petitus viris*. Ouidius.

PHASELVS nauigij genus, *pictus*. Virg. *Tenuis*. Propert.

PHENEVS Arcadiæ ciuitas à Pheneo viro indigena, Fuit & vetus Pheneus aquarū inundatione deleta. Nam iuxta vrbem Pheneus eſt campus paludibus plenus è quibus Ladon amnis effluit. Cæterum Hercules quum in Pheneo apud Laonomē Amphitryonis matrem diuerſaretur, barathrum ſtadiorum 50. longitudine, pedum 30. altitudine, duobus in montibus, è quibus vnus Sciathis dicitur, manu ſua effodit, quod campi aquā exciperet. per medium etiam Pheneatarum campum alueū fecit Olbio flumini, quem Arcadum nōnulli Aroanium vocāt. hæc Barathra mille poſt annos Apollo occluſit, atque vniuerſam Pheneatarum regionē eluuionibus inundauit, propterea quod Hercules Tripodem in vrbem Pheneum transtuliſſet, autho. Strab. Pauſan. in Arcadicis & Plutarchus in libro, de ſera numinis vindicta. Addit Pli. Terræ quoque motus profundunt, ſorbentque aquas, ſicut circa Pheneum Arcadiæ quinquies accidiſſe cōſtat. Indocte, ne dicā impudenter, fecerunt qui Catull carmen inuerterunt legentes, *Quale ferunt Graij Peneum propter amanum*, cum in omnibus antiquis exemplaribus ſcriptum ſit. *Quale ferunt Graij Pheneum propè Cyllenæum, Cyllenæus*. Catullus.

PHILAMMON Thamyræ pater Apolline & Chione Dædalionis filia natus, è Delphis, qui vnà cum Argonautis nauigauit, quique Latonæ, Dianæ, atque Apollinis ortum canticis edidiſſe, & choros circa Delphicum templum conſtituiſſe commemoratur. Apollonij interp. Suidas, Plutarchus. *Carmine vocali clarus, Citharaque*. Ouidius.

PHILETAS poeta Cous Telephi filius, Alexādri magni ætate, Ptolemæi ſecundi præceptor, præter Elegias quāplurimas ſcripſit

ſcripſit etiam epigrāmata. Dū orationis falſitatē inueſtigat, nec reperit dolore abſumptus eſt. Suid. Strab. Athenæus, *Cous.* Prop.

PHILIPPVS Amyntæ regis Macedoniæ filius ex Eurydice ſuſceptus, qui Macedoniæ annos 38. imperauit, à Pauſania adoleſcente obtruncatus, quoniam eius querimoniam de ſtupro quod primis pubertatis annis per iniuriam ab Attalo aliiſque paſſus fuerat ſæpius cum riſu ſpreuiſſet. Celebris eſt permaxime monimentis Plutarchi, ac Diodori, & apud nos Iuſtini. *Amyntiades.* Ouidius.

PHILIPPI Macedoniæ ciuitas, quæ Datos olim dicebatur, Crenides antea nuncupata, fontes quippe plurimi circa collem huberrimis ſcaturiunt aquis, & locum Philippus vallo ſepſit, & à ſe Philippos nuncupauit. Condita eſt enim in prærupto quodam colle. In ea primo Cæſar Dictator & Pōpeius, poſtea Auguſtus & Brutus cum Caſſio conflixerunt. Appianus, & Diodorus authores, *Ciuilia buſta.* Propertius. *Emathij* Ouidius. Vt ſcribit Solinus, qui Edonij quondam populi, aut Pierium ſolum, vel Emathium, nunc vno vocabulo Macedonica res eſt. Itemque Iuſtinus, & Gellius, Macedonia antea nomine Emathionis regis cuius prima virtutis experimenta in illis locis extant, Emathia cognominata eſt.

PHILOCTETES Pœātis & Methones filius, qui dū Palladis aureæ vel vt alij, Herculis fanū expurgaret, viperino morſu vulneratus eſt. Poſtea quum vulnus Apollinis oraculo admonitus abluiſſet, grauiter dormitare cœpit. Machaon vulnere prius vino intincto, herba quam à Chirone Aeſculapius acceperā illi dederat, integrum reſtituit. Plura apud Homerum, Sophoclem, Euſtathium, Dionyſium, Pindari interpretem in Pythiis Heſiodum, ac Seruium. Cæterum Euſtathio authore Phylacus vnus ex Aeoli poſteris Phylacam condidit, ex quo Iphiclus, vnde Phylacus, ex eo Pœas & Iphiclus, ex Pæante & Methone Philoctetes, ex Iphiclo & Aſtyoche Proteſilaus & Podarces. *Dux Melibœus.* Virgilius. Melibœa Magneſiæ vrbs vt ait Plin. cui Philoctetes, authore Homero, imperauit. Ei nomen dedit Melibœa Magnetis vxor, qui Magneſiam regionem à ſe nominauit. Magnes vero vnus ex Aeoli poſteris fuit, Euſtathius. *Pæante ſatus, Pæantia proles, Pæantiades, Pæantius Heros.* Ouid.

PHILOMELA Pandionis filia, in Luſciniam verſa. Nota fabula ex Ouidio, Pauſania. *Cecropis.* Ouidius.

PHILTRA, hoc eſt amatoria pocula, *pallentia*. Ouid.

PHLEGETHON inferorum fluuius flammarum globos euoluens, ἀπὸ τοῦ φλέγω. quod eſt ardeo dictus, Virgilius.

Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon.

Per hunc ardores irarum & cupidinum ſignificari Macrobius exiſtimauit. R*apidus*, *Tartareus*. Virgilius.

PHLEGYAS Ixionis frater Antionis filius, vt ait Aeſchylus, vt Pherecydes, Piſionis, vel vt quidam codices habent, Aethonis, qui vnà cum Phorbante Phlegyis perditis hominibus collectis Peloponeſum latrociniis depopulauit, Homines ad oracula proficiſcentes intercepit, Fana expilauit. Hiſtoria apud Homeri interpretem, & Philoſtratum. Hunc inedia apud inferos cruciari canit Papinius.

Torua Megera
Ieiunum Phlegyam ſubter caua ſaxa iacentem,
Aeterno premit accubitu.

Miſerrimus. Virgilius.

PHOCAE vituli marini qui in terra ſpirant, ac dormiunt, diuque ſub aqua vrinantur, autor Plinius. Animal eſt humani coitus amator, & ad magica idoneum, vt tradit Lycophron. interp. *Turpes, equi bipedes, monſtra marina*. Virgil. *Deformes, tumidæ, magnæ*. Ouidius.

PHOCIS regio circa Parnaſſum à Phoco viro Corinthio nuncupata, poſt Bœotiam autem & Orchomenum adeſt Bœotiæ appoſita. Cæterum vrbs tenuis ſane ſolo æquata dirutaque iacet. Itaque Phocis non amplius vſque ad Euboicum pelagus pertinere videtur, Criſæo autem contigua eſt ſinui. Ex Strabone, Stephanoque. *Ferax*. Ouidius.

PHOCVS Aeaci ex Pſamathe Nereide filius, à Peteo & Telamone in Gymnaſio interfectus, propter quod Telamon Salamina conceſſit, Peleus vero ad Eurytum Actoris filium ſe recepit, Apollonius Rhodius, Pauſan. Diodorus, Ariſtophanis interpres varia ſuper hac re differit, itemque Plutarchus ex Theodori libris Metamorphoſeon. *Aeacides, Nereius heres, natus dea*. Ouidius.

PHOENIX Amyntoris Ormeni ex Hippodamia filius, qui quum ſuadente nouerca rem habuiſſet cum patris concubina Clytia, ſiue Phthia poſt multas patris in eum execrationes ab eo excæ-

eo excæcatus, atque expulſus ad Peleum confugit, à quo benigne ſuſceptus, Chironique adductus valetudini reſtitutus eſt. Deinde Achillis educationi datus eſt magiſter & loquendi & agendi, vt teſtatur Homerus, & Lycophronis interpres. *Cretus Amyntore, Amyntore natus, Amyntorides.*

PHOENIX auis, quæ ſexcentos & ſexaginta viuit annos, vt tradit M. Manilius. Apud Arabas naſcitur, aquilæ magnitudine, capite honorato, in conum plumis extantibus, criſtatis faucibus, circa colla fulgore aureo, cætera purpureus, abſque cauda, in qua roſeis pennis cæruleus inſcribitur nitor. Moriturus rogos ſibi ſtruit ex Cinnamis & variis odoramentis, concuſſuque alarum incenditur, vermiculus mox naſcitur ex cineribus, vnde alter phœnix creſcit, qui primum reddit iuſta phœnici mortuo, defertque totum nidum in Panchæam ad Solis vrbem, ibique collocat. Claudij Tiberij Cæſaris temporibus, quum ex Arabia in Aegyptum aduolaſſet, viſus eſt. authores Orus Apollo, Ouid. Plin. Solin. Sext. Aurelius Victor. Extat & Lactantij Firmiani itemque Claudiani carmen argumento phœnicis. *Viuax, vnica ſemper auis.* Ouid.

PHOEBE Ilairæ ſoror, filia Leucippi & Philodoces Inachi filiæ, quas rapuerunt Caſtor & Pollux, quocirca apud Taygetum Laconiæ montem pugna inter illos cõmiſſa Caſtor à Lynceo interficitur. Poſtmodum Idas & Lynceus Pollucis vulnere ceciderunt. Huius rei authores Lycophronis interpres, Pindarus in Nemeis, Theocritus, Suidas, & apud nos Ouid. & Hygi. *Leucippis.* Propert.

PHORBAS, qui cum Phlegyis totam Peloponeſum latrociniis infeſtam reddidit, quem Apollo prætereuntes lucta ſuperantem interfecit. Homeri interpres & Philoſtratus. *profanus.* Ouidius.

PHRYGIA pars Aſiæ, ſortita nomen à Phrygio oppido Macedoniæ, ſiue Brygio, vt gentili Macedonum lingua nominatur, authore Stephan. vnde colonos profectos aiunt in Phrygiam, Sophocles in Athamante tradit, quod & Ariſtophan. interpres repetit, Phrygios à Phryxo dictos immutatione litterarum, quod is illuc primum delatus ab Ariete fuerit. Supra Epictetum, Auſtrum verſus eſt maior Phrygia, quæ à ſiniſtra Peſſinuntem & Lycaones, à dextra Mæonas, & Lydos, & Caras relinquit. Quapropter & Phrygiæ, & Lydiæ, & Cariæ, & Myſiæ

loca diffi. ulter diſtingui poſſunt, cum inter ſeſe coeant, author Strabo. Phrygia, inquit Plin. Troadi ſuperiecta, populiſque à promontorio Lecto ad flumen Celeum prædictis, ſeptentrionali ſui parte Galatiæ contermina, meridiana Lycaoniæ, Piſidiæ, Mygdoniæ, ab oriente Cappadociam attingit. Idem author Phrygem fluuium Phrygiæ genti nomen dediſſe teſtatur. *Pinguis*, Horat. *Arua Pelopeia*. Ouid. à Tantalo Pelopis patre qui Phrygiam tenuit.

PHRYNE meretrix vetus, Theſpienſis, ex agro Thebano, quæ ſtatuam Cupidinis eximia forma à Praxitele extorſit nouo commento. In iudicium vocata non tam oratione Hyperidis abſoluta eſt, quàm nudati corporis forma, Pauſanias, Athenæus, Quintilianus. *Tam multis facta beata viris*. Propertius.

PHYLLIS Lycurgi Thracum Regis filia, quæ Acamantem, ſiue vt Ouidio & nonnullis placet, Demophontem Theſei filium adamauit, quum forte paucis cum nauibus poſt euerſam Troiam ad Biſaltas Thraciæ gentem appulisſet. Ea illam conditione in vxorem duxiſſe fertur, vt illius imperij ſucceſſor poſtea & hæres exiſteret. Cæterum Acamas quum in patriam redire cuperet, multis Phyllidem & ſocerum precibus deprecatus vt ſibi domum remeare liceret, ægre tandem id celeris promiſſione reditus impetraſſe dicitur, quem Phyllis aduſque Nouem vias quæ Thraciæ ciuitas, Amphipolis alio nomine dicta eſt, ſequuta, Capſulam quandam diſcedenti tradidit occluſam, illique mandauit vt ſanctiori eam diligentia cuſtodiret: in illa namque matris deum latitare myſteria, quæ minime videre curaret, niſi caſu quopiam ad illam amplius redire deſperaſſet. Hanc igitur poſt multos amplexus accipiens Acamas, in Cyprum inſulam claſſe delatus eſt, vbi quum Phyllidis immemor ſedes compoſuiſſet ſuas, illam hoc cognito mariti deſiderio ſuſpendio vitam finiſſe ferunt, cui quum parentes ſepulchrum conſtituiſſent, arbores ibi ſunt natæ quæ certo tempore Phyllidis mortem lugent. Verum haud multo ſane poſt periurij & fraudum ſuarum Acamas meritas luiſſe pœnas dicitur. Nam quum capſulam ſibi à Phyllide traditam curioſius inſpecturus aliquando reſeraſſet, ſubitis percitus furiis veſano mentis errore infrenem conſcendiſſe equum, & huc illuc furenter

renter diſcurrentem, & præcipiti caſu in ſuum ipſius enſem incubuiſſe, eoque modo miſerabiliter interiiſſe dicitur. Authores ſunt Lycophronis interpres, Stephanus, Hyginus, Suidas, Iuſtinus, Seruius. Cremutius author eſt nunquam virere arborem ex qua Phyllis ſe ſuſpenderit. *Rhodopeia, Sithonis*, Ouidius.

PICAE aues quibus expreſſior loquacitas eſt. Adamant verba quæ loquuntur, nec diſcunt tantum, ſed diligunt, meditateſque intra ſemet, curâ atque cogitatione intentionem non occultant. Conſtat emori victas difficultate verbi, ac niſi ſubinde eadem audiant, memoria falli, quærentes mirum in modum hilarari, ſi interim audierint id verbum. Nec vulgaris iis forma quamuis non ſpectanda. Satis illis decoris in ſpecie humani ſermonis eſt. Verum addiſcere alias negant poſſe, quàm quæ ex genere earum ſint quæ glande veſcuntur, & inter eas facilius quibus quini ſunt digiti in pedibus, ac ne eas quidem ipſas niſi primis duobus vitæ annis. Latior iis eſt lingua omnibus in ſuo cuique genere quæ ſermonem imitantur humanum, quãquam id penè in omnibus contingit. Plin. *Nemorum conuicia*, Ouidius.

PICEA arbor quæ montes amat atque frigora, feralis arbor, & funebri indicio ad fores poſita ac rogis virens, iam tamẽ & in domos recepta, tonſili facilitate. Hæc plurimam reſinam fundit, interueniente candida gemma tam ſimili thuri, vt miſta viſu diſcerni non queat, & inde fraus Seplaſiæ. nullo flore exhilaratur, ſicut Larix, Pinus, & Ilex. Eius vmbra grauis eſt atque noxia. Plin. author. *Nigrans*. Virgilius.

PICTVRA, *Inanis*. Virgilius.

PICVS Aboriginum rex, qui in Italia poſt Saturnum patrem regnauit, in auem ſui nominis à Circe mutatus, Lycoph. interp. Ouid. Virg. Seru. Euſebius. *equum domitor*, Virgil. *Vtilẽ bello ſtudioſus equorum, Saturnia proles, Laurens*. Ouid

PICVS auis Martij cognomine inſignis, & in auſpiciis magnus, ſupinus percuſſi corticis arboris ſono pabulum ſubeſſe intelligit. pullos in cauis educat auium ſolus. Adactos cauernis eius à paſtore cuneos admota quadam ab hoc herba elabi creditur vulgo. Trebellius author eſt, cuneum clauúmue adactum quanta libeat vi in arborem in qua nidum habeat ſtatim exilire cũ crepitu arboris quum inſederit clauo aut cuneo. Ipſe primas

tenet in Latio in auguriis captandis. Ob regem qui nomẽ huic aui dedit Latini picum venerantur, & eo vehementer abſtinẽt; ſiue quod Picum vxoris veneficio mutatum ferunt, auem deinde factum oracula edere, & interrogantibus reſpõdere ſolitum. An hoc cum incredibile, tum monſtri plenum exiſtimandũ, & altera fabula multo eſt veriſimilior? Romulo ac Remo cum regis iuſſu expoſiti eſſent, non modo lupam mammas infantibus præbuiſſe, ſed picum quoque ad infantes ventitaſſe, atque eos aluiſſe. Nam nunc quoq; locis nemoroſis ac ſilueſtribus in quibus crebro picus appareat lupum verſari animaduerſum eſt. An illud magis, vt aliam alij Deo auem, ſic picum Marti ſacrum putauerunt? Eſt enim natura fidens, & elatus atque audax, roſtrum quidem adeo firmum habet vt robora ſubuertat, cum truncum ſæpe pulſando ad medullam vſque peruenerit. *Ex Plin. & Plutarcho. Martia auis.* Ouid.

PIETAS, *mitis*. Ouid.

PILA, *dura*. Proper.

PILENTA, *mollia*. Virg.

PIMPLEA locus ſiue mons Thraciæ vt quidam, fons & vicus Pieriæ muſis ſacer, Strabo, Apollonij interpres. Vt Lycophronis interpres tradit, ciuitas, mons, & fons Macedoniæ. *Dulcis*. Horat.

PINDARVS poeta Thebanus Daiphanti filius, & Myrtidis poetriæ diſcipulus, olympiade 5. & 40. antequam Xerxes in Græciam traiceciſſet annis plus 40. Poſt Romam vero conditã anno 194, & ex quo regnare cœperat Ser. Tullius 30. In tota Græcia factus illuſtris. Scripſerat enim quæ nunc etiam extant Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia, aliaque complura. Pindari & carminum eius amatorem Pana fuiſſe fabulantur. Alexander ille magnus Pindari familiæ penatibuſque iuſſit parci cum Thebas caperet. Lyricorum primas facilè obtinuit. Ex Plutarc. Euſebio, Suid. Plin. Quintilian. Pauſa. *immenſus, profundus, Cycnus Dircæus*. Horat.

PINDVS Theſſaliæ mons permagnus, ad Arcton Macedonum partem habet, ad occaſum autem Perrhæbos homines nugatores continet, ad meridiem vero Dolopas. Strab. Plin. *Perrhæbus*. Proper. Porro Perrhæbi Oetam Theſſaliæ montem inhabitans, vt ait Strab. qui authore Euſtathio, & ſimplici & duplici R ſcribi ſolent.

PINGVE

PINGVE, *denſum.* Virg.

PINVS arbor, folium habens capillamenti modo prætenue longumque & mucrone aculeatum, fert minimum reſinæ interdum ex nucibus ipſis. author Plin. *Conifera.* Catul. *Sacra,* deum namque matri dicata eſt. cauſam refert Ouid.

Siquidem Cybeleius Atis
Exuit hac hominem truncoque induruit illo.

& pinea nux apud Martialem:

Poma ſumus Cybeles.

Et Virgilius multo carmine celebrat Aeneæ naues ex Idæa pinu conſtructas in gratiam Cybeles ab incendio ſeruatas Nereidum numero acceſſiſſe. Conſtantinus vero Cæſar Pityn puellam, hoc eſt Pinum, à Pane ac Borea adamatam in hanc arborē mutatam ſcribit. Atque vt author eſt Plutarchus, Neptuno & Baccho ſacra eſt, eaque primum in Iſthmiis coronabantur, deinde Apio, iterum pinu. *Alta, vtile lignum nauigiis.* Virg. *ingens.* Hor. *acuta, culta, hirſuta.* Ouid.

PIRENE fons Corinthi, infra verticem Acrocorinthi, haud affluentes habens aquas, cæterum perſpicuas ad imum, potuiq; ſuauiſſimas. Eſt autē Acrocorinthus Corintho vrbi vertex imminens, quem Briareus Soli quum iudicaret dedit, Sol vero Veneri conceſſit, Aſopus fontem hunc inuenit in Siſyphi gratiam, propterea quod ab eo Aeginæ filiæ raptum didiciſſet. Strabo, Plinius, Pauſanias, Euripidis interpres. *Pyrenides vndæ, Pyrenis vnda.* Ouidius.

PIRITHOVS Ixione ex Dia Eionei, ſiue Deionei filia natus, quæ quum ab Ioue eſſet corrupta nupſit Ixioni, cum tamen numini promiſiſſet ſe nemini nupturam. Hæc & longe plura habes apud Plutarchum, Diodorum, Homerum, Pindarum, eiuſque interpretes. *Ixionides.* Propertius. *proles Ixionis, Ixione natus* Ouidius.

PISAE prima Etruriæ ciuitas inter amnes Auſerem, & Arnum, ortæ à Pelope Piſiſque ſiue Atintanis græca gente vt ait Plin. Cæterum Strabone auth. Piſæ ab iis conditæ ſunt Piſanis qui è Peloponneſo cum Neſtore Ilium militarunt. Renauigantes autem errore diſiecti, hi quidem Metapontum, alij vero Piſanum tenuerunt agrum, cuncti Pylij vocati. Polybius, Strabo. *Vrbs Etruſca ſolo,* Virg.

PISA Peloponneſi ciuitas, quæ aliquando in Eleorum iura conceſſit,

conceſſit, in ſublimi ædificata vertice, duos inter montes Oſſam & Olympum, quo nomine & alij in Theſſalia nuncupantur. Aliqui ciuitatem Piſam à fonte Piſa nomine dictam tradiderunt. Fontem vero ideo Piſam vocari, à Pitiſſando quaſi potricem intelligamus. Pindari interpres à Piſa Endymionis filia nomen ſumpſiſſe rettulit. Tractus autem Piſæ plurimum nominis conſequutus eſt, in primis propter principes ipſos longe lateque potentes Oenomaum ſcilicet eiuſque ſucceſſorem Pelopem, & illius filios complures, Salmoneus quoque hoc in loco imperitaſſe traditur. Hanc Alpheus amnis præfluit. ex Strabon. Plinioque. *Alphæa*. Virg.

PISCIS ſidus qui Notius appellatur, quique videtur ore aquam excipere à ſigno Aquatio, qui laborantem quondam Iſim ſeruaſſe exiſtimatur, pro quo beneficio ſimulachrum Piſcis & eius filiorum inter aſtra conſtituit, inter hiemalem & antarcticũ circulum media regione collocatus ſpectare ad exortum videtur inter Capricornum & Aquarium. Hic occidit oriente Cancro, exoritur autem cum Piſcibus; ſed eſt ſtellarũ omnino duodecim. author Hygin. *aquoſus*. Ouid.

PISCES, *ſquamigerum genus, pecudes ſquamigeræ*. Lucret. *genus æquoreum*. Virg. *Muti*. Horat. *Nitidi, taciti, creduli, tortiles, pinnigeri, æquorei*. Ouid.

PITANE ciuitas Aeolidis, eiuſdem nominis altera in Laconia, à Pitana Eurotæ fluminis filia, Strabo, Stephanus, Plin. *Aeolis*. Ouid.

PITHECVSAE inſula in Campano ſinu ante Cumanũ agrum, Inarime Homero dicta, Aenaria à ſtatione nauium Aeneæ, græcis Pithecuſa, non à Simiarum multitudine quas Pithecos vocant, vt aliqui exiſtimauere, ſed à figlinis doliorum. Dolia vero græci Pithos vocant. Hæc ex Plin. ſed enim Xenagoras à Cercopibus Andulo & Atlanto in Simias quas Græci πιθήκους vocant conuerſis dictas refert, vt legimus apud Harpocrationem, quem Ouid. ſecutus eſt quum ait:

Inarimen, Prochytenque legit, ſteriliſque locatas
Colle Pithecuſas habitantum nomine dictas.
Quippe deum genitor fraudem, & periuria quondam
Cercopum exoſus, gentiſque admiſſa doloſæ.
In deforme viros animal mutauit, vt ijdem
Diſsimiles homini poſſent, ſimileſque videri.

Ad

Ad hoc facit quod ait Strab. Inarimen dictam ab Arimis ſiue populis, ſiue belluis, ita Etruſcorum lingua dicente, ſimias. Præterea illud notandum Inarimen Ouidium à Pithecuſis diuerſam facere in hiſce verſib. quos ſupra recitauimus, cum tamen Plin. eandem cum Pithecuſis eſſe velit. Et illud Homeri, Εἰν ἀρίμοις ὅτι φασὶ τυφωέ⊕ ἔμμεναι εὐνάς. In Arimis vbi dicunt Typhoei eſſe cubilia, Plinium ac pleroſque poetarum latinorum iunctim vna dictione Inarimen legere. vti Virgil.

Durumque cubile
Inarime Iouis imperiis ſuppoſta Typhoeo.

& Ouidius:

Inarimen Prochytenque legit.

Silius Italicus:

Non Prochyte, non ardentem ſortita Typhoeum
Inarime.

& alibi:

Apparet procul Inarimè.

Itemque Statius:

Aut victam ſupera ad conuexa leuari
Inarimen.

Meminit & Lucanus, & Valerius Flaccus, & Claudianus. Porro quod Typhonis ſiue Typhoei cubile in Bœotia, Cilicia, Phrygia, Sicilia, Campania & Aegypto ſtatuitur, huius inconſtantiæ naturalem cauſam tradit Strabo. Quicunque mons, inquit, incendia profert, iniectus Typhoni non iniuria dicitur. Nam repentini flatus & procellæ nomen Typhon eſt, quæ ſẽper conflagrationes eiuſmodi comitatur. Nihilominus veriſimilia ſunt, quæ Pindarus dixit, ex iis quæ cernuntur commotus, quod omnis iſte tractus ſi à Cumis incipias vſque in Siciliam ignitus eſt, & profundas quaſdam in vnũ coeuntes habet cauernas, & in Græciam & continentes terras exporrectas. Ideoque Aetna, & Liparenſes inſulæ, & Puteolanus ager, & Neapolitanus, & Baianus, & Pithecuſæ talem habent, qualem cunctis ſcriptam reliquere naturam, quæ quum intelligeret Pindarus, cunctis ſub his locis ſepultum iacere Typhonem cecinit. Timæus quoque priſcos illos multas de Pithecuſis fabulas edidiſſe ait. *Durum cubile Iouis imperiis impoſita Typhoeo.* Virgilius. *Sterili colle locatæ, habitantum nomine dicta.* Ouid.

PITVITA, *mala*. Catul. *craſſa*. Horat.

PIX, *atra*, *Naricia*. Aſia, inquit Plin. picem Indicam maximè probat, Græcia Piericam, Virg. Naryciam. *Idæa*, propter inſignes pinus in Ida naſcentes, vt ſupra demonſtrauimus. Pix vero è pinguiſſimis pini piceæque lignis congregatur. Et ex Idæa, & montana pinu pix largior, coloratior, dulcior, odore gratior, ex Dioſcoride & Theophraſto, & Didymus apud Conſt. Cæſarem ait, picem veteres prodiderunt optimam eſſe ab Ida allatam: ſecundo loco ex Pieria, alij Rhodiam præferunt, alij Rhæticam. *Narycia*. Virgil. Narycia Oppidum Locrido piceis frequens, author, Probus. *Illyrica*. Ouid. Vbi picem intelligit quæ Piſſaſphaltus dicitur, eo quod miſta bitumini ſit, quæ in Apolloniatarum agro naſcitur, & è Cerauniis mōtibus defertur. eſt autem Apollonia Illyrici, ſiue vt alij volunt, Epiri primaria vrbs, authores Plinius, Stephanus, Dioſcorides.

PLANGOR, *fœmineus*. Virgilius.

PLACENTA, *mellita*. Horatius.

PLATANOS arbor nobilis, per mare Ionium in Diomedis inſulam eiuſdem tumuli gratia primum inuecta, inde in Siciliam tranſgreſſa, atque inter primas donata Italiæ. Dionyſius tyrannus Platanos Regiam in vrbem tranſtulit domus ſuæ miraculum: tātumque poſtea honoris increuit vt mero infuſo enutriantur. Celebratæ ſunt primum in ambulatione Academiæ Athenis cubitorum 36. Itemque in Lycia 85. pedum ſpecu. Cōmendatio huius arboris non alia maior eſt quam Solem æſtate arcere, hieme admittere. Eadem cito germinat foliis ampliſſimis atque ingenti vmbra mirum in modum iucunda. Eadem multis apta medicaminibus. author Plin. *nutans*, Catullus. *ſterilis*. Virg. *alta*. Horat. *genialis*. Ouid.

PLAVSTRA, *tarda*, *voluentia*, *ſtridentia*, *gementia*, *patula*. Virg. *robuſta*, Horat. *ſtridula*, Ouid.

PLEBS. *ventoſa*. Horat.

PLECTRVM, *pecten eburnum*. Virg. *imbelle*. Ouid.

PLEIADES, vt ait Muſæus Hygino referente, ex Atlante & Hya Oceani procreatæ. Nam ex quindecim filiabus quinque Hyæ fratris obitu lamentationibus aſſiduis permotæ dicuntur interiiſſe, quare eas quod plurimum de eius morte laborarent Hyadas appellatas. Reliquas vero decem ſorores deliberaſſe de ſororum morte, & earum ſeptem ſibi mortem conſciſſe: quare

quod

quod plures idem ſenſerunt Pleiadas dictas. Alexander autem Pleiadas ait dictas quod ex Pleione Oceani & Atlantæ ſint natę: hæ numero ſeptem dicuntur, his nominibus apud Aratum, Alcyone, Merope, Celæno, Electra, Sterope, Taygete, Maia. apud Theocriti vero interpretem, Coccymo, Glaucia, Protis, Parthenia, Maia, Stonychia Lampado, ſed nemo amplius quàm ſex videre poteſt, cuius cauſa proditur hæc, quod de ſeptem ſex cum immortalibus concubuerunt, tres cum Ioue, duæ cum Neptuno, vna cum Marte. Reliqua autem Siſyphi vxor demonſtratur, quare propter reliquas ſorores eius inter ſidera conſtitutā volunt, ſed quia homini nupſit, ſtellam eius obſcuratam. Alij dicunt Electram non apparere, ideo quod Pleiades exiſtimentur choream ducere ſtellis. Sed poſtquam Troia fuit capta, & progenies eius quæ à Dardano fuerat ſit euerſa, dolore permotam, & ab his ſe remouiſſe, & in circulo qui arcticus dicitur conſtitiſſe, ex quodam longo tempore lamentantem capillo ſparſo videri. Itaque è facto Cometem eſſe appellatam, Orion fugientes eas ad occaſum ſequi videtur. has ſtellas Vergilias noſtri dixerunt, quod poſt ver exoriuntur. Et hæ quidem ampliorem cæteris habent honorem, quod earum ſigno exoriente æſtas ſignificatur, occidente autem hiems oſtenditur, quod aliis non eſt traditum ſignis. Eas præterea Ioue educaſſe cecinit Mœro pœtria. *Atlantides*. Virg. *Atlanteæ*. Ouid.

PLEMMYRIVS amnis Siciliæ. Virgilio authore. *Vndoſus*. Virgilius, qui verbum de verbo expreſſit, πλημμυρία namque inundatio græcis dicitur.

PLVMBVM, *liuens*. Virg. *liquidum*. Horat. *fuſum*. Ouid.

PLVMA, *mollis*. Virg. *leuis*. Horat. *verſicolor*. Prop.

PLVTO Saturni Rheæque filius, quem volunt ſepulchrorū funebriumque honorum qui mortuis impendūtur vſum introduxiſſe, cum antea nulla eorum apud homines eſſet conſuetudo. quæ cauſa extitit, vt vita functis dominari exiſtimaretur: antiquitate illi huius curæ principium tribuente, ex Homero, Heſiod. Diodor. Orcus dictus quod mortem vrgeat. C enim pro G frequenter ponebant antiqui. Feſtus. Itemque Dis. quia minime diues eſt. Quintilianus. *Rex tremendus, immitis, rex infernus, ater, magnus, ſæuus, dirus, Iupiter Stygius*. Virgil. Secundum Stoicos qui dicunt vnum eſſe Deum cum nomen variatur pro actibus & officiis, author Seru. *Nil miſerans, illacrimabilis, rapax*,

rapax. Horatius. *diues, luridus.* Tibull. *Niger, tyrannus imus, rex ſilentum, Saturnius, tyrannus infernus, rex vmbrarum, dominus vmbrarum, formidabilis, deus niger, deus auidus, deus Tartareus.* Ouidius.

PLVTONIS equi, *atri, terribiles, cerulei.* Ouid.

PLVTVS Iaſij, ſiue Iaſionis ex Cerere filius, in Creta natus, vir bonus & diues vt ait Heſiodus. Eius genus, teſte Diodoro, bifariam ferunt. Nam quidam volunt cum Iaſion terram ſereret adhibita culturæ diligentia adeo huberem percepiſſe fructum, vt qui id conſpexerunt à meſſium fertilitate illum Plutum nominarint. Vnde & à poſteris is cui ſenſus ſupereſſet, habere Plutum exiſtimatus eſt. Alij tradunt Cererem atque Iaſionem, puerum genuiſſe Plutum appellatum, qui cultum vitæ pecuniaſque coaceruare, ac in vſus cuſtodire primus monſtrarit, quum antea parua congregandæ ſeruandæque pecuniæ fuiſſet cura. Hyginus adijcit ex Cerere & Iaſione Philomelum & Plutum natos, quos negant inter ſe conueniſſe. Nam Plutum, qui ditior fuit, nihil fratri ſuo de bonis conceſſiſſe, Philomelum autem neceſſario adductum quodcumque habuit eo boues duos emiſſe, & ipſum plauſtrum primum fabricatum eſſe. Itaque arando & colendo agros ex eo ſe aluiſſe, cuius matrem miratam inuentum vt arantem eum inter ſidera conſtituiſſe, & Bootem nominaſſe, Pauſanias vero in Bœoticis Fortunæ filium facit. *Cereris filius.* Ouidius.

PLVVIA, *tenuis.* Virg. *Triſtis.* Tibull.

PODAGRA, *tarda.* Catull. *Turpis.* Virg. *Nodoſa.* Ouid.

POETAE, *Vates, docti.* Lucret. *Caſti, pij.* Catullus. *Diuini.* Virgilius. *Potentes, ſacri.* Horatius. *Diuum cura.* Tibul. *Aonij, pia turba.* Ouidius.

POENA, *vindex.* Catullus. *Crudelis.* Virgilius. *Sera, tacita.* Tibul. *Triſtis.* Ouidius.

POLLEX, *durus.* Propertius.

POLVS, *rotundus.* Horat. *Conſpicuus.* Ouid.

POLYDORVS Priami ex Hecuba filius, quem minimus natu cum magno auri pŏdere ad generũ Polymeſtorem Thraciæ regem furtim alendum emiſit, Polymeſtor quum capiundæ ac diripiendę vrbis periculum inſtaret, necato puero aurum ſibi adiudicat. Quæ quidem in loca quum aduentaſſet Hecuba, accitum verſutiis atque artibus Polymeſtorem, quaſi aurum homini

homini commendatura, ſuis & captiuarum manibus occæcauit. Hæc apud Euripidem, & Hyginum ſcripta reperies. *Proles gratiſsima matri, minimus de ſtirpe virili.* Ouidius.

POLYMESTOR Thraciæ rex, Ilionæ Priami filiæ maritus ex qua & Deipylum genuit, Hyginus. *Threicius rex.* Virgilius. *Thrax.* Propertius. *Iſmarius rex, Odryſius, artifex diræ necis.* Ouidius.

POLYPHEMVS Neptuni filius & Nymphæ quā Thooſam vocat Homerus, Paſtor in Sicilia fuit, Cyclopum princeps. Nota eius fabula, ex Homero, Virgilio, Ouidio. Fuit & alter Elati vt Apollonio placet, vt Iſocrati, Neptuni filius, qui quū aduerſus Chalybes vnus Argonautarum prælio dimicaret interfectus eſt, de quo Apollonius, eiuſque interp. *Horrendus, informis, ingens. Cyclops.* Virg. *Neptunius incola rupis Aetneæ.* Tib. *Terribilis, Cyclops ferus, immanſuetus, paſtor Aetnæus.* Ouid.

POLYXENA Priami ex Hecuba filia, ad Achillis tumulum à Pyrrho mactata, Achilles nanque per manum Polyxenæ in Thymbræi Apollinis tēplo occiſus, poſt Ilium euerſum per ſomniū illam ſibi iugulari à græcis petiit. author Lycoph. int. Celebris Euripidis & Senecæ tragœdia. *Virgo Priameia.* Virg.

POMA, *vilia.* Virg. *Dulcia.* Tibul. *Redolentia, nobilia.* Ouid.

POMA punica, quæ circa Carthaginem cognomen ſibi vēdicant, aliqui Granata appellant. Diuiſa ſunt in genera. Apyrina vocantur, quibus lignoſus nucleus abeſt, ſed candidior eis natura, & blandiores ſunt acini, minuſque amari, diſtincti mēbranis. Alia ſtructura eorum vt in fauis communis, Nucleos habentiū. Quinque ſpecies, dulcia, acria, mixta, acida, vinoſa. Samia & Aegyptia diſtinguuntur erythrocomis & leucocomis, Corticis maior vſus ex acerbis ad perficienda coria. Flos Balauſtrium vocatur & Medicinis idoneum, & tingendis veſtibus, quarum color inde nomen accepit, author Plin. *Punicea poma.* Ouid.

POMONA Pomorū dea ac mater, Vertūni vxor, ſub Proca Albanorum rege, Varro, Ouid. *Studioſa fœtus arborei.* Ouid.

POMPA, *Solennis.* Virg. *Longa, aurea,* Ouidius.

PONDVS, *Solidum.* Lucret. *Pronum.* Catul.

PONTES, *alti.* Virgilius.

PONTICVS poeta, Ouidio ſumma familiaritate & conſuetudine coniūctus, vt ipſemet Ouidius prodit. Is eſt mea quidē ſententia quem Propert. Thebaidą ſcripſiſſe teſtatur quum ait.

Dum tibi Cadmeæ dicuntur Pontica Thebæ
Armaque fraternæ triſtia militiæ.

Clarus heroo. Ouidius.

PONTVS minoris Aſiæ regio, quæ à Boſphoro ad Meotidis lacum protenditur, Strab. Plin. *Gelida.* Ouid.

POPLES, *neruoſus.* Ouidius.

POPINA, *immunda, vncta.* Horatius.

POPVLVS arbor, cuius tria genera, alba & nigra, & quæ Libyca appellatur minima folio ac nigerrima, fungiſque enaſcentibus laudatiſſima. Alba folio bicolor, ſuperne candicans, inferiore parte viridi. Huic nigræque vt Crotoni folia in iuuenta circinatæ rotunditatis ſunt, vetuſtiora in angulos exeunt. Populorum foliis grandiſſima lanugo. Mirum in primis id quod Vlmo, Tiliæque, & Oleæ, & Populo albæ, & Salici euenit: circumaguntur enim folia earum poſt Solſtitium. Montes amat, cito germinat: nullum ſemen aut fructum fert, ei vmbra nulla, vitibus grata, ſcutis faciendis aptiſſima. Alba Herculi dicata eſt, & ea coronati olim eius ſacra peragebant. Sed poſteaquam Lauretum germinauit in Auentino Lauro coronabantur, Plin. Varro. Pauſanias populum albam in deſcenſu ab inferis apud Acherontem Herculem vidiſſe, ramumque extuliſſe teſtatur, vnde & Acherois apud Homerum dicitur, vt ait Harpocration. Seruius addit, Herculem, cum ad inferos deſcendens fatigaretur labore, de hac arbore corona facta caput velaſſe, vnde foliorum pars temporibus cohærens & capiti albuit ſudore, pars vero exterior propter inferorum colorem nigra permanſit. *Lenta ſoror Phaethontis.* Catull. quanquam & de Alno accipi poſſet. *Vmbroſa, bicolor. Herculea.* Virg. *Alba, alta.* Horatius.

PORCA, *auida.* Horat. *Myſtica, hoſtia.* Tibull. Nam à ſuillo pecore immolationes in ſacris initia duxere prima, vnde & ſus Græcis dictus eſt quaſi θῦς ἀπὸ τοῦ θύειν, Sed & in Cereris initiis immolari porcos conſueſſe accepimus, Porca etiã Præcidanea appellata, quam piaculi gratia ante fruges nouas fieri cœptas immolari. Cereri mos fuit, ſi qui familiam funeſtam aut nõ purgauerant, aut aliter eam rem, quàm oportuerant, procurauerant, Gellius, Feſtus, Varro, & Athenæus authores. *Setigera,* Ouidius.

PORCI, *ſaginati.* Propertius.

PORPHYRION gigas qui Ioui bellum intulit, quique à

Venere

Digitized by Google

Venere captus, tandemque ab Apolline, ſiue Hercule ſagittis confixus, denique Iouis fulmine ictus interijt, Pindarus, Lycop. Ariſtophanis interpres. *Minax.* Horatius.

PORTA, *alta, ſublimis.* Virg. *Aerata,* Ouid.

PORTICVS *ampla, Vacua.* Virgilius.

PORTICVS Apollinis, quam illi vna cum templo & bibliotheca latina græcaque in parte Palatinæ domus Auguſtus excitauit, author Sueton. *Aurea Phœbi porticus.* Propert.

PORTVS, *altus.* Virgilius.

POSTERITAS, *memor, Sera.* Ouidius.

POSTES, *fulcti, ferrati, ærati* Virg. *Al i, rigidi.* Ouid.

PRAECORDIA, *mollia.* Ouidius.

PRAEDA, *rapta.* Virg. *Opima.* Horatius.

PRAELIA, *dura, ſæua.* Virgilius.

PRAELVM *calenum.* Horat. à Calœno Campaniæ oppido quæ tota optimis vinis inclyta eſt. Ipſum oppidum in primis eximium, adiunctum Caſilmo, Strabo, Plin. *Falernum.* Propert. Itidem à Falerno agro Calœno proximo Plin.

PRAENESTE Italiæ vrbs à Roma ſtadiis 200. diſtans, Græca vrbs, quondam enim Polyſtephanum, Id eſt multarum coronarũ appellatam conſtat. valida vrbs; nam ſuper vrbẽ mõtem habet excelſum, à tergoque continui montis collo diſiunctum, duobus ſtadiis aſcenſu. Ad tam validam vero munitionẽ etiam foueis occultis quaquauerſum vſque ad plana perforata eſt & aquationis gratia, & clandeſtinæ fugæ. In quarum vna Marius obſidione oppreſſus oppetiit. Habet Præneſte Fortunæ tẽplum illuſtre, vnde certa eduntur oracula. Dicta eſt à Præneſte Vlyſſis nepote Latini filio, vt Zenodotus refert, aut, vt Præneſtini ſonant libri, à Cæculo quem iuxta ignes fortuitos inuenerunt vt fama eſt, auth. Solinus, Seru. ἀπὸ τῶν πρίνων id eſt ab arboribus Ilicibus quæ illic abundant nomen habuiſſe tradit. Ariſtides apud Plutarchum refert Telegonum Vlyſſis filiũ ad inueſtigandum patrem dimiſſum deorum reſpõſis commonefactum, vt eo in loco vrbem conderet vbi ſaltantes cum coronis colonos cerneret. Itaque profectum in Italiam, quodam loco ſumma cum humanitate ruſticos ſaltare conſpexiſſe Ilicis, quæ πρῖνος græcis dicitur, ramulis coronatos, ibique ædificatum oppidum ex prædictæ ſibi coronæ appellatione Primſtinum nominaſſe, a quo Præneſte Romani vocitant, Ex Plutarch.

Strabone, Solin. Plinio. *altum, vrbs Præneſtina*, Virg. *frigidum*, Horatius.

PRAESEPIA, *alta, immota, ſatura, plena*, Virg.

PRECES, *ſollicita, docta, blanda*. Horat. *Molles*, Tibull. *piæ, timidæ*. Ouid.

PRIAMVS Laomedontis & Xeuxippes filius, vt Alcman canit, Hellanicus Tiymo Priami matrem ſtatuit, Stamis Thooſam Teucri filiam, alij Leucippen, Podarces cognomen adeptus eſt, Diodorus, Lycophronis interpres. *Regnator Aſiæ, Laomedontiades*. Virgil. *beatus*. Horatius. *longæuus*. Propertius. *Dardanius*. Ouid.

PRIAPVS Veneris & Bacchi filius, quem Venus quum edidiſſet, admodum deformem conſpicata, ob pudorem abiecit, inde nomen Abarnidi Lampſaci vrbi inditum. Græcis numen eſt, propter eam corporis partem à qua ſit omnium ortus, Sophocles, Pauſanias, Diodorus, Apollonij interpres. *Helleſpontiacus*, Virgilius. Nam, vt ait Strabo, Prope Dardaniam Helleſpōti vrbem Priapus portus eſt, & vrbs ad mare ſita. Hanc alij conditam volunt à Mileſiis, qui & Abydum, & Proconeſum eodē tempore coluerunt, alij à Cyzicenis. Ea nomen habet à Priapo qui apud eos colitur, ſiue ex Horneis quæ apud Corinthum ſunt id acceperint: ſiue Liberi patris ac Nymphæ filius dicatur, homines profecto ad eum colendum moti ſunt. Nam hæc regio, & finitima Pariana, & Lampſacena vineis abundat, vnde Xerxes Lamſacum Themiſtocli in vinum dedit. Hic à iunioribus in Deorum numero habitus eſt. Nam Heſiodus Priapum non nouit: & Orthanæ, & Coniſalo, & Tychoni, & eiuſmodi Athenienſium diis perſimilis eſt. Item Catullus ait. *Hunc lucum tibi dedico, conſecroque Priape, Nam te præcipuè in ſuis vrbibus colit ora Helleſpontica cæteris oſtreoſior oris. Custos ruber, Bacchi ruſtica proles*, Tib. *Deus rigidus, hortorum Deus, rubicundus, hortorum cuſtos, Deus ruricola, rigidus cuſtos ruris*, Ouid.

PROBITAS, *irreprehenſa*, Ouid.

PROBRVM, *turpe*. Catul. *vetitum*. Ouid.

PROCELLA, *incerta*. Lucret. *turbida, ventoſa*. Catul. *Aeolia*. Virg. *inæqualis*. Hor. *rapida*. Proper. *volucris*. Ouid.

PROCI, *diuites, turba luxurioſa*. Ouid.

PROCRVSTES Polyphemonis filius, Polypemō nomine

ne, Procruſtes cognomento, quem apud Curdalum Atticæ locum habitantem Theſeus occidit. Hic viatores, cogebat ſuper lectum aliquem aſcendere: quo ſi longiores erant, parte ſupereminente amputabantur: qui vero breuiores, pedibus diſtendebantur, Pauſanias, Plutarchus, Diodorus. *Immitis*, *Polyphemone natus*, *toruus*. Ouid.

PROCNE Pandionis filia in hirundinem mutata. Ouidius. *Manibus pectus ſignata cruentis*. Virgilius. *Pandione nata*, *Cecropis*, *impia*. Ouid.

PROCA quintus Albanorum rex, Liuius & cæteri. *Troiana gloria gentis*. Virg.

PROCHYTA inſula quæ ante Miſenum in Campania iacet, quam prouolutis alio montibus extitiſſe tradūt, Prochyta non ab Aeneæ nutrice dicta eſt, vt voluit Dionyſ. Halicar. ſed quia profuſa ab Aenaria erat, ex Strab. & Plin. *alta* Virg.

PROCRIS Erechthei Athenarum regis ex Praxithea filia, vt Pauſanias, & Suid & Tzetzes tradunt, vt Apollonij interpres, Cecropis. Huius fabula expoſita eſt omnibus apud Ouidium ex Pherecyde, non ſemel. Muneribus corrupta rem habuit cum Pteleonte & Minoe Cretenſi, vt idem Tzetzes tradit. *Erechthis*, Ouid.

PROLVVIES, *fœda*. Virg.

PROMETHEVS Iapeto Titanis filio & Clymenæ Oceani filia natus, vt Heſiodo placet, Euphorion vero ſcriptum reliquit, Iunonem ab Eurymedonte compreſſam Prometheum genuiſſe, Eurymedontem ab Ioue ad inferos detruſum, alij Aſia & Iapeto natum tradunt, vt Lycophronis interpres, vt Proclus Lycius in Commentariis in Heſiodum, Iapeto & Clymene, aut Themide, aut Aſopa. Hunc Iupiter, quia ignem mortalibus dederat, in Caucaſo monte vinculis alligauit, Aquila prope poſita quæ illius iecur depaſceretur. Hanc Hercules, illius miſeratus pœnam, ſagitta interemit. Ad medium montis Caucaſi eſt rupes quæ in partes quaſcunque ſtadia decem, in altum quatuor protenditur: in qua Promethei antrum, & fabuloſæ illius aquilæ nidus, catenarumq; ſigna ab incolis oſtendūtur ex Diodor. & Hygino, & Plutarcho. Ex cruore ac ſanie in terram ſtillante, dum Promethi iecur aquila depaſceretur Prometheus herba nata eſt. Eius flos prominet cubiti menſura, colore corycio ſimilis Croco, caule gemino, radix ſub terra carọ

videtur recens,inciſa ſuccum nigricantem effert tanquam fagi. Si Proſerpinæ re diuina noctu peracta hoc corpus linias, ferro nullatenus lædi poteris:neque item ignis incendia ſentire hac Medea pro Pharmaco vtebatur,ex Apollonio Rhodio. & Plutarcho. Hæc nimirum vbi legiſſet Propertius,Carmini inſeruit, cùm ait.

Inuidiæ fuimus,num me deus obruit? an quæ
Lecta Prometheis diuidit Herba iugis?

A Prometheo de terræ luto effictum hominem veteres poetæ tradiderunt, authorib. Africano, & Euſebio. *Sollers.* Catullus. *Callidus* Horatius. *Satus Iapeto* Ouidius.

PROPERTIVS poeta elegus ex Meuania Vmbriæ oppido oriundus vt ipſe author copioſe teſtatur,Ouid poetæ ſodalis,& Mæcenati maxime acceptus fuit. Primas in elegia iuxta quoſdam tenuit vt ſcribit Quintilianus. Hoſtiam puellam carmine celebrauit,quam mutato nomine,vt auth. eſt Apuleius, Cynthiam appellauit. *Callimachus Romanus.* Propertius. *Tener*, *blandus.* Ouidius.

PROPONTIS,Laxitas Helleſponti,æquorquè quod exſpàtiatur.Nam primæ anguſtiæ maris ſe coarctantes Helleſpontus vocantur,inde exſpatiatur æquor,& Propontis dicitur, ruſuſque inarctum coit, & Thracius Boſphorus appellatur, Strabo Plin. *Propontiaca aqua.* Propertius.

PROSERPINA Iouis ex Cerere filia,authore Heſiodo, quã vnicã appellat Orpheus, propterea quod nullã aliã præter eam Ceres ex Ioue peperit.Eadem Luna credita, vt ait Varro, quod Luna modo in dextram modo in ſiniſtram partẽ curſum flectat. Nam veteres ſerpere atque proſerpere in eodem ſignificatu dicebant. De raptu Proſerpinæ cum ſit res omnium monumentis peruulgata nihil aliud dictu dignum occurrit, præterquam quod Orpheus & Pauſanias, in Attica rem geſtam tradunt,quà Cephiſus amnis Eleuſinem præterit. *Iuno inferna*, vt Iuppiter Stygius. *Caſta,domina.* Virgil. δέσποινα cognomentum eſt Cereris,quo tamen & Proſerpina honeſtatur,authore Pauſania,ex quo etiam diſcimus magnas deas Cererem & Proſerpinam nuncupari. *Sæua, furua.* Horat. *Perſephone.* Tibull. Proſerpina græco nomine Perſephone, Perſephaſſa, & Pherſephone, & Perſephonea nuncupatur, Suidæ. *regina Erebi, Deou*, Deo Ceres apud Orpheum appellatur, quod etiam

Suidas

Suidas & Heſychius affirmant. Inde Deois Proſerpina, quo verbo Auſonius quoque manifeſtè vſus eſt.

Qualis floricoma quondam populator in Aetna
Virgineas inter choreas Deoida raptam
Suſtulit, emerſus Stygiis fornacibus Orchus.

Tuno auerna. Ouid.

PROTESILAVS Iphiclo Phylaci filio, & Aſtyoche natus, qui primus ex Græcorum exercitu apud Ilium cecidit, vt alij volunt ab Hectore, vt alij ab Aenea, vt quidam ab Euphorbo, vt nonnulli ab Achate interfectus, Phylacam, Pyrrhaſum, Ithona, Antrona, & Pteleum Theſſaliæ vrbes tenuit. Sunt prætereа ex aduerſo Llienſium vrbis iuxta Helleſpontum in Proteſilai ſepulchro arbores, quæ omnibus Ephebiis cum in tantum accreuere vt Ilium aſpiciant, inareſcunt, rurſuſque adoleſcunt, autho. Homer. eiuſque interp. Euſtath. Tzetzes, Plinius. *Phylacides, Theſſalus*. Proper. *Aemonius. Pelaſgus*. Ouid.

PROTEVS Neptuni filius ex Phœnice, vt ait Stephanus & Tzetzes, Pallenen vrbem Macedoniæ quandoque tenuit. Sed cum Tmolus atque Telegonus, quos ex Torone Aegyptia ſuſceperat, hoſpites lucta ſuperatos extinguerent, liberorum impietate offenſus à patre impetrauit vt ductis per vada cuniculis in Aegyptum apud Pharon ſiſteretur, vbi Tmoli & Telegoni nece per manum Herculis audita, gauiſus non eſt vt pater, nec item doluit, vt qui iure cæſos intelligebat. Hæc apud Lycophr. eiuſque interpretem. Diodor. vero hiſtoriæ veritatem prodidit hunc in modum. Defuncto rege poſt quintum genus, quum Aegyptus rege careret, ex dignioribus quidam in regem aſſumptus eſt, quem Aegyptij Cetem, græci Proteum appellant, qui Iliaci belli tempore extitit. Hunc artium peritum fuiſſe tradunt & in varias formas ſe vertere ſolitum, vt nunc animal, quandoque arbor aut ignis, aut quid aliud videretur. Quæ eadem & Sacerdotes de illo ſcribunt. Harum rerum cognitionem continuo ex aſtrologorum ac ſacerdotum vſu rex eſt aſſecutus. Conſuetudo autem regibus tradita, græcis cauſam huiuſmodi tranſmutationis fingendi præbuit. Nam Aegyptiis mos erat regibus, aut Leonis, aut Tauri, aut Draconis priorem partem in capite ferre inſignia principatus: quandoque vero arborem, aliquādo ignem, quandoque redolentia ſupra caput vnguenta. Hæc tum ad decorem ſpectabant atque ornatum, tum ſtuporem ac ſuper-

ſtitionem quandam aſpicientibus afferebant. Hactenus Diodor. Ex Pſamathe Nereide Theoclymenum, & Idotheam ſuſcepit, quæ adulta ob diuinandi peritiam Theonoe dicta eſt, cuius puellæ conſilio Menelaus Proteum deum lubricum vinculis detinuit, & dare oracula coegit. Euripides, & Homer. Illud non omittendum, Virg. quum ſignificare vellet Menelaum ad vſque Aegypti terminos profectum, dixiſſe.

Atrides Protei Menelaus ad vſque columnas
Exulat.

Nam & Menelaum ad vſque Aegypti fines perueniſſe, & columnas pro terminis & confiniis ſtatui ſolere locuples teſtis eſt Strabo. *Vates ceruleus.* Virgilius. *Ambiguus, vates Carpathius,* Audi Virgilium.

Eſt in Carpathio Neptuni gurgite vates
Ceruleus Proteus.

Cæterum vt ait Strabo, Icario mari Carpathium coniungitur, ex parte Auſtri, hinc autem Aegyptium, ab occaſu autem Creticum & Africanum. Permultæ vero in Carpathio mari Sporades continentur inſulæ. Porro Carpathus Rhodiorum inſula, teſte Plin. quæ nomen Carpathio mari dedit, Silius quoque finxit eum tenuiſſe Capreas vrbem Campaniæ, Et Homer. Proteum omnia profunda maris noſſe canit. *Senex Carpathius, leuis, ſenex æquoreus,* Ouid. ex Home. à quo Proteus γέρων ἅλιος dicitur, hoc eſt ſenex marinus.

PRVINA, *gelida,* Lucret. *Cana, Rhiphæa.* Virg. Rhiphæi montes quibus ab vno latere Scythia includitur, vbi aſſiduo niuis caſu pinnarum ſimilitudine Pterophoros appellata regio, pars mundi damnata à natura rerum, & denſa merſa caligine, neque in alio quàm rigoris opere gelidiſque aquilonis conceptaculis, Plin. Mela. *Matutina.* Propert. *Vitreia, roſcida.* Ouid.

PRVNA, quorum ingens turba, *verſicolor, nigra, candicans,* Hordearia appellata à comitatu frugis eius. Alia eodem colore ſeriora, maioraque, Aſinina cognominata à vilitate. Sunt & nigra, ac laudatiora Cerina, atque Purpurea, necnon ab externa gente Armeniaca quæ ſola & odore commẽdantur. Hæc & alia Plin. *Cerea.* Virgil. quæ Plin Cerina vocat, quæ vt vuæ autumno cadis condita, vt idem refert, vſque ad alia naſcentia ætatem prorogant. *Autumnalia.* Propertius.

PSITACVS auis quæ ſuper omnes humanas voces reddit, & qui-

& quidem ſermocinans, India autem hanc mittit, Pſittacem vocant, viridem toto corpore, torque tantũ miniato in ceruice diſtinctam, Imperatores ſalutat, & quæ accipit verba pronuntiat. In vino præcipue laſciua. Capiti eius duritia eadem quæ roſtro. Hæc quum loqui diſcit ferreo verberatur radio, non ſentit aliter ictus. Quum deuolat roſtro ſe excipit, illi innititur, leuioremque ſe ita pedum infirmitati facit. Turturibus eſt amica, author Pli. *Viridis, garrulus, humanæ vocis imago.* Ouidius.

PVDOR; *ſanctus, Virgineus.* Tibull. *Tener, purpureus, timidus, caſtus, tacitus, verecundus.* Ouidius.

PVER, *infirmus, tener.* Lucret. *Integer.* Catul. *Ingenuus, mollis, caſtus, laſciuus* Horat. *Tener.* Tibull. *Impubes.* Ouid.

PVELLA, *candida, Lacteola, caſta, bella* Catullus. *Innupta, laſciua.* Virgilius. *Formoſa, tenera, culta, fallax.* Tibullus. *Vaga,* Propert. *Verecunda.* Ouidius.

PVGNA, *aſpera, triſtis.* Virgilius.

PVLMO, *tumidus.* Virg. *Mollis,* Ouidius.

PVLVINAR, *geniale.* Catull. *Altum,* Ouid.

PVMEX, *aridus.* Catull. *Cauus, latebroſus.* Virgilius. *Tenuis.* Propert. *Multicauus, mordax, fragilis, exeſus.* Ouid.

PVPPIS, Vide Nauis.

PVRPVRA, ſiue Oſtrum, Oſtreorum enim quoddã genus eſſe purpuram nemo ignorat. Ideoque ſanies eius quæ teſtis detractis colligeretur oſtrum, vt inquit Vitruuius, appellata eſt. *Rubens, fulgens, Meliboea, Theſſalico concharum tincta colore.* Lucret. Conchæ enim, teſte Athenæo, magnæ ac nobiles apud Aenum vrbem naſcuntur, eſt autem & Aenos Thraciæ, & Theſſaliæ, & Locridis, & Aenos apud Euphraten fluuium, authore Stephano. *Murex,* à murice piſce firmiori teſta circundato, è cuius ſanguine Lana tingitur, de quo latiſſime Plinius. *Suaue rubens, Sarrana,* hoc eſt Tyria, Purpuræ pretioſiſſimæ in Tyro, in Meninge Africæ, & Gætulo litore Oceani, in Laconica, author Plinius. Tyron autem Sarram appellatam Homerus docet, quem etiam Ennius ſequitur authorem, quum dicit Pœnos Sarra oriundos. *Tyria, ſuperba, Picta.* Virgilius. *Afra, Laconica,* Horatius. *Sidonia.* Tibullus. *Pœna,* Propertius. *Sidonis, Getula, Phocaica.* Ouidius à Phocæa oppido Lydiæ non longè à Sardibus, porro Lydi primi Lanas infecere, Interpres Homeri, Plinius.

PVTEI, *capaces*. Ouid.

PYGMALION Beli, qui Metres dictus eſt, filius, qui vnà cum Eliſa, quæ & Dido, ſorore Tyrij regni hæres eſt inſtitutus, ſed populus Pygmalioni admodum puero regnum tradidit, Eliſa quoque Sichæo auunculo ſuo ſacerdoti Herculis, qui honos ſecundus à rege erat, nupſit. Huic magnæ ſed diſſimulatæ opes erant, quibus incenſus Pygmalion, oblitus iuris humani, auunculum ſuum, eundemque generum ſuum ſine reſpectu pietatis occidit. Eliſa diu fratrem auerſata fugam in Africam molitur. Pygmalion cognita ſororis fuga impio bello fugientem perſequi parat, ægre precibus matris & deorum minis victus quieuit. vixit annos quinquaginta, quadraginta duobus regnauit. Huius regni anno ſeptimo Dido Carthaginem in Libya condidit. authores Iuſtinus, Ioſephus. *Scelere ante alios immanior omneis, impius, auri cæcus amore*. Virg.

PYLADES Strophio Criſi filio Phocenſium rege ex Anaxibia Agamemnonis ſorore natus, qui ex Electra, prius Laodice dicta, Strophium & Medeonem genuit, Pindar. Pauſanias, Euſtathius. Hellanicus, Xanthus poeta. *Iuuenis Phocæus, Argolicus, Strophio natus*. Ouid.

PYLOS Meſſeniorum ciuitas in Peloponneſo, Neſtore nobilis. Tres autem Pylos fuiſſe traditum eſt, vnam Meſſeniæ, alteram Triphyliæ, tertiam Arcadiæ, author Euſtathius. Tractat autem hac de re Strabo, demonſtrans fuiſſe multas huius nominis vrbes, quarum vnaquæque ſibi vendicauerit Neſtorem ob viri celebritatem. Inde prouerbium apud Meſſenios celebratum. Eſt Pylos ante Pylum, vbi quid alteri præfertur, velut antiquius & præſtantius. Aut vbi aliquis iactat ſeſe quaſi vel ſolus ſit, vel ſummus, cum reperiantur & alij qui poſſent cum eo decertare, author Plutar. *Nelea*. Ouid.

PYRA, quorum multa genera ab antiquioribus rei ruſticæ ſcriptoribus tradita ſunt. *Cruſtumia*, *Syra*, Virgil. de quibus ita Plin. Cunctis autem Cruſtumina gratiſſima, proxima iis Palerna à potu, quoniam tanta vis ſucci abundat, Lactea hæc vocatur. In iis alia colore nigro donant Syriæ. Porro Cruſtumium Latij oppidum, vnde & Cruſtuminus ager, vt ait Plin.

PYRACMON vnus ex Cyclopibus, quem Argen Heſiod. Ouidius Acmonidem vocat, is appellatus eſt, vt Seruio placet, quod à calenti incude nunquam diſcedat, nam πῦρ græcè ignis,

ἄκμων incus dici ur. *Nudum membra*. Virg.

PYRAMVS Ouid decãtatus, à quo Morus Pyramea arbor Q. Sereno Sammonico dicitur. *iuuenum pulcherrimus*. Ouid.

PYRETHRVM herba, quam aliqui Dorycnion, alij Pyrinon, alij Pyroton, aut Pyrothron, alij Arnon Pyriten, Magi Pyriten, Romani Saliuarem vocant, folia caulemque emittit vt Daucum Siluestre, & fœniculum, vmbellamque Anethi circinatæ rotunditatis, radix longa eſt, pollicis craſſitudine, guſtu feruidiſsimo, Dioſcor. Plin. *Flauum*, Ouid.

PYRGI in Vmbria exiguum oppidum, quod à Coſsis Oſtiam nauigantibus occurrit, nobiliſſimum fuit eo tempore, quo Tuſci piraticam exercuerunt, nam illic Metropolis fuit, Plin. Seruius, Strabo. *Veteres*. Virgilius.

PYROPVS gemma, quam Latini Carbunculum vocant, cui ab ignium ſimili tudine nuncupato, πῦρ namque ignis ὄψ aſpectus, principatum dedere, cum ipſe non ſentiat ignes, ob id à quibuſdam Apyrotus vocatus. Huius genera, Indicus Garamãticus, quem & Carchedonium vocant, propter opulẽtiam Carthaginis, adijcitur & Alabandicus in Orthoſia caute naſcens, Plin. *Clarus*, Lucret. *Flammas imitans*. Ouid.

PYRRHA Deucalionis & ſoror & coniux, Epimethei & Pandoræ filia, à qua Pyrrha Theſſalia dicta vt ait Rhianus, & Strabo, ex qua & Deucalione nati Hellen, Amphictyon qui poſt Cranaum Atticam imperio tenuit, & filia Protogenia, author Int. Homeri ex Apollodoro. *Epimethis, Titania*. Ouid. Epimetheus enim Iapeto Titanis filio natus eſt, vt ait Heſiodus.

PYRRHVS Achillis & Deidamiæ filius, Neoptolemus primum à Phœnice Achillis magiſtro appellatus, Moloſsis imperauit, ac domum rediens ab Oreſte in Delphici Apollinis tẽplo ante illius aram interfectus eſt, proditione ſacerdotis Macarei, quum iam Priamum ſenem ante ſacras Hercei Iouis aras iugulaſſet. Inde Neoptolemea vltio apud Græcos celebris prouerbij locum ſibi vſurpauit. Authores Euſeb. Virgil. Velleius Paterculus, Iuſtin. Pauſanias. *Pelides*. Virg. *Achilleides, Scyrius*. Ouid. Clariſsima inquit Strabo, Scyrus eſt propter Lycomedis cum Achille affinitatem, & Achillis filium Neoptolemum ibi procreatum, & enutritum poſterioribus annis.

PYRRHVS rex Epirotarum materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus, qui dum Argos oppugnaret, ictu

tegulæ

tegulæ proſtratus eſt. Locupletiſſimi authores de eo ſcripſerunt Plutarc. Iuſt. Liuius. *Achilleides, clarus.* Ouid.

PYRVS arbor, *edura*, Virgil. hoc eſt, nimium dura & valida vt exponit Seruius.

PYTHAGORAS Samius, à Tyrrhenis oriundus, quãquam Neanthes Tyrium eum vocet, Mneſarcho patre, matre Pythaide Samia, ſuſpitione dominationis iniuſta in fano viuus cõcrematus eſt. Pythagoræ ſcholã eo vita defuncto vxor Theano cum Telauge ac Mneſarcho filiis regendas ſuſcepit, Telaugæ auditor fuit Empedocles Agrigentinus. Ex Laertio, Suida, Theodoretq, Arnobio. *Senex Samius.* Ouid.

PYTHO Phocidis ad Parnaſum vrbs, Apollinis oraculo clara, cuius incolæ Delphi nominati, huius in Argonauticis meminit Orpheus & Theognis. Sic appellata quod illic telis Apollinis extinctus coluber tabe conſumptus eſt, πύθομαι namque græcis putreſco, quod Ozolis propterea nomen dedit, ad quos eiectus hic ſerpens traditur, vt refert Plutar. *Delphica.* Tibul.

PYTHO ſerpens maximus iuxta Delphos, ab Apolline ex Chalcide profecto atque è Parnaſi editiore loco, cui Specula deorum nomen eſt. Hiſtoriæ veritas habet, Parnaſſios Apollini coniunctos alio nuntiaſſe hominem eſſe nomine Pythonem ac cognomine Draconem, quo ſane ſagittis debellato, inter adhortandum Io Pæan clamitaſſe. Vnde conſuerudinem traditam, vt qui conſecuturi ſunt aciem, ſic Pæanis celebrationem clamitẽt. Pythonis vero tabernaculum ſic incendio tunc à Delphis abſumptum, ſicuti nunc quoque ac ſemper rerum ea ætate geſtarum perpetuam adhuc memoriam ac monumentum factitantibus. Ex authoribus Athenæo, Strabone, Homeri & Pindari & Euripidis interprete. Eundem Serpentem Tertullianus & Callimachus Delphynen vocant. Itemque Apollonius Rhodius hiſce verſibus:

ὥς ποτὲ πετραίῃ ὑπὸ δειράδι παρνήσσοιο
Δελφύνην τόξοισι πελώριον ἐξενάριξεν.

Id ipſum vero interpres eius comprobauit. Indeque Apollo Delphyneus dictus, vt ait Lycophronis interp. Idem ſerpẽs Delphys, auctore Heſychio, nuncupatur, quo verbo vulua venterque ſignificantur. *Maximus, grauis, tumidus,* Ouid.

QVA-

Q

QVADRIGAE, *citæ*, Virgilius.

QVERCVS, *glandifera*. Lucret. Nempe glans optima in quercu, atque grandiſſima, mox Aeſculo ait Plin. *Dura, rigida, Sacra, aeria, ſublimis, ciuilis*. Virgilius. Ciuica corona militum inſigne clariſſimum, quæ ilignea primo fuit, poſtea magis placuit ex Aeſculo Ioui ſacra, variatumque & hoc cum quercu eſt, ac data vbique quæ fuerat, cuſtodito tamen honore glandis, author Plinius. *Aurita*. Horatius. *Iouis arbor, Patula, ſacra Ioui, alta, Chaonis arbor, Dodonis, grauis, caua*. Ouidius.

QVERELA, *queſtus, querimonia, mæſta*. Virg. *Mala, triſtis*, Horat. *Sæua*, Propert. *Miſera*. Ouid.

QVIES, *placida, ſecura, mollis*. Lucr. *Dulcis, languida*, Virg. *Sera*. Tibull. *Muta, pinguis*. Ouid.

R

RABIES, *furens, rapida, fera*, Catullus. *Improba*. Virgilius. *Sæua*. Propertius.

RACEMVS, *Liuidus* Horat. *Liuens*. Proper.

RADIX, *valida, alta*. Lucret. *Ima, lenta*. Virg. *pigra, torta, obliqua, bibula*. Ouidius.

RADIVS texentium, *acutus*. Ouid.

RADII, *ardentes, Lucida tela diei*. Lucretius. *Coruſci, micantes, acuti*. Ouidius.

RAMVS, *altus*. Lucret. *Floridus*. Catull. *Fragilis, frondens*, Virg. *patulus, frondoſus, opacus, pandus, pendens*, Ouid.

RANAE rubetæ, quæ in rubis & vepribus tantũ viuunt, ob id rubetarum nomine, quas græci Phrynos vocant, grandiſſimæ cunctarum, geminis veluti cornibus, plenæ veneficiorum, mira de his certatim tradunt authores, author Plin. *Turpes*. Horat.

RANAE, *loquaces*. Virg. *virides*. Ouid.

RAPINA, *cupida*. Lucret. *auida*. Ouid.

RASTRI, *curui*. Catul. *graues, tenaces*. Virg.

RATIO, *ſagax*, Lucret.

RATIS, lege Nauis.

REDITVS, *dulcis*. Horat.

REGES, *ſuperbi*, Lucr. *minaces*. Horat. *magni*. Ouid.

REGIA, *diues, celſa*. Ouid.

REGVLVS Attilius, qui arte Xãthippi Lacedæmonij mercenarij

narij militis captus, in carcerem coniectus, legatus à Carthaginenſibus de permutandis captiuis Romam miſſus, vt ſi non impetraſſet, ita demum rediret, in ſenatu cenſuit, ne pax fieret ne conditio captiuorum reciperetur, reiectis à ſe liberis & vxore Carthaginem voluntaria ad hoſtes ſuos reuerſione profectus eſt. Vbi in arcam ligneā coniectus clauis introrſum adactis, vigiliis ac dolore extinctus eſt, Liuius, Cor. Nepos, *Egregius*. Horat.

REMVS, *tonſa*. Lucr. *palmula, palma, abiegnus*. Cat. ex Hom. qui ait, ἐν ξέστοισι ἐλάτησι πόντον ἐλαύνοντες. *Validus, grauis, celer*. Virg. *agilis*. Ouid.

REMVS Romuli frater. *Auentinus*. Prop. Propterea quod, vt ait Liuius, Palatinus Romulus, Remus Auentinum ad inaugurandum capiunt. *Martigena, Martia proles, Iliades*. Ouid.

REMVLVS Siluius Agrippæ Albanorum regis filius, & ipſe XII. rex, vndeuiginti annis regnauit, præſidiumque Albanorum inter montes, vbi Roma nunc eſt, poſuit, qui ob impietatē poſtea fulmine tactus interiit. Huius filius fuit Iulius proauus Iulij Proculi, qui cum Romulo Romam commigrans fundauit Iuliam gentem, author. Liuius & Euſeb. *imitator fulminis*. Ouid. Nam, vt ſcribit Dionyſ. Halicarnaſſ. qui hunc Alladium vocat, cum diis inimicitias geſſit. Nam ab eo deſpiciente numina apparatę ſunt fulgurum imitationes, & fragores tonitruis ſimiles, quibus terreri homines tanquam eſſet Deus poſtulabat. Cæterū himbribus & fulminibus in eius domum cadentibus, atque lacu iuxta quem habitabat inſolitam inundationem capiente incluſus, cum tota domo abſorptus eſt, Et nunc adhuc perlucente lacu in parte quadam cum deficit latex apparent ruinæ, & alia quædam ædificiorum veſtigia.

REPAGVLVM, *robuſtum*. Ouidius.

REPVLSA, *Sordida*. Horatius.

RETIA, *humida lina, rara*. Virg. *Teretia, denſa*. Horat. *Torta*. Tibul. *Nexilia, nexa, lina nodoſa, caua*. Ouid.

REVS, *mæſtus, ſollicitus*. Horat. *Trepidus*. Ouid.

REVERENTIA, *decens, placida*. Ouid.

RHADAMANTHVS Europæ Agenoris ex Ioue filius, quem ſcribunt omnium iuſtiſſimum latrones quoſque ac ſceleſtos viros, cæteroſque improbos acri affeciſſe ſupplicio. Multarum inſularum imperio potius magnam Aſiæ maritimam partem tenuit, ſingulis eius imperio ſe ſponte ob iuſtitiæ famam tradenti-

tradentibus. Is Minois fratris inuidia pulſus, ad inſulas Ioniæ, Cariæque oppoſitas quum acceſſiſſet, Erechtheo ciuitatem à ſuo nomine conditam conceſſit. Oenopionem vero Ariadnes filiũ Chio præfecit, quæ omnia ante bellum Troianum geſta ſunt. Hæc Diodorus. Vt vero auth. Ephorus eſt. Minos cuiuſdam antiquiſſimi Rhadamanthi imitator extitit, viri quondam iuſtitia & æquitate celeberrimi, qua appellatione Minois frater fuit. Ille quidem primus legibus Cretam inſulam, & habitandis vrbibus, & ciuilibus inſtitutis ad manſuetiores ritus viuendi perduxit. Is poſita in medium decreta ab Ioue ea ferre commentabatur. Ex Strabone. *Cnoſius*. Virg.

RHAETI Germaniæ populi, qui vſque ad Alpium ſumma tenent, & Italiam verſus inclinãt, hinc Inſubribus, inde Carnis propinqui, & Aquileiæ tractui, Rhætos Thuſcorum gentem arbitrantur à Gallis pulſos duce Rhæto, Strabo, Plinius. *immanes*. Horatius.

RHENVS Germaniæ fluuius, qui in Helium ac Fleuum oſtia effuſus, ab Septentrione in Lacus, ab occidente in Amnem Moſam ſe ſpargit, medio inter hæc ore modicum nomini ſuo relinquens alueum. Eſt & alter eiuſdem nominis in Bononieſi agro optimos habens calamos, Plin. Strabo. *Gallicus*. Catull. Belgæ namque Galliæ populi pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni vt ait Diuus Cæſar. *Bicornis*. Virg. propter duo oſtia. *Barbarus*. Propert. *Heſperius*, Ouid.

RHESVS Thraciæ rex Eionei filius Homero, Strymonis & Terpſichores ſiue Euterpæ Euripi, Pindari & Homeri interpreti. qui cum in auxilium Troianorum veniſſet ab Diomede, & Vlyſſe Dolone Troiano id prodente in ipſis tentoriis, apud fluuium qui ab eo Rheſus nomen accepit, noctu interfectus, & vxor eius Arganthone poſt ſæpe lacrymatum, inclamatumque Rheſum præ deſiderio abſumpta eſt, authores Parthenius, Hom. & Euripides. *Iſmarius, Threicius, Odryſius, Sithonius*. Ouid.

RHODOPAE Thraciæ mons Paeoniæ proximus, dictus à Rhodope Strymonis amnis filia, ex qua Neptunus Atho gigantem genuit, qui & ipſe monti Thraciæ nomen dedit. Nonnulli tradiderunt Rhodopen & Aemum fratres fuiſſe, qui quum ſe turpi amore mutuo amarent, hic quidem hunc Iunonem, Ille vero alterum Iouem appellabat, quapropter Iupiter ac Iuno indignati eos in montes ſui nominis conuerterunt, Strab. Plutar. Plin.

Plin. Theocriti interp. *Threicia, alta, glacialis.* Ouid.

RHODOS inſula Carpathio mari appoſita, à Rhodo Neptuni & Veneris filia vt ait Herophilus, vt Epimenides, Oceani, ex qua & Sole filij ſeptem nati, Cercaphus, Actis, Macareus, Tenages, Triopa, Phaethon, Ochimus, & filia Electrion. Ciuitas olim inſignis & porticibus & vijs, & mœnibus, tum iuſtitia & diligentia circa remp. & res nauales quibus multo tẽpore mari dominata eſt, tum Iouis Coloſſo, quem ſeptuaginta cubitorũ fuiſſe conſtat vnum è ſeptem mundi miraculis, tum quia aurũ in ea depluit, quia Solis monitu Rhodij Mineruæ naſcenti primi rem diuinam fecerunt, Rhodos eſt circuitu 130. mill. paſſ. aut ſi potius Iſidoro credimus 103. Vocitata eſt antea Ophiuſa, Aſteria, Aethræa, Trinacria, Corymbia, Poeeſſa, Atabyria ab rege, Deinde Macria, & Oloeſſa. Copioſiſſimi autho. Homer. Pindarus, eorumque interpres, Plutarch. Diodor. Strab. Plin. *Nobilis.* Catul. *Clara.* Horat. *Phœbeia.* Ouid. tum propter Rhodon nympham, tum quia, vt ait Pli. Rhodi, & Syracuſis nunquam tanta nubila obduci traditur vt non aliqua hora Sol cernatur.

RHODANVS Narbonenſis Galliæ multo fertiliſſimus amnis, à Rhoda Rhodiorum vrbe nuncupatus, ex alpibus ſe rapiens per Lemanum Lacum, ſegnemque deferens Ararim, nec minus ſeipſo torrentem Iſaram, & Druentiam. Libyca appellãtur duo eius ora modica. Ex his alterum Hiſpanienſe, alterum Metapinum, tertium idemque ampliſſimum Maſſalioticum. Permultam habet nauigationem aduerſam & magnis oneribus, & ad multas regionis partes, quia qui in eum intrant fluuij nauigabiles ſunt cum honuſtis quoque nauibus, authores, Strabo & Plin. *Celer,* Tibull. *Heſperium.* Ouidius.

RHOETEVM litus Troadis, Rhoeteo, & Dardania & Ariſba claris vrbibus habitatum, Aiacis tamen maxime ſepulcro illuſtre, à Rhoetea Sithonis Thraciæ regis Martis filij, & Ocyroes Nili amnis filia, Lycophron. interpres, Strabo, Mela, Plinius. *Capax.* Ouidius.

RIGOR, *gelidus, piger,* Lucret. *Alpinus.* Ouid.

RIMA, *caua.* Propert. *Tenuis.* Ouidius.

RIPA, *viridans.* Virg. *Viridis, obliqua, decliuis, gelida, fluuialis, mollis, limoſa, capax.* Ouidius.

RISVS, *tremulus.* Lucretius.

RIVVS, *ſaliens, fluens, tenuis.* Virg. *Mobilis, celer, gelidus.* Horatius.

Horat. *Labens, garrulus.* Ouidius.

RIXA, *ſanguinea, calida, proterua.* Horat. *Turpis.* Propert.

ROBVR, *durum,* Virgilius. *Nodoſum.* Ouidius.

ROGVS, *altus.* Virg. *Auidus, miſer, mæſtus, rapidus.* Ouid.

ROMA Graiis pariter & noſtris celebrata monumentis. *Opulentiſſima.* Catul. *Pulcherrima, alta, vrbs Mauortis*, Eadem ratione qua Mars Romanus dictus eſt. *Maxima, inclyta, magna, rerũ maxima,* Virg. *Beata, domina.* Hor. *Vrbs æterna.* Tib. *Martia, vrbs Iliaca, vrbs Romana, Dardania, caput orbis, domina rerum, vrbs Romulea, Saturnia.* Ouid. à Saturno, qui Saturniam vrbem in mõte Tarpeio à ſe Saturnio dicto condidit atque incoluit. Var. Virg.

Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit vrbem,
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

ROMANI, *Aeneadæ, Romulidæ.* Lucret. *Romuli nepotes, magnanimi, Remi nepotes,* Catull. *Acres, rerum domini, gens togata.* Virgilius. *Populus Quirini, bellicoſi, gens Romulea, Quirites.* Horatius à Quirino vt ait Feſtus.

ROMVLVS Rhea, ſiue Siluia, ſiue Ilia Marteque editus, Quirinus à Curibus Tatij patria, Varro, Plutarch. Liuius, Feſtus vero ita, Curis eſt Sabine haſta, vnde Romulus Quirinus quia eam ferebat eſt dictus. Cuius facta quia omnibus peruulgata ſunt tacendá exiſtimaui. *Mauortius, acer.* Virgilius. *Iliades, Trabeatus, inuictus, Martigena, conditor vrbis, deus bellicus, Martia proles.* Ouidius.

ROS, *recens.* Lucret. *Gelidus.* Virg. *Pluuius.* Horat. *Vitreus, Stillans, liquidus, cæleſtis.* Ouidius.

ROSAE, *amœnæ.* Horat. *Odoratæ,* Tibullus. *Vernæ, teneræ,* Prop. *Pæſtanæ.* Ouid. Cæterum Roſam rubidam factam tradit Conſtantinus Cæſar è Veneris ſanguine, aut ob Nectar à Cupidine in terram effuſum.

ROSARIA, *Roſeta, punicea.* Virg. *Amœna.* Ouid.

ROSTRVM, *mordens.* Catull. *Obuncum.* Virg. *Rigidum, reduncum, durum, acutum.* Ouidius.

ROTA, *rapida, leuis, ærea, volucris, feruens.* Virgil. *Feruida.* Horat. *Celeris.* Tibull. *Curua, agilis,* Ouidius.

RVBIGO, *ſqualida, ſcabra.* Catull. *Mala, ſalſa.* Virgilius. *Sterilis.* Horat. *Aſpera.* Ouidius.

RVBI, *aſperi, horrentes.* Virg. *Hamati.* Tibul. *Hirſuti.* Prop. *Mordaces, duri.* Ouidius.

RVBETA,*dura*. Ouidius.

RVBOR,*verecundus,leuis,roſeus*. Ouidius.

RVDENTES.*intorti*. Catullus.

RVGA.*ſiniſtra,languida* Prop. *Caua,ſenilis,anilis*.Ouid.

RVINA , *putris*. Lucret. *Grauis*. Catull. *Triſtis*. Virgilius. *Demens* Horatius.

RVMOR,*vagus,velox*. Ouidius.

RVPES,*alta,dumoſa,ſumma,caua,aeria,vaſta, cauata, gelida, immota*. Virg. *Frigida*. Prop. *Ardua*. Ouidius.

RVRA,*infaceta*. Catul. *Sordida, opaca,florea*. Virg. *Aprica*. Horat. *Fœcunda*. Tibul. *Deuia*. Propertius. *Feracia,inambitioſa, genialia*. Ouidius.

RVSCVM ſponte naſcens,quo pleræque gentium vtuntur in cibis,& ex quo ruri ſcopæ fiunt,amplius paulo herba eſt, exilius virgulto,fructibus nõ diſſimile Iunco.Huius colore mulieres vti conſueuerunt,Eadem Myrtus ſilueſtris , Oxymyrſine foliis acutis,aliiſque compluribus nominibus appellatur, Dioſcorid. Plin. Cato,Feſtus. *Horridum,aſperum*. Virg..

RVSTICVS,*acer*. Virgilius.

RVTVLI populi in Latio, auth, Plin. iis Daunus Turni pater imperauit, vt eſt apud Virgilium. *Audaces,ardentes, gens Daunia*. Virgilius.

S

SABAEI Arabiæ populi ditiſſimi Siluarum fertilitate odorifera,auri metallis,agrorum regnis,mellis ceræque prouẽtu. apud hos thus,& myrrha,& Cinnamum naſcitur,in ora etiam balſamum,& alia quædam herba valde odorata,quanquã eius odor cito deperit. Habent præterea palmas odoratas & Calamum, ſerpentes quoque palmares,colore puniceo , vſque ad Ilia aſſiliẽtes,quorum morſus incurabilis eſt. Homines propter maximam fructuum copiam otioſi ſegneſque degunt, in radicibus arborum cubant,& ex eis incidunt, quæ proximi ſuſcipientes protinus alter alteri conſequenti tradunt vſque in Syriam , atque Meſopotamiam,ab odoribus autem ſtupefacti, bituminis ſuffitu & hirci barba ſtuporem tollunt,Strab. Herodotus, Plin. *molles*. Virg.

SABINI Italiæ populi ſupra Latium, à religione & deorum cultu Sabini appellati,Velinos accolunt lacus roſcidis collibus, à Nare porro amne vſque ad Aequicolos tenent à Sabo condi-

tiinde

tit:inde Sabelli, qui & Samnites, & Saunitæ græcis, Sabinorum proles, Cato, Plin. Silius. *Cures*, à Curibus Sabinorum opulentiſſima ciuitate. Feſtus. *ſeueri.* Virgil. Cum enim filias perdiderunt Ceninenſes, Antemnates, Cruſtumini, & Sabini, cæteris quieſcentibus Sabini ſoli bella ſumpſerunt. Ita Seruius ex Liuio. *ardui* Horat. *duri.* Proper. *rigidi, ſati Curibus.* Ouid.

SABINAE, *incultæ, tetricæ.* Ouid.

SABINA herba, Brathy appellata à græcis, duorũ generũ, altera Tamarici ſimilis folio eſt, altera Cupreſſo, qua ex re quidam Creticã Cupreſſum dixerunt. A multis in ſuffitu pro thure aſſumitur. Plin. Dioſcor. *Thuris opes priſcis imitata.* Ouid.

SACRA, *ſolennia.* Lucr. *ſancta.* Catul. *pura.* Ouid.

SACERDOS, *almus.* Proper. *caſtus.* Ouid.

SAGA, *Theſſala.* Propert. Theſſalas mulieres Lunam detrahentes Menander fabula quam Theſſalam inſcripſit memoriæ prodidit, & veneficæ Theſſalæ vocantur, & Theſſali tanquàm præſtigiis atque incantationibus dediti male audiunt. Ferunt ſane Medeam fugientem ciſtam venenorum plenam in Theſſalia abieciſſe, ibique exorta eſſe, Ariſtoph. interp.

SAGINA, *immunda,* Proper.

SAGITTA, *arundo, celeris, ferrum volatile, lethalis, leuis, volucris, Threicia, Lycia.* Virg. vt arcus Lycius, *ferica, calamus Cnoſius, miſſilis,* Horat. *Achemenia.* Proper. *Hamata, Scythica.* vt arcus Sarmaticus. *Sarmatica, ferrum volucre, Biſtonia.* Ouid. Biſtones Thraciæ gens, cui Biſton Martis ſiue Ciconis & Terpſichores filius nomen dedit. Plin. Steph.

SAGVLA, *virgata.* Virg. vt Bracæ virgatæ.

SAL, *veſcum.* Lucret. *æquoreum,* Ouid.

SALTVS, *virides, floriferi.* Lucret. *reconditi,* Catull. *magni, profundi,* Virg.

SALTVS, *pernix.* Lucr. *leuis.* Ouid.

SALICES, *teneræ,* Lucr. *amaræ, lentæ, canentes, glaucæ, fæcundæ viminibus.* Virg. *curuæ, amnicolæ.* Ouid.

SALICTA, *glauca canentia fronde.* Virg. *huda.* Horat. *cana, denſa.* Ouidius.

SALIVNCA herba nobiliſſimi odoris, folioſa quidem, ſed breuis, & quæ necti non poſſit. Radici numeroſæ cohæret, herba verius quam flos, denſa veluti manu preſſa, breuiterque ceſpes ſui generis. Pannonia hanc gignit, & Norici, alpiumque aprica,

poradia, tantæ ſuauitatis vt metallum eſſe cœperit, veſtibus interponi eam gratiſſimum, Plin. *Humilis*, Virg.

SALII à ſaltando, quod facere in comitiis, & ſacris quotannis & ſolent, & debent. Hos Numa duodecim Marti Gradiuo legit, tunicæque pictæ inſigne dedit, & ſuper tunicam æneum pectori tegumen, cæleſtiaque arma quæ Ancilia appellantur ferre, ac per vrbem ire canentes carmina cum tripudiis, ſolennique ſaltatu iuſſit, Varro, Liuius, Plutarchus. *Exultantes*. Virgilius.

SALMACIS fons in Caria neſcio quam ob rem infamis, tanquam molliens eos qui inde bibāt. Hominū enim mollities videtur vel ab aere, vel ab aqua cauſam trahere, cum ea minime ſint cauſa mollitiei, ſed diuitiæ, & victus incontinentia. Hæc Strabo. Fabulam percurrit Ouid. *Infamis, obſcœna*. Ouid.

SALMONEVS Piſæ in Peloponeſo rex, Aeoli Hellenis filius, Crethei Athamantis, Siſyphi, Perieris frater, qui ex Aeolide cum magna ſuorum manu profectus conſtitit in Elide apud fluuium Alpheum, vbi ciuitatem à ſuo nomine Salmoneam condidit, ob ſuperbiam & impietatem contracto ſubiectorum odio Iouis fulmine conflagrauit. Lycophronis interpres, Hyginus. Diodor. Sicul. Strab. *Demens*. Virgilius. *Ferus, Aeolides*. Ouidius.

SALVS, *dulcis*. Ouidius.

SAMOTHRACIA Inſula in mari Icario. Hāc nōnulli Samum vocitatam priſcis temporibus tradunt. Deinde ab Antiqua Samothracia inſulæ propinqua Samothraciam dictā. Habitarunt eam prius Aborigines. Quidam aiunt priſcis temporibus inſulā vocatam Samū, ab incolis vero qui ex Samo & Thracia eò profecti ſunt dictam Samothraciam. Nec ſane eodem quondam appellabatur nomine, ſed Melanthemos, ſiue Melanphyllos, poſtea Anthemis, ſeu Anthemuſa, deinde Parthenia à flumine Parthenio, ita dicto quod Iuno adhuc inuiolata in eo ſe lauerit, cum antea Imbraſus diceretur. alij Partheniam dictam volunt à Parthenia muliere Samia, Varro quod ibi Iuno adoleuerit, ibique etiam Ioui nupſerit. Itaque nobiliſſimum & antiquiſſimum templum eius eſt Sami & ſimulachrum in habitu nubentis figuratum, & ſacra eius anniuerſaria nuptiarum ritu celebrantur. Ex author. Diodor. Strab. Apollonij interpret. Plin. Varrone, Firmiano. *Threicia Samos*. Virg. ex Homer.

ὑψὸν ἐπ᾽ ἀκροτάτης κορυφῆς σάμου ὑλήεσσης θρηϊκίας. *Iunonia*. Ouid. vt Virg. *Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam*
Poſthabita coluiſſe Samo.

SANGVIS, *calidus, puniceus, purpureus, rutilus*. Ouid.

SAPA, vinum dulce, quod alij Siræum, alij Hepſema appellant, ingenij non naturæ opus, muſto vſque ad tertiam partem menſuræ decocto, quod vbi factum ad dimidiam eſt, Defrutum vocamus, Plin. *Purpurea*. Ouidius.

SAPHO quæ vnico p Palæmone auth. apud Latinos ſcribi debet. Lesbia ex Ereſſo vrbe Simonis filia, vt alij Eunomini, vt alij Eerigyi, vt alij Ecryti, vt alij Semi, vt alij Camonis, vt alij Etarchi; vt alij Scamandronimi, quibus aſtipulatur Herodot. matre Clide, nata 42. Olympiade, quo tempore, & Alcæus, & Steſichorus, & Pittacus. Tres fratres habuit, Larychum, Charaxum, Eurygium. Cercolæ viro Andrio ditiſſimo nupſit, cui filiam peperit Clida nomine. Amicas tres, Atthida, cuius etiam Ouidius meminit, Telleſippam, Megatam habuit, quibus ad libidinem vſa dicitur, diſcipulas Anagoram Mileſiam, Gongylam Colophoniam, Eunicam Salaminiam. Scripſit libros Lyricos nouem. Prima plectrum reperit. Scripſit Epigrammata, Elegias, Iambos, & Monodias. Hæc amore Phaonis Mitylenæi ex Leucate in ſubiectum mare ſe deiecit. Quem Phaonem omniũ mortalium pulcherrimum fuiſſe traditum eſt, atque à Venere olim lactucis occultatum. Præter Sapho aliæ quoque fœminæ poetica floruerunt, Praxilla Sicyonia, Erinna Lesbia, ſiue Rhodia, ſiue Teia, ſiue Telia, ex Telo inſula Cypro finitima. Itemque Theano Locris, Myro, Anyte, Teleſilla, Corynna, Myrtis, Noſſis, authores Euſtathius, Antipater, Suidas, Palæphatus, & Euſeb. Strab. Aelianus, Maximus Tyrius, & apud nos Plinius. *Lesbia, Lesboa, querens de puellis popularibus*, audi illud Ouidij.

Lesbides infamem quæ me feciſtis amare.

Aeolia puella, Horatius. Lesbos inſula in Aeolide, Dionyſius, Strabo. cæteri. *Lesbis, poetica*, vel, vt quidam corrigunt, Poetria. *Pelaſgis*. Ouidius.

SARDINIA Inſula ad litoream plagam Tyrrhenam, & Liguſticam ſita, cuius ambitus 4. Milia eſt. Eius pars nõ modica eſt aſpera, magna quoque pars agrum habet omnibus rebus felicem præcipue tritico. Pleraſque etiam vrbes continet, ex

quibus digniores ſunt Caralis,& Sulchi. Locorum quoque virtuti malignitas quædam obſtat. Inſula enim æſtiuo tempore morboſa eſt in locis maxime fœcundis. Et quod hæc ipſa mõtani populantur incolæ, & quidem frequenter, qui Diatesbes vocantur,quum antea Iolenſes nominarentur. Memoriæ enim proditum eſt Iolaum pleroſque adducentem Herculis filios huc applicuiſſe,& cum inſulæ accolis barbaris habitaſſe qui natione Thuſci erant. Nomen accepit à Sardo Herculis filio qui ex Libya ad hoſce fines permeauit. Hæc & Sãdaliotis, & Ichnuſa, quod faciem veſtigij humani referat dicta eſt. authores Solin. Gellius,Salluſtius,Silius,Claudianus,Martianus Capella,Strabo, Plinius. *opima.* Horat.

SARDIS Lydiæ vrbs, quæ & Hyde dicitur, clara ſtagno Gygæo. Strabo,Plin. Homer. interp. *magna,* Ouid.

SARISSA,haſta prælonga apud Macedonas, authore Liuio & Suida. *Macedonia.* Ouid.

SARMATHAE Scythiæ populi,qui græcis Sauromathę, montana incolunt, longinqua itinera acturi inedia pridie præparant equos,exiguum tantum potum impartientes, atque ita per centena millia & quinquaginta continuo curſu euntibus inſident,Strab. Plin. *Gens fera.* Ouid.

SARPEDON Iouis & Laodamiæ filius,qui Lyciæ imperauit,occiſus eſt à Patroclo, vt canit Homer. Diodorus Siculus Iouis ex Europa filium tradit. *ingens,altus.* Virg.

SATICVLVS populus Campaniæ,aſper moribus. Seruius. *aſper.* Virg.

SATVREIA herbæ in condimentario genere: Seruntur menſe Februario,Origano æmulæ,author Plinius. *Herbæ nocentes* Ouidius.

SATVRNVS Cœli Terræque filius, vt canit Heſiodus.Hic quum Iouis minas fugeret,in Caucaſum montem profugit,ibique in Crocodilum ſe transformans ab Ioue comprehenſus, plexaque lana conſtrictus in Tartari carcerem coniectus eſt, vt tradit Plutarchus ex Cleanthe. *aureus, vitiſator.* Ipſe etenim fructuum inuentor,& vitis ſator, atque agricolationis author fuiſſe memoratur,Falx enim id ſignificat. Nec illud quod ſcribit Antimachus Heſiodum ſecutus credendum eſt: Obliqua vero falce Cœli pudenda Saturnus ſecans contra ſteterat, ait Plutarchus, Lactantius vero Firmianus Noe primùm vitẽ plantaſſe

iure

iure contendit. *Vetus, ſenex, curuam ſeruans ſub imagine falcem.* Virgil. *impius.* Horat. vt qui filios ſtatim æditos comederet, cui Rhea vxor pro Ioue lapidem ſuppoſuit, vt tradit Heſiodus, & Ouid. in Faſtis repetit. *Optimus regum*, vt enim antea ex Iuſtino demonſtrauimus. Italiæ cultores primi Aborigines fuere, quorũ rex Saturnus tantæ iuſtitiæ fuiſſe dicitur, vt neque ſeruierit ſub illo quiſquam, neque quicquam priuatæ rei habuerit, ſed omnia communia & indiuiſa omnibus fuerint, veluti vnum cũctis patrimonium eſſet. *ſenex falcifer.* Ouid.

SATVRNI ſidus, Phaethon nomine, quod alij Solis appellant, ſummum locum tenet, ideoque minimum videtur, & maximo ambire circulo, ac trigeſimo anno ad breuiſſima ſedis ſuæ principia regredi certum eſt. Eſt autem ſidus gelidæ ac rigentis naturæ, Color illi cãdidus, ſicut Ioui clarus, Marti igneus, Lucifero candens, Veſpero refulgens, Mercurio radians, Lunæ blandus, Soli quum oritur ardens, poſtea radians, Hyginus, Plin. *Frigidum.* Virg. *Graue in omne caput.* Propertius.

SATYRI è Sanguine Marſyæ nati, ijdem qui & Sileni, Bacchi antiſtites, vt Nicandri & Arati interpretes & Plutarch. tradunt, Strabo diuerſos ſtatuit. Bacchus teſte Diodoro Satyros comas vmbilico tenus habentes ſecũ habebat, itemque ad pſallendum, cantandum, ad animi remiſſionem aptos. Illud ſciendum ex Pauſania Silenos eſſe inter Satyros natu maiores, atque ex Euphemi hiſtoria, extimi maris inſulas incolere. *Capripedes.* Lucretius. *Nyſigenæ.* Catull. *Saltantes.* Virg. *Agreſtes, riſores, dicaces, proterui.* Horat. *Celeres, Saltatibus apta iuuentus, turba proterua, leues, gnaua iuuentus.* Ouidius.

SAXA, *aſpera, miſſilia.* Lucret. *Dura, viua.* Virg. *Frigida.* Propert. *Gelida, ſolida, dumoſa, ſalebroſa, ſurda.* Ouid.

SCABIES, *turpis.* Virgilius.

SCAMNA, *caua.* Ouidius.

SCAPI, *ſonantes.* Lucretius.

SCELVS, *nefandum.* Catull. *Crudele.* Virg.

SCEPTRA, *Superbia.* Lucr. *Gemmantia, eburnea, aurea, regalia.* Ouidius.

SCIPIONES, vt P. Scipio & Cn. fratres, qui in Hiſpania pro Romano imperio occubuerunt, & Cor. Scipio, P. filius qui deuicta Carthagine Africanus dici meruit. Cuius frater L. Scipio ob Aſiam bello domitam Aſiatici cognomen adeptus eſt.

Adde his & Scipionem Aemylianum Carthaginis exitium, Plutarc. Liuius, cæteri. *Scipiadæ, duri bello.* Virg.

SCIPIONES auus & nepos, quorum vnus leges victæ Carthagini dedit, alter eandem diruit. *Duo fulmina belli, Clades Libyæ.* Virgilius.

SCIPIO Aemylianus minor. *Fulmen belli, Carthaginis horror.* Lucretius.

SCOPVLVS, *acutus, ſonans, piſcoſus, altus, ſæuus, minax.* Virg. *immobilis.* Ouid.

SCORPIVS ſidus, qui propter magnitudinem membrorum in duo ſigna diuiditur, quorum vnius effigiem noſtri Librā dixerunt. Sed omnino totum ſignum hac de cauſa ſtatutum aſſignatur, quod Orion quum venaretur, & in eo ſe exercitatiſſimum eſſe confideret, dixiſſe etiam Dianæ & Latonæ ſe omnia quæ ex terra oriuntur interficere valere, quare Terram permotam Scorpionem eduxiſſe qui eum interficere demonſtratur, Iouem autem vtriuſque animum admiratum, Scorpionem inter aſtra collocaſſe, vt ſpecies eius hominibus documento eſſet, ne quis eorum aliqua re ſibi confideret. Dianam autem propter ſtudium Orionis petiiſſe ab Ioue vt idem illi beneficium daret, quod terræ vltro tribuiſſet. Itaque eum conſtitutum vt quum Scorpio oriatur, Orion occidat: Scorpij vero prior pars, quæ Chelæ dicitur, ita premitur ab æquinoctiali circulo vt eum ſuſtinere videatur. Ipſe autem pedibus Opiuchi ſubditus extrema cauda circulum hiemalem contingere videtur. Eſt omnino ſtellarum vndeuiginti. Hygin. *Ardens,* Virg. *formidoloſus.* Hor.

SCORTVM, vide Meretrix.

SCRVTA, res iam vſu attritæ, vnde Scrutarius qui eas vendit, vt ex Lucilio, Sidonio, Apuleio facilè colligi poteſt. *vilia.* Horatius.

SCVTA, *fulgentia,* Virg.

SCYLLA Phorci, ſeu Phorcynis filia ex Hecate, quam Crateæ in Magi vocant, vt legimus apud Euſtath. & Apollon. Rhod. Σκύλλης αὐσονίης ὀλοόφρονος, ἣν τέκε φόρκυι Νυκτιπόλος ἑκάτη τήντε κλείουσι κράταιιν. Itemque Hom. ait. ἀλλὰ μάλα σφοδρῶς ἐλάαν, βωστρεῖν δὲ κράταιιν Μητέρα τῆς σκύλλης. Heſio. Phorbāte & Hecate natā canit, Steſicho. In Scylla Lamiā biformis Scyllæ matrem nominat. Hinc Virgil. in Cyri ait:

Illi

Illiſeu Lamiæ mater ſit,ſiue Cretæis,
Siue illam monſtro genuit Perſæa biformi,
Siue eſt neutra parens.

Crathim Siciliæ fluuium patrem Scyllæ Solinus,Capella,& Pli. attribuunt,alij Tritonem patrem ei aſcribunt, vt ait Euſtathius. Hæc,vt Homerus ſcribit, monſtrum fuit duodecim pedibus, ſex ceruicibus totidemq́ue capitibus. In freto Siculo,ait Plin.eſt ſcopulus Scylla,itemque Charybdis,mare vorticoſum, ambo clara ſæuitia. Hanc Hercules ex Erythea inſula rediens interfecit,Phorcyn pater eam ad vitam reuocauit, vt ſcribit Lycoph. interp. Quidam aiunt Scyllam Niſi Megarenſium regis in monſtrum hoc marinum conuerſam,vt meminit Pauſa. Cui videtur aſſentire Propertius quum ait:

Quid mirum in patrios Scyllam ſæuiſſe capillos,
Candidaque in ſæuos inguina verſa canes?

Itemq́ue Virgilius:

Quid loquar aut Scyllam Niſi quam fama ſecuta eſt,
Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
Ah timidos nautas canibus laceraſſe marinis?

Qui tamen alibi hanc in auem mutatam tradit:

Apparet liquido ſublimis in aere Niſus,
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo,

& quæ ſequuntur. Fabulam Scyllæ quę pubetenus in canes mutata ſit, deinde in ſcopulum, percurrit Ouid. De rei veritate diuerſa eſt ſcriptorum opinio. Salluſtius putat eſſe ſaxum in mari prominens,quod procul viſentibus muliebrem formam imitetur,in quod illiſi fluctus & luporum vlulatum, & canum latratum videntur imitari,idcirco finxerunt illam à pube huiuſmodi feris ſuccinctam eſſe. In commentariis Græcorum legitur Triremem fuiſſe quandam miræ pernicitatis, cui nomen inditum fuerit Scyllæ, παρὰ τὸ σκυλλέυειν, quod hac graſſantes piratæ mare Tyrrhenum ac Siculum infeſtarent, reliquaſq́ue naues quotquot præteriſſent diſpoliarent. *Succincta canibus*, Lucretius. *Latrans.* Catullus. *Informis.* Virgilius. *Rapax, vorax, Niſeis.* Ouidius.

SCYLLA Niſi Megarenſium regis filia, quæ ſucciſo crine fatali parentis Niſæam arcem Minoi prodidit, in Cirim auem mutata, Pauſanias, Virgilius, Ouidius. *Minoa venundata figura. tundens purpurea regna paterna coma.* Propertius. *Impia,*

proles Regia Niſi, virgo Niſeia. Ouidius.

SCYLACEVM in Italiæ fronte, quæ magna Græcia dicitur, poſt Caulonem, ſiue Cauloniam, Athenienſium Colonia, eorum qui Mneſthei comites fuere, Scylecium ab Athenienſibus cum conderent dictum, poſtea Scylacium. Tenentibus autem Crotoniatis, Dionyſ. Locris terminum ſtatuit, ab vrbeque ſinus ipſe Scyleticus, & Scylaceus nomen accepit, qui ad Hipponiatem ſinum Iſthmum efficit. Strabo. Mela, Plinius, *Naufragum.* Virgil.

SCYPHVS Herculis poculum, quemadmodum cantharus Liberi patris, auth. Athenæus, Macrobius, *ſacer.* Virg.

SCYTHIA regio Aſiæ ab extremo Aquilone ad initium Orientis æſtiui, quæ ad Septentrionale mare finitur. Plin. Strab. Herod. *Meotica tellus.* Virg. *niuoſa.* Ouid.

SCYTHAE populi, quos Perſæ Sacas vniuerſos appellauere à proxima gente, antiqui Arameos, Scytha Herculis filius eis nomen dedit, à quo propagati reges. Multa de his habes apud Herodot. Strabon. Iuſtin. Plin. *profugi, campeſtres, gelidi, ſuperbi,* Horat. *glaciales.* Ouid.

SECVRIS, *bipennis, curua, valida, ærata.* Virgil. *Amazonia,* quia eam vt ſupra retulimus Pentheſilea Amazon inuenit. *dura.* Horat. *lata, anceps, Thermodantiaca.* Ouidius. Amazones iuxta Thermodontem Cappadociæ fluuium conſederunt, vt ait Iuſtinus, & Diodorus.

SEDITIO, *turbida,* Ouid.

SEGES, *ferax.* Horat. *Cinyphia.* Ouid. Neque vero mihi videtur, ait Herodo. bonitas Africanæ terræ cum bonitate Aſiæ, aut Europæ comparanda, præter vnam Cinyphen, quæ tellus fluuio cognominis eſt. Hæc optimæ cuique telluri par eſt prouentu fructus Cerealis omnino cæteræ Africæ. Eſt enim pulla & huda fontibus ac ſecura ſiccitatis aeris, ac ne imbre quidem qui ſit vehementior læditur. Nam in eo tractu Africæ pluit. Ex prouentibus fructuum terræ totidem menſuræ illic quot è Babylonica tellure percipiuntur.

SEGNITIES, *fera.* Virg.

SELINVS Siciliæ oppidũ à Megarenſibus indigenis conditum cum eiuſdem nominis fluuio. Strab. Plin. *palmoſa,* Virg. Nam, vt ait Cicer. Nautæ coacti radices palmarum agreſtium, quarum erat in illis locis, ſicut in magna parte Siciliæ, multitudo,

tudo, colligebant,

SELLA Curulis, *eburnea*, à curru quo ſoliti ſunt ſenatores honoris gratia in Curiam vehi qui curulem magiſtratum geſſiſſent, in quo curru ſella eſſet, ſuper quam conſiderent, author Gellius. *Ebur curule.* Horatius. *Ebur conſpicuum, currus eburnus.* Ouidius.

SEMELE Cadmi & Harmoniæ filia. Heſiod. Pindar. Diodoro Siculo, *Thebana.* Horatius. *Cadmeis, ſoror Autonoes, mater Lyæi*, Ouidius.

SEMINA, *genitalia.* Lucr. *fœcunda.* Catul.

SEMIRAMIS Dercetus filia patre Cayſtro Pentheſileæ Amazonis filio, Nini Aſſyriorum regis vxor, Diod. Etymologicon magnum. *formoſa.* Ouid.

SEMITA, *tenuis.* Virg.

SEMPERVIVVM herba, quam Latini etiam Sedũ vocant, Græci Aizoon, quod ſemper vireat. Huius duo genera, maius & minus, maius in fictilibus vaſis ſeritur quod alij Buphthalmon vocant, ali j Hypogeſon, quoniam in ſuggrundiis fere naſcitur. Sunt qui Ambroſiam potius vocent, & qui Amerimnon, Itali Sedum magnum, aut Oculum, aut Digitellum. Alterum minuſculum quod Erithales vocant, alij Trithales, quod ter floreat, alij Chryſothales, alij Iſoetes. In muris parietibuſque naſcitur & tegulis, fruticoſum à radice, & ſurſum vſque ad cacumen, foliis anguſtis mucronatis, ſuccoſis, palmo alto caule, radix inutilis. Hanc herbam fuiſſe putant quæ Glauco immortalitatem dederit marino deo. In inſulis fortunatis naſcitur, à Saturno ſata, qua Solis equi veſcũtur, Plin. Dioſcor. Lycophron. interp. Athenæus. *Viuax gramen.* Ouid.

SENATVS, *ſanctus.* Virg. *grauis, prudens, lectus*, Ouid.

SENECTVS, *ſenecta, tarda.* Lucret. *Anilitas, tremula, cana.* Catul. *triſtis, tardans, turpis, tarda gelu, ſeclis effœta.* Virg. *longa, placida.* Horat. *ætas iners, infirma, ſerior ætas, curua, pigra, rugoſa.* Tibul. *longæua, vita ſeuera, ætas grauis.* Propert. *matura, anni ſeniles, annoſa, ægra, tremula, occidua, carioſa, orba, ætas infirma, forma damnoſa, anni fragiles, inertior ætas, deterior ætas.* Ouid.

SENES, *ſeueri.* Cat. *anheli, æuo obſiti, confecti ætate, longæui, inualidi.* Virg. *parci, deliri, miſeri, maturi.* Hor. *veteres.* Tib. *duri.* Prop. *tardi ætate, annis feſſi, odioſi, antiqui, rigidi, annoſi.* Ouid.

SEN-

SENSVS,*vitalis*. Lucret.

SENTES,*inculti,denſi,aſperi*. Virg. *hamati*. Ouid.

SEPTENTRIO,ſiue axis,aut polus Boreus,cui alter Auſtrinus nomine aduerſus eſt,eiuſdem nominis eſt ventus à Septentrionibus Aparctias græcis dictus,Plinius,Hyginus, Aratus. *Hyperboreus*. Virg. *gelidus*. Ouid.

SEPVLCHRVM,tumulus,*mutum*. Catul. *mæſtum*.Ouid.

SEPVLCHRI honores,*ſupernacui*. Horat.

SERA,*dura*. Tibul.

SERENA,*aperta*, Virg.

SERES Scythiæ populi ad æſtiuum orientem poſiti,Lanicio ſiluarum nobiles,perfuſam aqua depectentes frondium caniciem,vnde geminus fœminis noſtris labor, retordiendi fila, rurſumque texendi,Seres mites quidem, ſed & ipſi feris perſimiles, cœtum reliquorum mortalium fugiunt cum commercia expetant. Ex omnibus generibus palma Serico ferro eſt, Seres hoc cum veſtibus ſuis pellibuſque mittunt. Longitudine vitæ memorabiles ſunt. Pauſan. Plin. Strab. *colorati*. Ouid.

SERIPHOS vna è Cycladibus,adeo lapidoſa, vt id conſpectaGorgone accidiſſe quidam fabulentur.In ea etiã nunc ranæ mutæ ſunt.Vnde natum adag.in homines mutos,& canendi dicẽdiq; prorſus imperitos.Pli.Strab.Diogeniã.*parua,plana*.Oui.

SERPENS,*coluber,ater,improbus,lubricus*.Virg. *aſper*.Hor. *pennatus*. Ouid.

SERPYLLVM herba, à ſerpendo tam græcis quàm Latinis dictum,quod in Silueſtri loco euenit in petris maxime. Satiuum non ſerpit ſed ad palmi altitudinem increſcit, Plin. Dioſcorides. *Late olens*. Virgilius.

SERRA,*ſtridens*. Lucret. *Arguta*. Virgilius.

SERRANVS Attilius Senator à ſerẽdo dictus,qui quum agrum ſuum coleret,euocatus propter virtutem meruit dictaturam,Liuius,Plin. *Sulcoſerens*. Virgilius.

SERTA,quæ & Sertæ Propertio dicuntur,vt ait Chariſius, vide Coronæ.

SERVM,*pingue*,Virgilius.

SERVITIVM, & ſeruitus,*triſte*. Tibul. *Graue*. Propert.

SERVVS,*fallax*. Ouidius.

SETAE,*terribiles*. Virg. *Rigidæ,duræ,hircæ*. Ouid.

SIBYLLA Cumæa,quæ & Theſprotis dicta eſt è decimaſeptima

ſeptima,nomine, Amalthæa, quæ ab aliis Hierophile,vel Demophile,ſiue Demo, à Virgilio Deiphobe Glauci filia dicitur, Apollinis ſoror, alij Beroſo Chaldæo hiſtorico natam ferunt, atque è Babylone Cumas Campaniæ vrbem aduenisse, ibique habitaſſe. Eam nouem Libros attuliſſe ad regem Tarquinium priſcum ferunt,ac pro eis trecentos Philippeos poſtulaſſe, regemque aſpernatum pretij magnitudinem,& mulieris inſaniam deriſiſſe: illam in conſpectu regis tres combuſſiſſe,ac pro reliquis idem pretium poſtulaſſe: Tarquinium multo magis mulierem inſanire putaſſe: quæ denuo tribus aliis exuſtis quum in eodem pretio perſeueraret, motum eſſe regem, ac reſiduos trecentis aureis emiſſe, quorum poſtea numerus ſic auctus Capitolio refecto,quod ex omnibus ciuitatibus & Italicis,& Græcis,& præcipue Erythræis coacti,allatique ſunt Romam,cuiuſcumque Sybillæ nomine fuerunt. Huius Sacellum apud Cumas celebre fuit, eiuſdemque ſepulchrum in Sicilia. Ex authorib. Varr. Solino,Suida,Ariſtophan.& Lycoph.interpretibus,itemque Pauſania,& D. Iuſtino martyre. *Cumæa, vates inſana, Longæua ſacerdos.* Vtriuſque epitheti rationem Ouidius hiſce verſibus luculenter reddidit.

Lux æterna mihi,cariturаque fine dabatur,
Si mea virginitas Phœbo patuiſſet amanti.
Dum tamen hanc ſperat,dum præcorrumpere donis
Me cupit,elige,ait,virgo Cumæa quid optes,
Optatis potiere tuis: ego pulueris hauſti
Oſtendens cumulum,quot haberet corpora puluis,
Tot mihi natales contingere vana rogaui.
Excidit vt peterem iuuenes quoque protinus annos.
Hos tamen ille mihi dabat æternamque iuuentam,
Si Venerem paterer,contempto munere phœbi
Innuba permaneo,ſed iam fœlicior ætas
Terga dedit tremuloque gradu venit ægra ſenectus,
Quæ patienda diu eſt,nam iam mihi ſæcula ſeptem
Acta vides,ſupereſt numeros vt pulueris æquem.
Tercentum meſſes,tercentum muſta videre.

Caſta,horrenda,Phœbi Triuiæque ſacerdos, ſanctiſſima vates, præſcia venturi,alma,docta, magna ſacerdos, Amphryſia vates. Virgilius vt Seruius autumat longe repetitum epitheton, ob Apollinem qui Admeti greges apud Amphryſum flumen pauit. *Vates*

Cumæa,

Cumæa, tremula, auernalis. Proper. *Virgo Cumæa, viuax, diis gratiſſima, innuba.* Ouid.

SIBYLLA Erythræa quinta, nomine Herophile, Delphicam annis aliquot intercedentibus inſecuta Ioue & Lamia Neptuni filia genita: vt alij tradunt Theodori paſtoris & Idææ nymphæ filia fuit, vt alij Apollinis & Lamiæ, vt quidam Ariſtocratis & Hydolæ, vt nonnulli Erinagoræ, Erythræam nuncuparunt, propterea quod Marpeſſo oppido (tametſi Stephano Marmeſſus dicitur) quod in Troiana ſitum eſt Ida nata ſit, cuius tractus ἐρυθρὰς, hoc eſt rubentes glebas habet. Non deſunt qui Erythræam dictam malint ab Erythris loco Phrygiæ, qui antea Batti dicebatur. Hanc Graiis Ilium petentibus vaticinatã fuiſſe perhibent: & perituram eſſe Troiam, & Homerum mendacia ſcripturum, eamque templo Smynthei Apollinis Antiſtitã fuiſſe. Locupletiſſimi authores Varro, Firmianus, Solinus, Pauſanias, Plutar. Suid. *Phœbograta.* Tibul.

SIBYLLA Helleſpontiaca octaua, in agro Troiano nata, vico Marmeſſo circa oppidum Gergithium, Solonis & Cyri temporibus. Teſtimonio ſunt Varro, & Suidas. Illud non prætereundum Solinum, Martianum Capellam, Lycophronis, & Ariſtophan. interpretes, tres tantummodo Sybillas extitiſſe teſtari, Varronem vero, & Suidam decem, quos & ſecuti ſumus. *Marmeſsia.* Tibullus.

SICAMBRI Germaniæ populi iuxta Rhenum, quos Druſus auſpiciis Auguſti domuit. Strabo, Tacitus. *Feroces, cæde gaudentes.* Horat. *Paludoſi.* Prop. *Indomiti.* Ouid.

SICHAEVS Didonis auunculus & coniux, Iuſtinus. *Miſer.* Virgilius.

SICILIA regio, Sicania à Thucydide dicta, Trinacria à pluribus, aut Triquetra à triangula ſpecie quam faciũt tria eius promontoria, Pelorus in Italiam vergens, Pachynum in Græciã, Lilybæum in Africam. Circuitu patens 618. mil. paſſ. quondam Brutio agro cohærens, mox interfuſo mari auulſa. Eam Iupiter Proſerpinæ muneri dedit, authores Plin. Strabo, Mela, Pindarus, Theocritus, vtriuſque interpres. Diodor. Iuſtinus. *Triquetra.* Lucretius. *Sicania*, à Briarei Cyclopis filio Sicano Aetnæ fratre vt ait Dion. Caletianus, Solinus tamen inquit, diu ante Troiana bella Sicanus rex aduectus cum ampliſſima Iberorum manu Sicaniæ nomen dedit. *Trinacria.* Virg. à Trinacro

Neptuni

Digitized by Google

Neptuni filio vt Sibylla canit, aut à tribus angulis, vt ait Strabo. *Vaſta, Trinacris, Zanclæa.* Ouidius.

SICVLI, *Trinacrij.* Catul. *Sicani, veteres.* Virg.

SICYON Argiuorum vrbs, quam Adraſtus tenuit. Hic enim Lyſimaches Polybi Argiuorũ regis & Talai filius Pronacte ab Amphiarao & ſociis interfecto Sicyonia confugit ad Polybum maternum auum, ducta in matrimonium regis filia. Poſt Polybi interitum Adraſtus nulla virili prole relicta regnum occupauit, Strabo, Pindarus, eiuſque interpres. *Oliuifera.* Ouid.

SIDON Phœniciæ vrbs poſt Barutum quadringentis fere ſtadiis ab ea diſtans, quam Phœnices terræ motu vexati relicto patriæ ſolo Aſſyriam ſtagnum primo, mox mari proximum litus quum incoluiſſent condiderunt, atque à piſciũ multitudine Sidona appellauerunt. Nam piſcem Phœnices Sidon vocant. Purpuræ captura eſt nobilis, vitri opifex, Thebarumque Bœotiarum parens, ſitum habet in pulcherrimo continentis portu. Strab. Plin. Stephan. *Syria.* Lucret.

SILENVS Bacchi educator, & Satyrorum pater, vt ipſemet oſtendit apud Euripidem in Bacchis, Diodor. Dicunt inſuper, ait, ſubſidium Baccho tuliſſe Nyſæorum nobiliores quos à primo eorum rege Sileno, (eius autem propter vetuſtatem ignotum eſt genus,) Silenos vocant. Is cum circa lumbos caudam haberet poſteri quoque eius naturæ participes idem ſignum geſtarunt. *Ebrius, leuis, piger.* Ouidius.

SILENTIA, *taciturna.* Lucretius. *Fida.* Virgilius. *Fidelia.* Horatius. *Muta.* Ouidius.

SILER frutex non niſi in aquoſis prouenieus, & nunquam folia dimittens. Plin. *Molle.* Virgilius.

SILEX, *validus.* Lucret. *Acutus.* Catul. *Nudus, durus.* Virg. *Grauis, rigidus.* Ouidius.

SIMOIS fluuius Ilij, qui per Simoiſium campum defertur, Sigæo litori proximus, Strab. Plin. *Phrygius, amnis Hectoreus, rapidus.* Virg. *Lubricus.* Horat. *Idæus, Iouis cunabula parui,* Propert. Non modo enim Cretes, ſed & Arcades, Meſſeniique & Phryges Iouem ciuem ſibi vendicant, vt teſtantur Callimachus, Pauſanias, Apollonij interpres.

SIMONIDES non tam Poetica, quã auaritia inſignis, ex Iulo vrbe in Ceo inſula Aegæi maris, Leoprepis filius, natus paulo poſt Steſichorum mortuum, Olympiade ſexta & quinqua-

gesima

geſima, obiit octaua & octuageſima. Scripſit autem, Doride lingua ſemper vſus, de Dario & Cambyſe, de Xerxis nauali prælio, itemque eo quod geſtum eſt in Artemiſio verſibus Elegis, Pugnam Salaminiam Melicis, Threnos etiam, Encomia, Pæana, Epigrammata, Tragœdias, & Memoriæ laudem, Tzetzes, Suid. Ariſtoteles, Euſebius. *Ceus.* Horatius.

SIMPLICITAS, *nuda, rudis, Herculea*. Ouid.

SIMVLACRVM, *pallens*. Lucret. *volitans*. Virg.

SIMON Aeſimi filius, Autolycus enim ex Amphitea Aeſimum & Anticleam Vlyſſis matrem ſuſcepit. Quintus Calaber, Lycophronis interp. *periurus*. Virg.

SINVESSA oppidum extremum in adiecto Latio, quam quidam dixere Sinopen vocatam. Plinius. *Niueis frequens colubris*. Ouidius.

SINVS, *nitidus*. Catullus. *Tener, mollis*. Tibullus. *Tepidus*. Ouidius.

SIRENES Acheloi fluminis & Steropes, ſiue Terpſichores muſæ filiæ, vt alij malunt, è ſanguine capitis Acheloi quum illi Hercules per luctam cornu fregit. Hæ cum Muſis canendi certamen aliquando inierunt. Et quia virginitatem nuptiis prætulerunt à Venere in aues transformatæ ſunt, atque inde ad Tyrrhenum mare auolarunt, ſeque modo in volucres, modo in virgines transformabant. Earum nomina Parthenope, Leucoſia, Ligea, Thelxiope vel Thelxinoe, Molpe, Aglaophonos ſiue Aglaopheme, Piſinoe, Aglaope. Inſulam Anthemoeſſam, fluuiumque Silarum coluerunt, vnà cum promontorio Mineruæ ad Surrentum, Proſerpinæ comites fuere. Ex author. Heſiod. Euſtathio, Apollonio, Lycophron. eorumque interprete, Strab. Mela, Pli. *Acheloides, doctæ*. Ouid.

SISTRA, *crepitantia*. Proper. *ſonabilia, tinnula*. Ouid.

SISYPHVS Aeoli Hellenis filius, qui cum Aeginam Aſopo ab Ioue raptam eſſe ſignificaſſet, Iupiter eum ſaxum apud inferos ſurſum ac deorſum voluere iuſſit, vel vt ait Pherecydes, quoniam ex inferis à Plutone gratis emiſſus ſtato & præſcripto tempore non reuertit, ſed mortem in vincula coniecit, auth. Homer. & Apollonij interp. Huius labor ac verſutia apud græcos in prouerbium abiit, vt in vafri verſutique conſilij, nec non inanis atque inexhauſti laboris homines dicant, Siſyphi artes, ſaxum voluere, Suid. *Aeolides, damnatus longi laboris*. Horat.

SITIS,

SITIS, *arida, anhela.* Lucretius. *Ignea.* Virgil. *Acris, atens.* Tibullus. *Sicca.* Ouidius.

SITVS, *immundus.* Propert. *Incanus, turpis, piger, rigidus, iners.* Ouidius.

SMARAGDVS gemma cui tertia authoritas attribuitur. Nullius coloris aſpectus iucundior illo eſt. Nam herbas quoque virentes frondeſque auide ſpectamus, Smaragdos vero tãto libentius, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret. Præterea ſoli gemmarum contuitu oculos implent nec ſatiant. Eius genera duodecim, Dioſcorid. Plin. *Viridis.* Lucretius. *Clarus.* Ouidius.

SOCRATES, Sophroniſci Lapicidæ, & Phænaretis obſtetricis filius, Anaxagoræ diſcipulus, Suidas, Laertius. Sed quis eum omni ſeculo omnibus chartis celebratum neſcit? *Anytireus.* Horatius, Socrates enim Anyto, & Lycone, & Melito eum accuſantibus damnatus eſt, locupletiſſimi authores Plato, Diogenes Laertius, Suidas. *Doctiſſimus.* Ouidius.

SOCRVS, *iniqua.* Ouidius.

SODALIS, *vnanimus.* Catul. *Charus*, Horatius.

SOLATIA, *dulcia*, Lucret.

SOLEA, *arguta.* Catullus.

SOLIVM, *altum, aureum*, Virg. *Sublime, regale.* Ouid.

SOLLICITVDO, *dira, mordax.* Horatius.

SOL, qui græcis Apollo, vt ait Cicero & Varro, Hyperionẽ & Thia genitus, vt Pindarus & Heſiodus tradunt, vt Homerus Hyperione & Euryphaeſſa ſorore, Hyperion vero Cœli Terræque filius, quæ & Titea dicta eſt, ſiue vnius Curetum matre Titea, qui Solis ac Lunæ aliorumque aſtrorum curſus ac motus ſumma cura ex ſe percepit, aliiſque noſcendos præbuit, ideoque Solis ac Lunæ parens dicitur veluti ipſorum naturæ contemplator, ex Diodor. At vero Pauſanias tradit Titana Solis fratrem fuiſſe, qui Titanem regionem ad Aſopum flumen tenuerit, ac temporum anni diligentiſſimus obſeruator fuerit. *Splendidus, ethereus, feruidus, dies, præclarus, radiatus, vigil.* Lucret. *Radians, vagus, ardens, flammeus, rapidus.* Catull. Nam quum filium habere optaret, & muliebre genus odio haberet, ſaxum quoddam calore ſuo impleuit, vnde maturo tempore filius editus eſt cui nomen Diorpho fuit, qui quoniam Martem in certamen prouocaſſet in montẽ ſui nominis tranſmutatus eſt in Ar-

menia iuxta Araxem fluuium, ex Plutarch. *Titán*, quemadmodum etiam apud Orpheum & Proclum lycium in hymnis. *Phœbus, Phaethon*, idem epitheton Soli dat Homer. & Sophocles ἥλιος φαέθων, hoc eſt ſplendens, *aureus, coruſcus, tepidus, nitidus, potens, Titanium, aſtrum, igneus*. Virg. *Purus, pulcher, laudandus, almus*. Hora. *Calens*. Tib. *Magnus*. Prop. *Lux publica, tepens, Hyperione ſatus, mundi oculus, nitidiſsimus, Hyperion*, quaſi ſupra nos vadens & aſcendens vt ait Suidas, quo nomine etiam apud Orpheum in hymnis nuncupatur, *Pater Heliadum, iubar radiis inſigne coruſcis*. Ouidius.

SOLIS currus, *nitidus*. Horat. *Ignifer, aureus*. Ouid.

SOLIS equi, *vegeti*. Catul. *Alipedes, animoſi, volucres, flammiferi, ignipedes, radiantes, niuei, alati, purpurei*. Ouid.

SOLIS radij, *Lucida tela*. Lucret. *Coruſci*. Ouid.

SOMNVS & Sopor, *mollis, Suauis*. Lucr. *Dulcis*. Catul. *Salubris, volucer, placidus, Leuis lethi cõſanguineus*. Virg. *Facilis*. Hor. *Tacitus, mendax, ignauus*. Tib. *Lenis, quies rerũ, placidiſsimus deorum, pax animi, pinguis, tener, iners, publica requies curarum*. Ouid.

SOMNIA, *vana*. Tibullus.

SOPOR, *lege* Somnus.

SORBA, *acida*. Virgilius.

SORACTES mons in Faliſcis ſub quo vrbs Feronia. Ad hunc montem ſacrificium annuum fit Apollini, in quo familiæ paucæ quæ vocantur Hirpiæ ſuper ambuſtam ligni ſtruem ambulantes non aduruntur, & ob id perpetuo ſenatus conſulto militiæ omniumque aliorum munerum vacationem habent, author Pli. & nos ſupra ex Strabone nonnihil attigimus. Varro præterea ad Socratem ſcripſit eſſe fontem cuius ſit latitudo quatuor pedum, Sole exoriente eum exundare feruenti ſimilem, aueſque quæ guſtauerint iuxta mortuas iacere. *Sanctus*. Virgilius.

SORS, *ignaua*. Ouidius.

SORTES, *ſacræ, faticinæ*. Ouidius.

SPARTACVS gladiator inſignis è Thracia oriundus, qui cum Chryſo & Oenomao cum 70 aut amplius eiuſdẽ fortunæ viris Capua erupit, Seruis ad auxilium vocatis, Tandem à L. Craſſo ſuperatus, ipſe in primo agmine fortiſsime dimicans quaſi imperator occiſus eſt. L. Florus, author. *Acer*. Horat.

SPARVS paruiſſimi generis iaculum, à ſpargendo dictũ, quod paſſim pugnando ſpargeretur, Feſtus. *Agreſtis*. Virg.

SPECVS

SPECVS, *defoſſi, horrendi.* Virg. *Aſperi,* Ouid.

SPECVLA, *caua, alta.* Virgilius.

SPELVNCAE, *Spelea, altæ.* Lucret. *Atræ, Scrupeæ.* Virgil. *Virides.* Propertius.

SPERCHIVS Theſſaliæ amnis, qui Anticyram vrbem præterfluit è Thymphreſto Dryopico monte ortus, iuxta Thermopylum verò erumpens, Strabo, Plin. *Populifer.* Ouid.

SPES, *credula.* Horatius.

SPICVLA, *Cydonia, Cnoſia, Lucida.* Virgilius.

SPINAE, *acutæ.* Virgilius.

SPVMA, *albens, feruida, tumens, albida.* Ouid.

SQVALOR, *terribilis.* Virgilius.

STABVLA, *pinguia, alta.* Virg. *Auia.* Ouid.

STAGNA, *liquentia.* Catullus. *Alta, humida.* Virgil. *Liquida.* Ouidius.

STAMEN, *gracile, tortum, operoſum.* Ouid.

STELLAE, quæ & ſidera, & Aſtra, poetis dicuntur, quanquam Stellæ à ſideribus differant, vt apud Macr. & Homer. Int. *Palantes, ſigna ſplendida, micantes, candidæ, fulgentes.* Lucret. *Altæ, aureæ, conuexæ, arduæ, igneæ, ardentes, fati conſcia, aeriæ, ætheriæ, aſtra Titania.* Virgil. *Candidæ.* Horat. *Fuluæ.* Tibullus. *Summæ.* Propertius. *Signa cæleſtia, honoratæ, perennes, ignes nitidi, cæleſtes, radiantes, claræ, frigidæ, Lucidæ.* Ouid.

STELLARVM ratio, *Inuenta Phœnicum.* Propert. Thales enim qui de his rebus diligenter exquiſiuit natione fuit Phœnix, vt ait Hyginus, & Plinius, Phœnicum, inquit, gens in gloria magna eſt literarum inuentionis & ſiderum. Et, vt author eſt Strabo, à Phœnicibus Aſtronomia & Arithmetica ad Græcos emanauit.

STERCVS, *tetrum.* Lucretius.

STESICHORVS poeta, qui & Tiſias dictus eſt, Euphorbi, vel vt alij Euphemi, vt alij Euclidæ, vt alij Hyetis, vt quidam Heſiodi filius, vel ex Himera Siculus, vel ex Metaurea Italus, tametſi complures tradiderunt eum ex Pallanteo Arcadiæ Catanam Siciliæ profugiſſe, ibique diem obiſſe, & ante portam, quæ ob id Steſichoria dicta eſt, ſepulturæ mandatum. Natus Olympiade 37. periit 56. floruit iiſdem temporibus quibus & Pythagoras. Scripſit autem Dorica lingua vſus de grauiſſimis rebus Libros ſex & viginti. Ferunt Helenæ vitupe-

differens, nec colore. E potà ſtatim necat, author Plinius. *Atra, pice terrens, palus inamabilis, triſtis*, Dij cuius iurare timent & fallere numen. ex Homero & Heſiod. Virg. *palus nigra*. Tibul. *iners, aqua imperiurata, ima*. Ouid.

SVBER arbor minima, cui glans peſſima, rara, cortex tantum in fructu præcraſſus ac renaſcens, atque etiam in denos pedes vndique explanatus, vſus eius ancoralibus maxime nauium piſcantiumque tragulis, & cadorum obturamentis, præterea in hyberno fœminarum calceatu, quamobrem non infacete Græci Corticis arborem appellant. Sunt qui fœminam Ilicem vocent, atque vbi non naſcitur Ilex pro ea Subere vtuntur, in Carpentariis præcipue fabricis, vt circa Elim & Lacedæmonem. Nec in Italia tota naſcitur, atque in Gallia omnino. Plinius. *ſilueſtre*. Virgil.

SVCCVS, *validus*. Ouid.

SVDOR, *ſalſus*. Lucret. *immundus gelidus*. Virgil. *frigidus, ceruleus*. Ouid.

SVEVI Germaniæ populi iuxta Rhenum, qui potentia & hominum frequentia cæteros antecellunt. Cæſar, Plin. Strabo. *genus acre*. Ouid.

SVLCI, *putres*. Virg.

SVLFVR, *viuum*. Virg. *viuax, liridum*. Ouid.

SVLMO vrbs Marſorum, mari incumbens, P. Ouidio poeta ciue inſignis, 90. millibus ab vrbe diſtans. Plin. Strab. Ouid. *aquoſus, gelidus, gelidis huberrimus vndis*, Ouid.

SVPERBIA, *dura, damnoſa*. Ouid.

SVPERSTITIO, *vana*, Virg.

SVPPLICIA, *dira, triſtia*. Virg.

SVRAE, *teretes*. Ouid.

SVS, *ſetiger*, Lucret, *immundus*. Virg. *ignauus*. Ouid.

SYENE inſula ditionis Aegypti à fine Aethiopiæ, Strabo, Plin. *calida*. Ouid.

SYLVAE, *frondiferæ, profundæ, ingentes, crebræ*. Lucretius. *virentes*. Catullus. *Sacræ, altæ, tecta ferarum, denſæ*, Virgilius. *Formidoloſæ*. Horatius. *Secretæ*. Tibullus. *vmbroſæ*. Propert. *Prærupta, fragoſa, opacæ, nemoroſæ, latæ, iugoſæ, arduæ*. Ouidius.

SYLVANVS Syluarum pecoriſque Deus, ex Crathi paſtore & Capellæ concubitu editus, cuius pars inferior erat capri-

nis accolas, nuſquam maior authorum inconſtantia: *Palæſtini.* Tibullus.

SYRTES in ora Lybiæ, maior & minor, Maior noningentorum & 30. ſtad. ambitum habet, diametrum in receſſum mille & 500. quanta fere eſt oris latitudo. Minoris ambitus eſt mille & ſexcentorum fere ſtadiorum, oris latitudo 600. Maioris ac minoris Syrtis difficultas eſt quod cum multis in locis fundum ſit cœnoſum propter affluxus & refluxus maris contingit vt multi in breuia incidentes inhæreſcant, & rara nauigia euadāt, quapropter eminus nauigant, cauentes ne incautè à ventis deprehenſi in ſinus illidantur. Strabo, Salluſtius, Plinius *Vaſtæ, inhoſpitæ, getulæ*, Virg. *æſtuoſæ, barbaræ.* Horat. *horrendæ.* Tibul.

T

TABVRNVS Apuliæ mons, oleæ fertilis, vt ſcribit Prob. *magnus.* Virgil.

TABERNA, *obſcura.* Horat.

TABES & Tabum, *turpis, atra, crudelis, triſtis.* Virg. *mortifera, funeſta, ſqualida.* Ouid.

TABVLA vota, *votiua.* Horat. *picta.* Tibul.

TAEDIA, *ſollicita* Horat.

TAENARVS Laconiæ promontorium, à Tænaro Euryti Icari & Ermedæ Damaſicli filio, vbi celeberrimum Neptuni templum extat. Huic propinqua ſpelunca eſt, per quam Cerberum ab inferis eductum ab Hercule fabulæ canunt, Strab. Plin. Ariſtophan. interp. *inuiſum, horridum.* Horat.

TAGVS Hiſpaniæ amnis auriferis harenis celebratus, cui Toletani impoſiti ſunt, Plin. Strab. *aurifer.* Catul. *beatus.* Ouid.

TALARIA, *aurea.* Virg.

TALI, *eburni*, Proper.

TALPAE ſubterraneum animal, à quibus ſuffoſſum in Theſſalia oppidum. auth. eſt Varr. Plin. *oculis capti.* Virg.

TANAIS amnis Scythiæ ex Rhiphæis montibus defluēs, quem Scythæ Silyn vocant. Idem & Iaxartes nominatur, antea Amazonius nuncupatus, quod in eo Amazones ſeſe abluant, deinde Tanais à Tanai Beroſi & Lyſippes Amazonis filio. Plutarch. Diodor. Strab. Plin. *niualis.* Virgil. *extremus, diſcolor, Scythicus.* Horat.

TANTALVS Iouis & Plutus filius, alij generis ſeriem ita tradunt, Tmoli & Plutus Tantalus, Tantali & Euryanaſſæ Pe-

lops,Broteas,Niobe,Pelopis & Hippodamiæ Atreus, Thyeſtes, Dias, Cynoſurus, Corinthius, Hippalmus, Hippaſus, Cleon, Argeus, Alcathus, Aelius, Pittheus, Troezen, Nicoppe, Lyſidice, ex Axioche Chryſippus Notus, qui à fratribus occiſus in puteum deiectus eſt, Atreus ex Cleola Dianris filia Pliſthenem genuit, ex quo & Eriphyle Agamemnon & Menelaus, & Anaxibia, Diuitiis & gloria inſignis in ea Aſiæ parte quam Paphlagoniam vocant habitauit, Plurimum diis ob generis claritatē charus. Poſtmodum felicitatem ſuam inſolenter ferens, immortalium deorum ſecreta, quæ menſæ communione atque conſuetudine didicerat, palam protulit hominibus. Qua ex cauſa & viuus pœnam tulit, & poſt obitum veluti fabulis traditum eſt, apud inferos perpetuis tormētis punitur. Ei namque ſaxum impendere, illumque ſiti & eſurie perpetua laborare, cum tamen ad aquam ſtet, pomaque in caput immineant, perhibent, authores Suidas, Athenæus, Tzetzes, Homerus, Euripides eiuſque Int. & Diodorus, Hyginus. *Miſer.* Lucret. *Pelopis genitor, conuiua deorum, Pelopis parens, Superbus.* Horatius. *Infidus.* Propertius. *Taciti vulgator, proditor.* Ouidius.

TAPETVM, & Tapes, *pictum, altum, pulchrum.* Virg.

TARENTVM Calabriæ vrbs, à Tara Neptuni & Nymphæ indigenæ filio, qui & Taræ flumini quo Tarentum perfunditur nomen dedit. Pauſanias, Strabo, Plin. Iuſtinus. *Saturum*, in finibus Tarentinorum eſt locus quem Saturium vocāt. vnde & Satura palus, quidam dicunt tum ob agri bonitatem, tum ab loco quodam Saturo, qui eſt prope Tarentum, Saturum cognominatum, author Probus. Extat & Apollinis reſponſum Phalāto datum. Σατύρεόν τοι δῶκα τάραντά τε πίονα δῆμον Οἰκῆσαι καὶ πῆμα ἰαπυγέεσσι γενέσθαι. Satyrium, ait Steph. regio prope Tarentum. *Herculeum.* Virgil. ſiue à Phalanto qui octauus ab Hercule fuit, vt Seruius autumat, ſiue ab inſigni Herculis imagine ex ære, quod Lyſippi opus à Fabio maximo Ioui Capitolino oblatū eſt vt ſcribit Strabo, ſiue quod Heraclea Tarenti nomen fuit, ab Hercule, qui Tarentinos bello domitos in poteſtatem redegit, author Ariſtoteles. *Sacrum, Lacedæmonium, regnata rura Phalanto,* Horatius.

TARQVINIVS ſuperbus, de quo apud Liuium. *Iniuſtus, dirus.* Ouidius.

T. TATIVS Sabinorum rex, qui Sp. Tarpeij filia auro corrupta,

pta, arcem, quæ poſtmodum Tarpeia dicta eſt, tenuit, Dionyſ. Halicarnaſſ. Liuius. *Ferus*. Proper. *Oebalius*. Ouid. Nam Sabini Lacedæmoniorum Coloniam ſe fuiſſe volunt, eiſque multa fuere iura Laconica, Plutarch. Dionyſ. Halicarnaſſ.

TARRACINA vrbs ſupra Vfentem fluuium, Circæis proxima, antea Trachina hoc eſt aſpera vocitata, & Volſcorum lingua Anxur dicta, Cui obiecta eſt Palus ingens quam duo amnes efficiunt, Pontina dicta, olim 23 vrbium locus, Steph. Strab. Plin. *Thrachas, obſeſſa palude*. Ouidius.

TAVRI, *fortes*. Virg. *Validi*, Tibull. *Graues*. Propert. *Truces, cornigeri, aratores*. Ouidius.

TAVRVS, ſignum cæleſte, qui dicitur inter aſtra eſſe conſtitutus quod Europam incolumem tranſuexit in Cretam, vt Euripides dicit. Nonnulli aiunt cum Io in bouem ſit conuerſa vt Iupiter ei ſatisfacere videretur, inter ſidera conſtituiſſe, quod eius prior pars appareat vt Tauri, ſed reliquum corpus obſcurius videatur. Exſpectat autem exortum ſolem, cuius oris effigiem quæ continent ſtellæ Hyades appellantur, author Hyginus. *Candidus* Virg. *Bos Agenoreus*. Ouid.

TAVRVS cognomento Marathonius, quem quum Hercules Cretenſem agrum vbique vſque ad Tethrinem fluuium, deuaſtantem Euryſtheo detuliſſet, in Campos Argiuos dimiſſus eſt. Ille fugiens per Iſthmum Corinthium in Atticā peruenit ad populum Marathonium, & alios & Androgeona Minois filium necauit, Theſeus Taurū in arcem egit, deæque immolauit, Pauſanias, Plutarchus, Diodorus. *Cretæus*. Ouid.

TAVRVS mons Ciliciæ, qui ab Eois veniens litoribus, Chelidonio promontorio diſterminatur. Immenſus ipſe & innumerabilium gentium arbiter, dextero latere Septentrionalis, vbi primum ab Indico mari exurgit, læuo meridianus, & ad occaſum tendens, mediamque diſtrahens Aſiam, niſi opprimenti terras occurrerent maria. Euadit vſque ad cognata Rhiphæorū montium iuga, nouis nominibus quocunque incedit inſignis, Imaus prima parte dictus, mox Edigis, Paropamiſſus, Circius, Chambades, Pharphariades, Choatras, Oreges, Oroandes, Niphates, Taurus. Atque vbi ſe quoque exuperat, Caucaſus, vbi brachia emittit, ſubinde tentanti maria ſimilis, Sarpedon, Coraceſius, Cragus, iterumque Taurus, Plin. Strab. *Frigidus*, Tibul. *Cilix*. Ouid.

TAXVS arbor gracilisque, & triſtis, ac dira, nullo ſucco, baccifera, Mas noxio fructu, Lethale quippe baccis in Hiſpania præcipue venenum ineſt, vaſa etiam vietoria ex ea vinis in Gallia facta mortifera fuiſſe compertum eſt. Hanc Seſtius Smilacem à Græcis vocari dixit, & eſſe in Arcadia tam præſentis veneni, vt ſi qui dormiant ſub ea, cibumue capiant, moriantur. Sunt qui & Taxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc Toxica dicimus, quibus ſagittæ tinguntur. Repertum innoxiam fieri, ſi in ipſam arborem clauus æreus adigatur. Dioſcor. Plin. *Cyrnas*, Corſica inſula, quæ à græcis Cyrnos à Cyrno Herculis filio dicitur, Corſica vero à Corſi puella boum cuſtode, in Liguſtico mari Thuſco propior ad meridiem vergens, Taxo abundat, in qua arbore mel quod fit amarum admodum exiſtit, authores Diodorus, Stephan. Plinius. *Nocens*, Virgilius. *Funeſta*. Ouidius.

TAYGETA numero multitudinis, & Taygetus numero ſingulari, mons Spartæ imminens, nobilis cotibus ferro acuendo, & Smaragdis Medicis ſimilibus. Magna montis pars ad formam puppis eminens terræ motu abrupta eſt. prius Amyclæus mons dicebatur, deinde Taygetus à Taygete nympha quam Iupiter compreſſit. In eo Apollinis & Bacchi delubrum erat, itemque flos Chariſium nomine, quo mulieres vt viris ſuis gratioſiores eſſent coronabantur. ex Plin. Strab. Plutarc. *Virginibus bacchata Lacenis*. Virg.

TECMESSA Teuthrantis, vt alij Teleutantis filia, ex qua Aiax Telamonis Euryſacem genuit, author Tzetzes in varia hiſtoria. *captiua*. Horat. Nam illam in bello Troiano captiuam duxit, Teuthrante rege interfecto. author Dictys Cretenſis.

TECTVM, *ſummum*. Virg. *ſublime*. Ouid.

TEDAE faces ex teda arbore quæ reſinam fundit cognata pino, pinaſtro, piceæ, piceaſtro, abieti, larici, abundans ſucco, parcior, liquidiorque quàm picea, flammis ac lumini ſacrorum etiam grata, Plin. Theophraſt. *pingues*, Lucret. *iugales*, Nouam nuptam quinque pueri faces accenſas manibus geſtãtes præire ſolebant, Plutarcho, Feſto. *ſpineæ*. Catul. In eoſdem ſitus comitatur & ſpina, ait Plinius, nuptiarum facibus auſpicatiſſima, quoniam inde fecerint paſtores qui rapuerunt Sabinas, vt auth. eſt Maſſurius. Nunc facibus Carpinus & Corylus familiariſſimæ. *caſtæ*. Virg. *pineæ*, Ouid.

TELA, *tenuis* Virg. *pendula*. Ouid.

TELAMON Aeaci & Endeidis filius, qui ex Aegina inſula abiit Salamina, vbi ſumpta vxore Salaminiorum regis filia imperauit inſulæ, qua defuncta Eriboeam Alcathi Athenienſis vxorem duxit, poſtmodum Troiano interfuit bello vnà cum Hercule, qui Telamoni Heſionem Laomedontis filiam tradidit ob eius egregia merita, primus enim per vim vrbem intrauerat. authores Pindarus, Diodor. *Aeacides*. Ouid.

TELCHINES Maris filij, qui primi Rhodum è Creta profecti inhabitarunt. Fertur ſanè eos vna cum Caphyrna Oceani filia nutriſſe Neptunum ab Rhea illis datum Fuiſſe quoque eos aiunt quarundam artium inuentores, aliaque ab ipſis vtilia permulta in vſum hominum deducta. Statuas inſuper deorum fabricaſſe primo, quædamque antiqua eorum nomine fuiſſe appellata. Nam apud Lydios Apollo Telchineus, Iuno ac Nymphæ apud Ialyſios Telchiniæ, apud Camireos Iuno Telchinia dicuntur. Incantatores etiam volunt eos fuiſſe, & tanquam magos nubes, himbres, grandinem, niuem inducere, ac mutare proprias formas quum vellent, ſolitos. Inuidi quoque in doctrina artium extitere, primique ferrum & æs fabricati ſunt, nam & falcem Saturno fecerunt. Eorum nomina referuntur, Actæus, Megaleſius, Ormenus, Lycus, Mimon, & Nicon. Hos quidam & Curetas eſſe autumant. Tzetzes, Strab. Diodor. *Ialyſij*. Ouid. Ialyſus, Lyndus, Camirus, Solis ex Rhodo filij Rhodum inſulã tenuerunt, vrbibuſque ſinguli nomen dederunt, Strabo, Diodorus, Pindari interpres.

TELEGONVS Vlyſſis & Circes filius, qui patrem roſtro piſcis qui Trygon dicitur à matre accepto interemit, vt tradit Oppianus, & Euſtathius. *Parricida* Horat. *Aeæus*. Propert.

TELEMACHVS Vlyſſis & Penelopes filius, à Caſſiphone ſorore interfectus, ob occiſam à ſe Circen matrẽ, Lycophronis interpres, Homer. *Penelopæus*. Ouid.

TELEMVS qui prædixit Polyphemo aliquando futurum, vt ei oculus effoderetur ab Vlyſſe, Vaticinio inſignis. Eurymi filius, authores Home. & Theocritus, *Eurymides*. Ouid. ex Hom. Τήλεμος Εὐρυμίδης ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο.

TELVM, *volatile ferrum. Lucidum.* Lucret. *Martium, acutum, ſæuum.* Virg. *Aeratum.* Tibull. *Vulnificum, penetrabile, iaculabile, exitiabile, violentum, bellicum, forte, miſſile.* Ouid.

TEMO

TEMO. *ereus*. Virgilius.

TEMPE Theſſaliæ loca amœnitate præcipua, de quibus ita Plinius & Strabo. In eo curſu Tempe vocantur, quinque mill. paſſ. longitudine, & ferme ſeſqui iugeri latitudine, vltra viſum hominis attollentibus ſe dextra læuaque leniter conuexis iugis. Intus ſua luce viridante allabitur Peneus, Viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, Canorus auium concentu, accipit amnem Titareſium è Titaro monte fluentem, nec recipit, ſed olei modo ſupernatantem, (vt dictum eſt ab Homero) breuique ſpatio portatum abdicat, pœnales aquas, diriſque genitas argenteis ſuis miſceri recuſans. Ab his locis (vt ſcribit Diodorus) vbi lata ſtagnabat in campis aqua, Hercules ducta foſſa, aquam deduxit, Theſſaliæ circa Peneum fluuium campos fertiles præbens. Strabo vero ait; Antiquis autem ſæculis, vt fama eſt, totus campus ſtagnabat, quem aliis ex partibus montes coercebant, cum etiam Litus altiora campis haberet loca. Terræ autem motibus factis abrupta ſunt quæ nunc vocãtur Tempe, & ab Olympo abſciſſa, Oſſa, & hac Peneus effluxit in mare, & oram illam ſiccatam reddidit. *Viridantia*. Catullus. *Frigida, Peneia*. Virgilius. *Theſſala, ventis agitata*. Horatius.

TEMPESTAS, *ſana, opaca, volans*. Lucret. *Fœda, miſeranda, ſonora*. Virg. *Horrida*. Horatius.

TEMPLA, *delubra, fama, decora, ſancta*. Lucret. *Alta, ſacrata*. Virg. *Sacra*. Tibull. *Sublimia, venerabilia*, Ouid.

TEMPORA, *cana*. Virgilius.

TEMPVS, *immenſum*. Lucretius. *Irreparabile*. Virg. *Edax rerum*. Ouidius.

TENEBRAE, *cæca*. Lucr. *Immundæ*. Prop. *Pruinoſæ*. Ouid.

TENEDOS Inſula è regione Ilij, habens in circuitu ſtad. 1200. antea Leucophrys dicta, poſtea Tenedos à Tene filio Cycni Neptuni filij, extra Helleſpontum poſita Sigæis aduerſa litoribus, Strab. Interpres Homer. Plin. Mela, Hyginus, Cicero. *Inſula notiſſima fama*. Virgilius.

TENTORIA, *candida*. Ouidius.

TEREBINTHVS arbor in Syria. Eſt autem & Maſcula ſine fructu, fœminæ duo genera, alteri fructus rubet lentis magnitudine, alteri pallidus. Cum vite matureſcit, non grandior faba, odore iucundior, tactu reſinoſus circa Idam Troadis. Sed in

Macedonia

Macedonia breuis arbor hæc atque fruticoſa. In Damaſco Syriæ magna, Materies ei admodum lenta ac fidelis ad vetuſtatem, eximij ac nigri ſplendoris. Dioſcor. Pli. *Oricia*. Virg. ab Orico Macedoniæ oppido à Colchis condito. author Plin. Stepha.

TEREVS, Daulidis rex, quæ & Drymæa dicitur iuxta Delphos paulisper ad orientem, vbi quæ de Tereo Thrace in vpupam mutato, & Philomela fabulis vulgata ſunt patrata perhibentur. Verum Thucydides ad Megaram ſcribit. Loco autem nomen à denſitate arbuſtorum inditum eſt, δάυλϐς enim denſos appellant. Homer. quidem Daulida dixit, poſteri vero Dauliam. Strab. Plin. Pauſa. *Threicius, Odryſius, ſæuus, barbarus, crudelis, ferus, Sithonius, Thracius, Iſmarius*. Ouid.

TERGA, *dura*. Ouid.

TERRA, tellus, *frugiferens, Dædala, viuida, magna, omniparens, alma, ferax, rerum commune ſepulchrum, alta*. Lucretius. *dura*. Catull. *Maxima, iuſtiſſima, iacens, vaſta, optima*. Virg. *bruta, buda, iners*. Horat. *benigna*. Tibullus. *iuſta*. Propert. ex Menandro, quia tantundem reddit quantum accepit, & eo amplius. *Magna parens, viuax, opaca, omnifera, lata, prodiga, fœcunda, optima matrum*. Ouidius.

TERROR, *trepidus, teter*. Lucret. *Gelidus*. Ouid.

TETHYS Cœli & Terræ filia, Oceani coniux, Heſiodo. *Longæua, cana, Titanis*. Ouidius.

TEVCRVS Scamãdro & Idęa nympha genitus, qui Troadi primum imperauit, & ſubiectos populos à ſe Teucros nominauit, Diod. Dionyſ. Halicarnaſſ. *Maximus*. Virg.

TEVCER Telamonis ex Heſione Laomedontis filius, qui Troia euerſa quum ſine Aiace fratre in patriã Salamina reuerſus eſſet, à patre expulſus, Cyprum tenuit, auth. Euripides, Pindari interpres. *Salaminius, Impauidus*. Horat.

THAIS meretrix famoſiſſima Attica, quam Alexander magnus ſecum habuit, poſt cuius obitum Ptolemæo primo Aegypti regi vxor fuit, ex qua Leontiſcum & Lagum filios ſuſtulit, & filiam Irenen, quam Solon vxorem duxit, auth. Athenæus. *Menandrea*. Propertius.

THAMYRIS, & Thamyras, Philammonis & Argiopæ, ſiue Arſinoæ Parnaſſiæ nymphæ filius, cuius mater ex Bœotia in Thraciam ad Odryſas populos tranſmigrauit. Fuit Lini diſcipulus, Vates octauus, ſiue vt alij, quintus ante

Homer.

Homer. Hic cum plurimum in muſicis excelleret ex Oechalia proficiſcens, cum apud Dorion Achaiæ vrbem Muſas in certamen prouocaſſet, ab eis ſuperatus cithara atque oculis priuatus eſt. Citharam in Baluram fluuium proiecit. In primis canorum concinnumque carmen eius fuiſſe tradunt, bellumque Titanum aduerſus deos dimicatum carmine condidiſſe. Hunc primum pueri amore captum fuiſſe proditum eſt, Hymenæum ſcilicet Calliopes & Magnetis filium in deliciis habuiſſe. Nonnulli vero Cretenſem Talonem, ſiue Thalum Rhadamanthi pueri amore captum dicunt. Sunt qui Laium aſſeuerent Chryſippum Pelopis filium hunc ad vſum rapuiſſe. alij Italos primos in diutinis bellorum expeditionibus neceſſitate coactos maribus fuiſſe abuſos autumant. Cæterum omnes fere in hoc conſentire videntur, Iouem Cretenſem Ganymedis pueri forma pellectum maſculæ Veneris primum apud omnes fuiſſe authorem. author. Homer Diodo. Pauſan. Plutarch. Athenæus, Suid. Hom. interp. *Cantor.* Proper.

THAPSVS inſula iuxta Syracuſas pene fluctibus par. Seru. Eſt & altera in Africa Straboni Plinioque. *iacens.* Virg.

THEATRVM, *magnum.* Lucr. *altum.* Virg. *cauum.* Propert. *marmoreum.* Ouid.

THEBAE Aegypti vrbs Heliopolis nuncupata, quam Buſiris condidit. Cuius mœnia 140. ſint ſtad. ambitu complexa. Eā magnis ædificiis ac ſpecioſis deorum templis aliiſque ornamentis honeſtauit. Simili modo & priuatorū domos vſque ad quartam vel quintam contignationem cōſtruxit. Ciuitatem inſuper omnem omnium nō. Aegypti ſolum, ſed etiā totius orbis reddidit feliciſſimam. Huius vrbis propter eius potentiam excellentiamque vbique diffuſam & poeta meminit, inquiens, Aegypti Thebas ornatas ædificiis, in qua vrbe centum ſunt portæ inque earum qualibet cuſtodes ducentos excellere equis & curribus aiunt. quidam aſſerunt non centum portas fuiſſe ciuitatis, ſed plures, egregiaſque templorum portas, a quibus centum ſit tanquam plurimarum portarum dicta. Ex ea viginti millia curruum ad bellum prodire, receptacula quoque equorum cētum, quorum ſingula ſupra ducentos equos caperent iuxta flumen inter Memphim ac Thebas Libyam verſus fuiſſe dicunt. Plura apud Diodorum, Strabonem, Solin. Plinium *palmiferæ.* Prop. Palmæ Thebaicæ, ſiue Thebaides, quæ & in totā Aegypto co-

poſe

pioſe proueniunt à Dioſcoride & Plin. commemorantur.

THEBAE Bœotiæ vrbs, Heptapyli à ſeptem portis dictæ, quarum vna ab Electra Cadmi ſorore nomen accepit; altera à Proeto viro indigena, Tertia à Nete, quam chordam Amphion in ea dicitur excogitaſſe. Quarta Cranea. Quinta Hypſiſta, ſuper quam Hypſiſti Iouis templum erat. Sexta Ogygia. Septima Homolois. Cadmus ex Bœotia profectus bouem ducem quam ex armento Pelagontis filij Amphidamantis emerat ſecutus cōdidit, vnde & nomen. Socios habuit ad conſtruēdam vrbē Hyperenora, Vdæum, Echionem, Cthonium, Creontem, Pelora, ex Draconis dentibus editos. Ex Ouidio, & Euripidis, & Apollonij & Lycophron. interprete, & Pauſania. Strabo tradit Cadmum arcem Cadmeam muro vallaſſe, & regnum ſuis poſteris reliquiſſe, qui deinceps arci Thebas addiderunt. *Echioniæ*, ab Echione. Horat. *Cadmeæ, Dirceæ, veteres.* Propert. *Aoniæ, Oedipodioniæ*, ab Oedipo Laij Thebanorum regis ex Iocaſta Creontis filio, qui per ignorantiam occiſo patre (quemadmodum illi oraculum dixerat, vt refert Chalcidius. *Caue vetitos liberum ſulcos feras, Generatus ille te mactabit impie, Et omnis aula reſpergetur ſanguine*) Thebanum regnum tenuit, ignotam matrem vxorem duxit, quatuorque ex ea genuit liberos, Eteoclem, Polynicem, Iocaſtam, Iſmenen. Alij tradunt Oedipum ex Iocaſta genuiſſe Phraſtorem & Laonytum, ex Eurygania vero Periphantis filia Iocaſtam, Antigonem, Iſmenen, à qua Iſmene Bœotiæ fons, Eteoclem, & Polynicem, qua mortua Aſtymeduſam Stheneli filiam duxit. Hi itaque quum ad ætatem perueniſſent paterna impietate cognita Oedipum coegerunt ob dedecus non egredi domum. Ipſi ſumpto regno fœdere ſanxerunt, vt ſinguli alternis annis regnarent, primuſque imperij annus Eteocli maiori natu cederet. Is acto anno, petenti ex fœdere renuit tradere regnum fratri. Inde bellum maximum exortum, quo vrbs capta eſt. Sophocles, Euripid. Diodor. *Vrbs Draconigena.* Ouid.

THEBANI, *Sidonij, anguigenæ, proles Mauortiæ*, Ouid.

THEBAE, ſiue Theba, Cilicum ciuitas in Troade, quam Achilles populatus eſt. Eam Eetion Andromaches pater tenuit, prius Atramytion appellata eſt. Atramus enim genere Pelaſgus aliquando in Idam quæ Lyciæ ſubiacet profectus, vrbem ex ſuo nomine Atramytion condidit. Cumque Theben filiam locare in matrimonium vellet, eaque propter formæ raritatē à multis

petceretur

peteretur, hāc procis conditionem propoſuit, vt Gymnico certamine inito premium illa victori cederet. Itaque pluribus ſuperatis Hercules ſuperuenit, qui victor vxórem aſſumpſit, & vrbem ſub Placio Ciliciæ monte conſtruxit, atque ab vxoris ac montis nomine Hypoplacias Thebas appellauit. Strab. Plin. Homeri in ep. *Eetionea*. Ouid.

THELEPHVS, vt alij Telephus, Herculis ex Auge Alei Arcadiæ regis filius, Hercules namque in Arcadiam profectus ad Aleum regem diuertit, ibi cum filiam Augen ab ſe cognitam grauidam reliquiſſet ad Stymphalō tranſiit, Aleus tumore ventris filiæ cognito, quæſiuit quis eam corrupiſſet, at illa Hercule reſpondēte, fidem dictis abnuens pater, eam nauiculario in mari mergendam dedit. Illa in nauim deducta, iuxta Parthenium montem in ſylua quadam filium peperit, eoque inter virgulta abſcondito ad nauim rediit. Nauiculator deinde eam dono dedit quibuſdam ex Caria in Aſiam profecturis, qui Augen Myſiæ regi Teuthranti tradidere, infantem in Parthenio relictum paſtores Coryti regis quum reperiſſent à cerua exhibito hubere nutriri, ad regem detulerunt. Quem Corytus vt filium educans, Thelephi, eo quod fuerit à cerua nutritus: θηλὴ namque mamma, ἔλαφος cerua dicitur, nomen dedit. Hic vir factus matrem quærens venit in Delphos, reſponſoque accepto vt in Myſiam nauigaret ad Teuthrantem regem, inuenta matre, cognitoque cuius eſſet filius, magno in honore habitus eſt, Teuthras liberis maribus orbatus Argiopen filiā Thelepho deſpondit, regnique ſucceſſorem inſtituit. Ad hunc ferme modū Diod. rem narrat, & ex parte tangit Pauſanias. Euripides vero prodit Augen ab Aleo patre, cum ab Hercule compreſſa deprehenderetur, in vrna quadam cum Telepho filio impoſitam, & in mari demerſam eſſe, ſed Palladis prouidentia vrnam ad Caici hoſtia transmiſſam euaſiſſe. Teuthrantem quum eos excepiſſet, Augen in vxorem, Telephum etiam pro filio habuiſſe, quæ fabuloſa Strabo exiſtimat. Verum Teuthrantem & Thelephum regioni imperaſſe quæ Teuthraniæ & Caico proxima eſt. Thelephi vulnus à ſe inflictum Achilles herba, quæ ob id Achilleos vocatur, ſanauit. Alij primum æruginem inueniſſe vtiliſſimam emplaſtris, atque ex cuſpide gladio in vulnus decuſſiſſe ferunt, auth. Plin. *Myſus iuuenis*. Proper. à Myſia maiori, quæ per Phrygiam & ſupra Troadem in Galatiam vergens late patuit, nam & Teuthraniam

thraniam, quæ ſupra Aeoliam eſt, Myſi habitarunt ex Europa profecti. Sunt autem quatuor Myſiæ, in Europæ ſuperior & inferior, in Aſia maior & minor. Maior poſtmodum Aeolis dicta eſt, ex Plinio, Mela, Strabone, Ptolemæo. *Lyrneſius heros, hoſtis Achilleus, dux Myſus*. Ouidius.

THEMIS, Cœli Terræque filia, quam diuinandi artem, ſacra cultusque deorum introduxiſſe dicunt, eaque quæ ad bene viuendum & pacem pertinent oſtendiſſe. Hanc eius nuptias fugientem Iuppiter in Macedonia compreſſit, hinc & Ichnis oppido datum nomen à puellæ veſtigiis quæ ſecutus eſt & legit Iupiter, quum eam perquireret, in eo Themis Ichnea colebatur. Præterea hanc deam putabant quæ præciperet hominibus id petere quod fas eſt, eandemque id eſſe quod & fas eſt. Et ante Apollinem Oraculum in Parnaſſo tenuiſſe, atque Deucalioni ſortem dediſſe, Antho. Homer. Orpheus, Heſiodus, Lycophron, Philetas, Diodor. Strab. Suid. Feſtus, Ouid. *Venturi præſcia, fatidica, ſacra, alma, Parnaſſia*. Ouidius.

THEMISTOCLES Neoclis filius Athenienſium dux, cuius geſta memoriæ commendarunt, Thucydides, Plutarch, Iuſtinus, Aemylius Probus. *Neoclides*, Ouid.

THEOCRITVS Praxagoræ & Philinnes filius, vt alij, Simmichi, Syracuſanus, quanquam alij Coum fuiſſe malint, verum Syracuſas transmigraſſe. Magno Doridis linguæ ſucceſſu Bucolica conſcripſit. Bucolicorum vero poetæ tres enumerantur. Hic, & Moſchus Siculus, & Bion Smyrnæus, ex quodam loco quem Phloſſam appellant, author Suidas. *Paſtor Siculus, Syracuſius*. Virgilius.

THEOPHANE Biſaltidis filia formoſiſſima, quam Neptunus in Arietem verſus compreſſit, vnde natus eſt Aries aurato vellere inſignis, author Hyginus. *Biſaltis*. Ouid.

THERMODON amnis Scythiæ primum Cryſtallus appellatus, qui hoſtiis nonaginta ſex in mare prorumpit, ortus ad Caſtellum quod vocant Phanaræam, præterque radices Amazoni montis lapſus. Fuit & oppidum eodem nomine, Strabo, Plutarch. Plin. Apollonius Rhodius. *Celer*. Propertius. *Citus, fœmineæ cognitus turbæ*, Ouidius.

THERMOPYLAE paruuſque & anguſtus viatoribus à litore Locros petentibus, & ex Theſſalia tranſitus. Nam Oeta mons Theſſaliæ in cacumen attollitur, & in rupes acutas præcipiteſ-

quę finitur, paruumque tranſitum relinquit, quem Pylas, id eſt portas & anguſtias vocitant. Sunt enim Portæ ipſius Græciæ inter Parnaſſum & mare viginti quinque pedum latitudine, atque Thermopylas, quia ibi ſunt prope θέρμαι, id eſt, calidæ aquæ magno in honore vti Herculi à Pallade conſtructæ. Strabo, Liuius, Plinius, interp. Demoſth. Vlpianus, & Harpocration. *Oetaea*. Catul.

THESEVS Aegei, vt alij Pandionis Athenarum regis, vt alij Neptuni ex Aethra Pitthei filius. Cæterum Aegeus poſt Meliten Opletis filiam, itemque Chalciopen Chalcodontis filiam, Aethram duxit, poſt quam Medeam ſibi matrimonio copulauit, ex Athenæo & Euripidis interp. de Theſeo quicquid à nobis deſiderari poterat, accuratiſſimè ſimul & copioſiſſime proſecuti ſunt Diodorus, Pauſan. Plutarch. Illud tantummodo hoc loco referre libet propter Virgilij carmen:

Sedet æternumque ſedebit
Infelix Theſeus.

quod ex Apollonij interpret. & in Phocicis Pauſania didicimus, Panyaſim poetam cecinisse Theſeo & Pirithoo ſaxum ingens corpori innatum quod eis loco ſedis, ac vinculorum ſit. Addit Apollonij & Homeri interp. Herculem quum iam portis Orci appropinquaſſet Theſeum immobili ſede ſedentem ab inferis eduxiſſe, Pirithoum vero nulla ratione, nullis viribus ab immobili ſaxo diuellere potuiſſe; id quod Horatius tetigiſſe videtur quum ait:

Nec lethæa valet Theſeus abrumpere charo
Vincula Pirithoo.

Itemque Theſeum vxores plures habuiſſe, Helenam, Ariadnam, Hippolyten Cercyonis, itemque Sinidis filias, Melibœam Aiacis matrem, Hippen, Aeglen, Phædram, Phereboeam. Athenæus, *ingratus vir*. Tibul. *maximus, fortiſsimus, Aegides, Cecropides, inclytus, Troezonius*, apud Troezenem namque vrbem nutritus eſt. Diodorus. *Neptunius heros, magnanimus, generoſus, periurus*. Ouidius, vt qui fidem Ariadnæ promiſſam fregerit ac violarit, qua de re longum Ouidij & Catulli carmen.

THESSALIA regio hinc Atticam, illinc Macedoniam habens, multis antea nominibus dicta, à Pyrrha Deucalionis vxore Pyrrhæa, ab Aemone rege Pelaſgi filio Aemonia, demum ab eiuſdem, ſiue vt alij volunt, Philippi filio, Theſſalia, vniuerſa regio

regio ab Alcuato Pyrrhæ filio quatuor in partes diuiſa eſt, Theſſalioten, Pelaſgioten, Phthioten, Iolcioten, authores Stephan. Strab, Plin. *Aemonia, niualis.* Horat.

THESPIADES, ſiue vt in nonnullis codicibus, Theſtiades, quinquaginta Theſpij filiæ: ipſe vero Theſpius Teuthrante Pandionis Athenarum regis filio natus eſt, vt ſcribunt Stephanus & Euſtathius, vt Diod. fuit nobilis Athenienſis Erechthei filius qui imperans ei, quæ ab illo denominata eſt regioni, ex pluribus vxoribus filias genuit quinquaginta, Hercules puer adhuc, ſed robore præſtans, cupiens ex eis prolem ſuſcipere, vocato ad ſacrificium patre, cum opipare illi epulas paraſſet, accerſitis filiabus ſingulatim cognouit omnes, ex quibus geniti quinquaginta & duo mares, maior etenim natu cum minori ſorore geminos edidit, omnes eiuſdem ferme ætatis, communi nomine Theſpiadæ dicti ſunt, author. Herodot. Athenæus, Diodor. Suidas, Pauſa. Euſtath. Arnob. *Teuthrantia turba.* Ouid.

THETIS Nerei ex Doride, vt Heſiod. ſiue vt Dares Phrygius, Chironis filia, qui Nereus in Pelei ac Thetidis nuptiis dictus ſit. Hanc Iupiter pulchritudine corporis inductus, quum in connubium peteret à Prometheo admonitus Parcas ceciniſſe, quicunque Thetidis fuiſſet maritus eius filium patria fore laude clariorem, ne id quod ipſe Saturno patri feciſſet pati cogeretur, deſtitit Thetim velle ducere vxorem, & Prometheum pro beneficio à vinculis liberauit, Peleus vero Thetim in Sepiam piſcem mutatam rapuit apud promontorium Magneſiæ, quod eam ob cauſam Sepias dictum eſt. Euripidis interp. Plinius, Hyginus. *pulcherrima, cana, Neptunine.* Catul. *filia Nerei.* Virgil. *marina, cærula.* Horat. *Nereis.* Tib. *æquorea, pulchra, aquoſa, numen aquarum.* Ouidius.

THIENE vna ex Hyadibus, quæ Bacchi nutrices fuerunt, & Dodonides nymphæ appellatæ ſunt. Hygin. interpres Hom. Sunt qui, vt ait Athenæus, Muſas Bacchi nutrices fuiſſe velint, Theophraſtus vero Nymphas reuera Bacchum enutriſſe aſſerit. *Dodonis*, Ouid.

THIODAMAS Dryopum in Epiro rex, per quos Hercules cũ Deianira vxore, & Hyllo filio iter faciens, incidit in Thiodamantem arantem, à quo cibum quum petiiſſet, ille negauit, Hercules iratus Thiodamãtis boues mactauit, Thiodamas Dryopum exercitu contracto in Herculem impetum fecit, Hercules

exercitu profligato Thiodamantem interfecit, filiumque eius Hylam abduxit, author Apollonij interp. *Inhumanus*. Ouid.

THISBE Pyrami amor, Hygino, & Naſonis carmine memorata. *Babylonia*, Ouidius.

THOAS Andræmonis filius Aetolorum dux, apud Homerum. *Clarus, Andræmone natus*, Ouid.

THOAS Bacchi ex Ariadna Minois filius, ex qua etiam Oenopionem qui Chium tenuit, Staphylum, Latramyn, & Tauropolim ſuſcepit, Thoas vero Lemnum ac Tauricam regionem tenuit nomen à velocitate pedum adeptus. Diodorus, Homeri interpres, Euripides. *Magnus, Minous*. Ouidius.

THOLVS, *curuus*. Ouidius.

THORAX, *ahenus*. Virgilius.

THRACIA regio Europæ in Strategias quinquaginta diuiſa. Ei nomen dedit Thrax Oceani & Parthenopes filius, vt alij Thracia Oceani & Parthenopes filia. Ea à Pontici lateris fronte vſque ad Illyricos penitus immiſſa qua latera agit Iſtro pelagoque contingitur. Regio nec cælo læta nec ſolo, & niſi qua mari propior eſt infœcunda, frigidaque. Viris aſper atque indecens corporum habitus eſt. Cæterum ad ferociam & numerum vt multi immiteſque ſint maxime ferax, Mela, Plinius, Strabo, Lycophronis interp. *Horrida*. Catull. *Thraca, mauortia*. Virg. *Thrace, bello furioſa*. Horat. *Biſtonis ora, gelida, armifera*. Ouid.

THRACES, *Biſtonij*. Lucret. *Strymonij*. Virg. *Impij* Horat. *Sithonij, Odryſij, Iſmarij*. Ouid.

THVLAE inſula vltima omnium quæ memorantur, ſex dierum nauigatione in ſeptentrionem à Britania diſtans, vbi ſolſtitialibus diebus accedente ſole propius verticem mundi, anguſto lucis ambitu ſubiecta terræ continuos dies habere ſenis menſibus, nocteſque è diuerſo ad Brumam remoto traditum eſt. Strabo, Plinius. *Vltima*. Virgilius.

THVS, *Sabæum, maſculum*. Virgil. quod rotunditate guttæ pendet, maſculum vocamus: cum alias non fere mas vocetur vbi non ſit fœmina. Religioni tributum ne ſexus alter vſurparetur, Maſculum aliqui putant à ſpecie teſtium dictum, author Plinius. *Pium, blandum, ſanctum*. Tibullus. *Sacrum, votiuum, Solenne*. Ouidius.

THYBRIS fluuius inſignis, qui è media ferè longitudine Apennini finibus Aretinorum profluit. Etruriam ab Vmbris, ac Sabinis

ac Sabinis, mox citra 13. mill. paſſ. vrbis Veientem agrum à Cruſtumino, dein Fidenate, Latinumque à Vaticano dirimens, antea Thyberis, deinde Thyberinus à Thyberino Albanorum rege, primum Albula, à colore dictus, Thybris vero, vt alii perhibent, ab amne Siciliæ qui præterit Syracuſas, quem Thymbrim Theocritus, Hymbrim Theætetus, Aſclepiades Myrleanus per D. literam Dybrim vocat, vt Virgilius, à Thybri Thuſcorũ rege, qui iuxta hunc fluuium, vt Seruius ſcribit, pugnans cecidit. alij volunt hunc ipſum regem latrocinatum eſſe circa huius fluminis ripas, & tranſeũtibus crebras iniurias intuliſſe, vnde Thybris quaſi ὕβρις dictus ſit ἀπὸ τῆς ὕβρεως hoc eſt iniuria. Sunt qui, vt ait Varro, à vicino Veientum regulo Thyberi dixerint appellatum Thyberim. Sunt qui Thyberim priſcum nomen latiuum Albulam vocitatum literis tradiderint, Strabo, Plinius, Seruius, Stephanus. *Tyrrhenum flumen, Thuſcus, lenis, Lydius, Auſonius, Laurens, cœlo gratiſsimus amnis.* Ex Catone, qui in Originibus ait, Italia circa Thyberim, vt qui inter omnes Italiæ amnes in omnium deorum & principum tutela eſſet. *Sanctus, pulcherrimus, amœnus, corniger, heſperidum regnator aquarum.* Virgilius. *Apennínigena, nubilus, altus, liquidus, pomifer, harenoſus, Lubricus.* Ouidius.

THYESTES Pelopis Tantali & Hippodamiæ filius, qui Atrei fratris Aeropæ corrupta vxore imperium ad ſe transferre poſſe iudicauit. Hinc ab Atreo eſt regno pulſus, deinde per ſpeciem reconciliationis Atreus fratrem reuocauit, cui filios appoſuit epulandos. Poſtmodum Thyeſtes ex oraculo cum filia ſua Pelopea concubuit, vnde natus eſt Aegiſthus, qui & Atreum, & Agamemnonem occidit. Nota res ex Tzetzæ monumentis, & Hygino, & Tragœdia Senecæ. *Tantalides, ſceleratus.* Ouidius.

THYMBRA herba, quæ & Cunila appellatur, incultis & aſperis locis naſcens, Plin. Columella. *Grauiter ſpirans.* Virg.

THYMVM, ſiue thymus, & thyma multitudinis numero, ſurculoſus frutex, exilibus foliis & anguſtis circumdatus, capitulis in cacumine flore purpureo refertis, Gracili ſolo & petroſo prouenit, apibus gratiſſimus, Dioſcorides, Pli. Columella. *Cecropium* Virg. propter Hymettum. *Canum.* Ouid. Duo nanque ſunt genera eius, candidũ radice lignoſa in collibus naſcẽs, quod

 & præ-

& præfertur, Alterũ nigricans, floriſque nigri, Theophraſt. Pli.

THYRSI, *molles*, Virg. *Frondentes*, Ouid.

TIARAS maſculino genere apud Virgilium, & Tiara fœminino apud Ouid. capitis ornamentum in modum inſularum Magorum, quod Perſarum reges tantummodo erectum ferebant, cæteri principes ac duces parte altera declinãs, Strabo, Suidas. *Sacer*. Virgilius. *Purpureus*. Ouidius.

TIBIA, in ſacris Cybeles frequens, cuique locus erat ad puluinaria præcinendi, Tibiæ ſacrificæ Thuſcorum è buxo, ludicræ vero Loto, oſſibuſque aſininis & argento fiebant. Obliquam tibiam Midas in Phrygia inuenit, geminas tibias Marſyas in eadem gente, authores Plin. Solinus, Feſtus, Lucretius. *Caua*, Lucret. *Barbara*. Catul. *Curua, ebur, buxus berecyntia*. Virg. *Querula, berecyntia*. Horat. *Dulcis*. Tibull. *Rauca, eburnea*. Propert. *Buxus rauca, buxum multiforum, Phrygia, arundo Tritoniaca*, propter Palladem Tritoniam, quæ dicitur terebrato buxo tibiam effeciſſe, quam cum inflaret vidit genas intumuiſſe, oriſque deformitate perculſa tibiam in Mæandrum fluuium abiecit, quam Marſyas collegiſſe fertur, teſtes Ariſtoph. Ouid. in Faſtis, & Proper. *Buxum Phrygium*. Ouid.

TIBICEN, *Tyrrhenus*, propter Lydios modos. Porro Lydij in Etruriam, Thuſciamque coloni venerunt, vnde Thuſci, & Tyrrheni Lydij appellantur. author Plin. *pinguis*, Virgil. vel quod non ſit ſubtilis muſice barbara, vel quod tumeant buccæ inflantis tibias, vt ait Probus, ſiue vt Seruio placet, Pinguis victimarum carne, vt Plautus in Aulularia. Tibi dabitur pinguior fidicina, quia propter aſſidua ſacrificia pingues fiunt. *Thuſcus*. Ouidius.

TIBVLLVS poeta Elegiarum ſcriptor, in quibus teſte Ouidio, & Quintiliano primas tenuit, natus Hircio & Panſa conſulibus, qui annus etiam Naſonis poetæ natalibus inſignis fuit, Plautiam ficto Deliæ nomine celebrauit, vt ſcribit L. Apuleius. *Cultus*. Ouidius.

TIBVR, vrbs in conſpectu Romæ, non longe ab ea diſtans, vt ait Strabo. Conditum Tibur ſicut Cato facit teſtimonium à Catillo Arcade præfecto claſſis Euandri, ſicut Sextius, ab Argiua iuuenture. Catillus enim Amphiarai filius poſt prodigialem patris apud Thebas interitum Tydei aui iuſſu cum omni fœtu miſſus, tres liberos in Italia procreauit, Tiburtum, Coram,

Catillum

Catillum,qui depulſis ex oppido Siciliæ veteribus Sicanis,à nomine Tiburti fratris natu maximi vrbem vocauerunt. Ita quidem Sextius referente Solino, Plin. tamen Tiburtum Amphiarai filium fuiſſe teſtatur. *Superbum,Tiburtia mœnia.* Virg. *Argeo poſitum colono,ſupinum,hudum, vuidum, fertile.* Horatius. *Herculeum.* Propertius. Erat enim Herculi dicatum vt in Priapeio carmine legitur. *Gades Herculis,humidumque Tibur.* & Stra. Tibur, inquit,Herculeum eſt. Fuit &Tibure Bibliotheca nobilis in templo Herculi ſacrato. Cuius meminit Gellius. *Argeum.* Ouid.

TIGRIS,quam Hyrcani,& Indi ferunt,animal velocitatis tremendæ,& maxime cognitæ dum capitur. Totus eius fœtus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiatore rapitur equo quam maxime pernici,atque in recentem ſubinde transfertur. At vbi vacuum cubile reperit fœta,(maribus enim cura non eſt ſobolis)fertur præceps,odore veſtigans. Raptor appropinquante fremitu abijcit vnum ex catulis. Tollit illa morſu,& pondere etiam ocyor acta remeat,iterumque conſequitur,& ſubinde,donec in nauem regreſſo irrita feritas ſæuit in litore,author Plin. Eiuſdē nominis eſt fluuius Armeniæ, qui Araxem flumen & Arſacida paludem illabitur,antea Sollax dictus, Tigris vero quod Bacchus in Tigrim mutatus Alpheſiboeam puellam per id flumen transtulerit,ex Plutarcho *Armenia,rabida,Peſſima,atra, Hyrcana,* Hyrcania regio Aſiæ cui Caſpij proximi ſunt, vt ait Solinus ab iis Caſpius ſinus, qui & Hircanus dicitur, vt tradit Artemidorus,Stephanus Caſpios & Hyrcanos confundit, alij ſeparant. *Immanis.* Virg. *Aſpera.* Horatius. *Gangetica,fæda, maculoſa.* Ouidius.

TILIA arbor mas & fœmina,fructus eius à nullo animalium attingitur,foliorum corticiſque ſuccus dulcis eſt,inter corticem & lignum tenues tunicæ multiplici membrana, à quibus vincula Tiliæ vocantur. Tenuiſſimæ earum Philyræ coronarū lemniſcis celebres,antiquorumque honore. Materies teredinem non ſentit,proceritate perquam modica, verum vtilis. Molliſſima tilia,eademque calidiſſima,Pli. Theophraſtus, Græci eam Phillyream,& Philyram,vt & Horatius vocant, *Pinguis.* Virgilius. *Mollis.* Ouid.

TIMAVVS amnis in Aquileienſi agro nouē capitibus exurgens,imo hoſtio emiſſus,è montibus delatus decidit in profundum,deinde infra terram abſorptus ſtad. circiter 130. erumpit

 in mare,

in mare, authores, Mela, Plin. Strabo. *Rapis, Mare praeruptum, pelagus ſonans*, ex Varrone qui ait, hunc fluuium ab incolis mare vocari. *Magnus*. Virgilius.

TIMOR, *mœſtus, ater*. Virgilius. *Sollicitus, pauidus, conſternatus, Suſpenſus*. Ouidius.

TINEAE, *dirum genus*. Virg. *Agreſtes*. Ouidius.

TINNITVS, *acutus*. Ouidius.

TIRESIAS vates Eueris, ſiue Eurymi filius, cuius cæcitas in prouerbium abiit, qui quum captiuus Thebarum vrbe capta ab Epigonis duceretur, ac de via ſiti oppreſſus ex Tilphoſſa fonte frigidiſſimo potaſſet, ex hac vita emigrauit, quem ſui ciues magna cum pompa ſepulturæ mandarunt, Deorum illi honores tribuentes. Primum fœmina fuit, ſi Soſtrato poetæ credimus, quumque Apollini à quo vaticinandi artem edoctus fuerat pactam mercedem, obſcœnam ſcilicet, dare recuſaſſet, ab eo in marem mutatus eſt, vt alij tradunt hic aliquando in fœminam mutatus eſt, vel quia ſerpentes coeuntes videns, fœminam interemit, vel quod Palladem nudam conſpicatus eſt, poſtmodũ quum ſerpentem maſculum occidiſſet, iterum mas effectus eſt. Idem ab Iunone excæcatus eſt, quod arbiter electus, maiori cõcupiſcentia atque ardore fœminas quam viros flagrare iudicanerit, quam ob cauſam Iupiter eum vaticinandi arte donauit. authores Callimach. Homer. Pauſan. Euſtath. Strab. Ariſtoph. Lycoph. & Homeri interp. Athenæus, Diodor. Hygin. *Doctus, fatidicus, augur*. Ouid.

TISIPHONE vna Furiarũ, παρὰ τῦ τίνειν φονεῖς, quod puniat interfectores. *Pallida, vltrix*. Virg.

TITANES Cæli Terræque, quæ Titea dicta eſt, filij, numero 17. qui ab Ioue ſuperati in vincula apud inferos miſſi sũt, cuſtoſque Saturnus additus, ne vincula fruſtrentur. Eorum maximus Ophion monti, qui ab illo Ophionium dictus eſt, ſuppoſitus. Hos in Chalcide regnaſſe oſtendunt ritus religionũ, Briareo enim rem diuinam Caryſtij faciunt, ſicut Aegeoni Chalcidenſes, Solinus. Heſiod Homeri interp. Orpheus, Diod. Hygi. *Genus antiquum terræ*. Virg. *impij, immanes, iuuentus fidens, horrida brachiis*. Horat. *validi*. Ouid.

TITHONVS Laomedonte & Strymo, ſiue Rhoeo Scamandri & Caſſandræ filia natus, quem ferunt ab Aurora in cœlum ſublatum, atque immortalitate donatum, atque illius ſucco perfuſum

perfuſum, ad tantam perueniſſe ſenectutem, vt tandem optauerit mori, atque ita in cicadam verſum. Hom. & Lycoph. interp. Diodor *Phryx*. Ouid.

TITYVS Elares & Iouis filius, qui tamen Terræ creditus eſt, propterea quod mater eo grauida Iunonis metu eum in ſubterraneis peperit. Ab Apolline & Diana interfectus quod Latonæ vim inferre tentarit, vel quod Dianã corruperit, apud inferos in nouem iugera diſtentus Vultures paſcit, Homer. Euphorion, Apollon. interp. *Terræ alumnus*. Virg. *raptor*. Hor..

TMOLVS Lydiæ mons, à Tmolo Martis & Theogones filio Tantali patre, qui huic mõti imperauit, qui antea Timolus, & Carmonium, à Carmone Bacchi & Alexirhoeæ filio, appellabatur, vitibus conſitus. In huius montis cacumine, quod vocant, Tempſin, 150. annis habitatores viuunt. Strab. Plutar. Tzetzes, Plin. *Arduus, ſacer*. Ob Bacchum cui propter vineta dicatus eſt, author Euripid. *ſanctus*. Ouid.

TOFVS, *ſcaber*. Virg. *leuis*. Ouid.

TOLVMNIVS Veientum rex, quem Cor. Coſſus tribunus militum equo deiectum interfecit, & interfecto ſpolia detraxit, caput abſciſſum ſpiculo gerens hoſtes fudit, Spolia opima in templo Iouis Feretrij prope Romuli ſpolia ſolenni dedicatione dono fixit. auth. Liuius. *Veiens, dux Veius*, Prop.

TONITRVS, *coruſcus*. Virg.

TORMENTVM pro ſupplicio, *durum*. Ouid.

TORMENTVM pro machina, *validũ*. Lucr. *murale*. Virg.

TORNVS, *facilis*. Virg.

TORPEDO, & Torpor, *grauis*. Ouid.

TORQVIS, *vnca*. Proper.

TORRENS, *rapidus*. Virg. *ſpumeus*. Ouid.

TRABEA Toga Augurum ex cocco & purpura, Romanorum Imperatorum inſigne, quam fibulis annectebãt circumdiſtinctam purpura & ſubtemine puniceo, gentilis ea veſtis Romanis valde honorifica, authores Dionyſ. Halicarnaſſ. & Seru. *parua, inſigne imperij*. Virg.

TRABES, *altæ*. Virg. *Hymettiæ*, Horat. hoc eſt marmoreæ, vt enim Strabo teſtatur, Effoſsio pulcherrimorum marmorum erat ex ora Hymettia. Et L. Craſſus orator, Plin. teſte, columnas Hymettias habuit, nec tamen plures ſex, aut longiores duodecim pedum, *longæ, ſolidæ*. Ouid.

TRACHIN Theſſaliæ vrbs, hoc eſt aſpera, Heraclea quoque dicta, cōditam ab Hercule Stephanus, à Lacedæmoniis Strabo retulit. Nouit & hāc Homerus, Sophocles & Ptolemæus Heracleam Pthiotidis appellant, Strabo, quandoque Trachiniam, duas eiuſdem nominis prodendo, nouam & veterem. Meminit & Diod. & Herodo. & Pli. *Herculea, aemonia*. Ouid.

TRAGOEDIA, *ſeuera*. Horat. *violenta, animoſa*. Ouid.

TRANSTRA, *iuga, longa*. Virg.

TREMOR, *gelidus*. Virg.

TRIBVLI, *aſperi*. Ouid.

TRIDENS Neptuni, *magnus*. Virg. *telum tricuſpe, longum*, Ouidius.

TRIPVS ſedes ænea habens tres aut quatuor pedes, & Deo dicata, ſuper quam Sibylla in Delphis ſedens diuino ſe ſpiritui exponebat, vnde diuini ignis radio illuſtrabatur, author Iamblichus, Diodorus quoque ſcriptum reliquit. Vatem vnam conſtituere, mox & ſubſtruxere machinam, qua conſcenſa vaticinari tuto poſſet. habebat illa baſes tres, inde & tripodis nomen indicum. Ariſtoph. item interpres Pythiam tripodi inſidentem oracula ædere ſolitam ſcribit. *ſacer*. Virg. *Phœbeus*. Ouid.

TRIPVDIVM, *citatum*. Catul.

TRIPTOLEMVS Celei & Meganiræ, vel vt alij ſcripſerunt, Metaniræ, vt alij, Deiopes filius, Muſæi carminibus, ſi tamen Muſæi ſunt, traditum eſt, Triptolemum Cœlo Terraque editum. Feruntur & Orphei verſus, quibus perhibetur Dyſaulem Eubuli & Triptolemi patrem extitiſſe, Chœrilus Athenienſis Tragicus ſcriptum reliquit, ex Amphictyonis filiabus genitos Triptolemum, & Cercyona. Hunc Bacchus colendis Atticis agris præfecit. Eundem Ceres, (cuius ipſa fuerat nutrix, quique primus vera rota dicitur vſus) in curru Draconum collocatum, ne curſu moraretur, iuſſit omnium nationum agros circumeuntem ſemina partiri, modumque ſerendi docere quo facilius ipſi poſterique eorum à fero victu ſegregarentur. Bouem & Aratrū primus hominum inuenit, quanquam id alij Brigæ Athenienſī aſcribant. Ex Pauſan. Diod. Hygin. Plin. *puer monſtrator aratri*. Virg. *Mopſopius*. Ouid.

TRITON Neptuni ex Celæno Atlantis filius, vt ait Aceſander, Lycophronis interpres tradit Tritonem Neptuni ex Amphitrite filium, vmbilico tenus humanam ſpeciem habere, inde

vſque

vſque ad caudam Delphinis formam præferre, Pauſanias Tritonem à ſe viſum perhibet, fuiſſeque huiuſmodi: Commixta illum eſſe forma hominis cum piſce, caput enim capillo contectum habere, ſed qui neque facile diſterminetur, coloremque referat eiuſmodi, qualem in paluſtrium dorſis Rauunculorum eſſe conſpicimus. Naribus humanis, quamuis ſub auriculis branchias habere viſatur, os reſciſſum & latum, ferinique complures in eo dentes, & glauci oculi, manus cum articulis ad humanam effigiem expreſſis, digitorum vngulæ cochlearum oſtreis ſimillimæ. Reliquum corpus tenuibus contectum ſquamulis, caudatum deſinit in piſcem, quales Delphinorum extremæ partes. *Semiferus, immanis, citus.* Virg. *ceruleus, canorus.* Ouid.

TRITONIS concha, qua quondam viſum auditumque Tritonem in quodam ſpecu canentem Tiberio principi nuntiauit Olyſſiponenſium legatio ob id miſſa, Plinio author. Hãc quoque fertur cum inuentam excauaſſet ſecum ad Gigantes tuliſſe: & ibi ſonitum quendam inauditum per Concham miſiſſe. Hoſtes autem veritos ne qua eſſet immanis fera ab aduerſariis adducta, fugæ ſe mandaſſe: & ita victos in hoſtium poteſtatem perueniſſe. ex Hygin. *Sonax*, ſiue vt in nonnullis exemplaribus legitur *Sonans*. Ouid.

TRIVMPHVS, *ſuperbus, opimus.* Horat. *preclarus.* Tibull. *lætus, ſacer, magnificus.* Ouid.

TROCHVS, *græcus.* Horat. hoc eſt à Græcis inuentus, vnde & græcum nomen habet.

TROEZEN Achaiæ vrbs ſacra Poſſidoni, id eſt Neptuno, fuit, a quo & Poſſidonia olim appellata. Ea ſtad. 15. à mari eminet, vrbs & ipſa inſignis. Cæterum cum Pelopis filij Troezen, atque Pittheus ex terra profecti eſſent Piſæa, alter quidem ſuum vrbi nomen reliquit, Pittheus vero poſt eum ſucceſſit in regno. Antea Aphrodiſias, & Saronia, & Apollonias dicta eſt, author. Euſtath. Plin. Euripid. Strabo. *Pittheia, alta,* Ouid.

TROIA regio, & vrbs Aſiæ, quæ prius Idæa, deinde Teucris, poſtremo Troia dicta eſt à Troe qui eam condidit, & à ſe denominauit, inter Idam atque mare iacens monti contigua, Strab. Suid. Stephan. *Dardania.* Catul. *Laomedontea, alta, Neptunia, antiqua, periura, tellus Idæa, dura.* Virg. *Aſſarici tellus.* Horat. *Bis Oetæi numine capta Dei*, Troia bis capta fuit numine Herculeo, ſemel ab ipſo Hercule, vt ſupra oſtendimus ex Homero, Diodo-

Diodoroque. Iterum capta eſt ſagittis Herculeis quas Philoctetes poſſidebat, quæ fatum Troiæ fuerunt, quæque poſt Troiæ excidium in templo Herculis Thurini à Philoctete collocatæ ſunt. Eadem tertio ab Amazonibus capta eſt. Lycoph. interp. Pauſan. & Iuſtinus. *Neptunia mœnia.* Propert. *ingens, mœnia Phœbi.* Ouidius.

TROIANI, *Troiugenæ.* Lucret. *gens Hectorea, Dardanidæ, gens Dardania, Phrygij, Dardani, Rhœtei, Laomedontiadæ, gens Laomedontea, magni, gens Pergamea.* Virg. *Phryges, Iliaci.* Horat.

TROILVS Hecubæ Priami filius, vt alij Apollinis, ab Achille interemptus. Q. Calaber, Lycoph. interp. *infelix.* Virg.

TVBA, *rauca, barbara.* Lucretius. *Martia, æs cauum, æs canorum.* Virgilius. *Funeſta, querula,* Propertius. *terribilis, fera, canora* Ouidius.

TVBAE ſonitus, *terribilis, clangor Tyrrhenus.* Virgilius. Tubã enim æream Piſæus Tyrrhenus inuenit, author Plin.

TVBICEN, *bellicus,* Proper.

TVGVRIVM, *pauper.* Virgil.

TVLLVS Hoſtilius Romanorum rex, Numæ ſucceſſor, qui primus in purpura faſcibus vſus eſt, ac deinceps in ſua domo fulmine conflagrauit. Euſebius, Liuius. *Diues.* Horatius. Creuerat enim Roma Albæ ruinis, deuictiſque Sabinis in magna gloria, magniſque opibus regnum Tulli, ac tota res Romana fuit, author Liuius.

TVMVLTVS, *trepidus, fremitans.* Lucret. *cæcus, flagrans,* Virg. *tremendus.* Horat.

TVNICAE, *tenues.* Virg.

TVRBA, *ſonans.* Virg.

TVRBO in luſu puerorum, *volubile buxum.* Virg. *citus.* Tibul. *celer,* Ouidius.

TVRBO, *rapidus, violentus.* Lucr. *indomitus, niger.* Catullus. *ater.* Virg. *citus.* Horat, *nimboſus.* Ouid.

TVRDVS auis, *edax.* Horat.

TVRMAE, *denſæ,* Tibul. *Fortes.* Prop.

TVRNVS rex Rutulorum, Dauni regis filius, Virgiliano carmine inſignis. *pulcherrimus, auis ataniſque potens, acer, Rutulus, audax, Auſonius, Daunius heros.* Virg.

TVRRIS, *alta, valida.* Lucret. *caua.* Virgil. *celſa.* Horatius. *ardua,* Ouidius.

TVRTVR auis, *niger*, Ouid.

TVSCVLVM vrbs in conſpectu Romæ, quam vineta coronant, in colle ſita, inde Tuſculum dicta, quod difficilem aditum habeat, quaſi τὸ σχύλον, id eſt vexans, Telegonus Vlyſſis & Circes filius Tuſculum regno tenuit, ibique Mamyliam filiã procreauit, à qua Mamilia familia orta eſt, authores, Strabo, Feſtus, Silius Italicus. *Telegoni iuga, Supernum, Circæa mœnia.* Horatius. *Mœnia Telegoni.* Propertius. *Facta Telegoni mœnia celſa manu.* Ouidius.

TVSSIS, *rauca.* Lucret. *Mala.* Catull. *Anhela.* Virg.

TYCHIVS ex Hyla vrbe Lydiæ cerdo excellentiſſimus, qui multa fabricatus eſt, præcipueque Aiacis ſcutum, author Homerus, Strabo, Stephanus. *Doctus.* Ouidius.

TYMPANVM quo vti ſolebant in ſacrificio matris deũ, authore Lucretio, Ouidio, Itemque Varro. Eandem, inquit, dicunt matrem magnam, quod Tympanum habeat, ſignificari eſſe orbem terræ. *Tentum.* Lucret. *Leue, tuba Cybeles, cauum.* Catull. *Molle.* Propertius. *Raucum.* Ouid.

TYPHOEVS gigas, qui & Typhon Homero, aliiſque nũcupatur, Terra, Tartaroque editus, vt alij Iunone tantum, centum capitibus inſignis, ex quibus ignem ſpirabat, cum Iupiter fulmine contactum monti ſuppoſuit qui vſque in hunc diem flammas euomit, author Heſiodus, Steſichorus, Strabo, Pindari interpres, *Arduus, Sæuus.* Virgil. *Centimanus, Terrigena, Typhon, terribilis, vaſtus, Gigas Trinacrius.* Ouid.

TYRANNVS, *ſæuus.* Virgilius. *purpureus.* Horat. *magnus.* Propertius.

TYRAS clarus amnis in Ponto oppido nomen imponens, Strab. Plin. Ptolemæus. *Nullo tardior amne.* Ouid.

TYRO Salmonei & Alcidices filia, quæ capta eſt amore Enipei fluminis labentis ex Salmone fonte Piſani agri in Alpheũ pulcherrimis vorticibus, Neptunus ſumpta forma Enipei ad hoſtium opertus ingenti vnda puellam compreſſit, nati inde ſunt Pelias & Neleus. Eadem nupſit Cretheo, peperitque Amythaonem, Aeſonem & Pheretem, authores Homerus, Diodor. Lycophronis interpres, Strabo, qui diſſentit à Propertio, qui Enipeum qui eſt in Theſſalia amatum à puella ſcribit. *Salmonis, flagrans Theſſalico Enipeo, candida.* Propertius. *Laudatiſsima forma.* Ouidius.

TYROS vrbs Phœniciæ, à Tyro Phœnicis filio, quondam inſula præalto mari ſeptingentis paſſibus diuiſa, Alexandri oppugnantis operibus continens, diſtat à Sidone non plus quam 200. ſtadia. Poſt Tyrum eſt antiqua Tyrus 30. ſtad. diſtās, Steph. Strab. Plin. *Cadmea*. Proper. à Cadmo Phœnice oriundo vt ſupra oſtendimus. *Phœniſſa*. Ouid.

V

VACCAE, *Siculæ*. Hor. Vt illud Maronis:

Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.

VADIMONIA, *garrula*. Ouid.

VAGINA, *caua*. Virg.

VAGITVS, *æger, lugubris*. Lucret.

VALLIS, *conuallis, prona*. Catull. *ſaxoſa, ima, caua, gelida, depreſſa, vmbroſa, virens, reducta, obſcura*. Virg. *alta*, Tibull. *concaua, opaca, madida*. Ouid.

VALLVM, *acernum*. Proper.

VALLVS, *acutus*. Virg.

VANNVS, quæ & Vallus Varroni, cribrum areale Columellæ. *Myſtica Bacchi*, ob eam cauſam quod Liberi patris ſacra ad purgationem animæ pertinebant, & ſic homines eius myſteriis purgabantur, ſicut vannis frumenta purgantur, autho. Seru.

VAPOR, *tepidus, calidus*. Lucret. *humidus*. Ouid.

VARRO Atacinus poeta vico Atace in prouincia Narbonenſi natus, qui poſtea 35. ætatis ſuæ annum agens græcas literas ſummo ſtudio didicit, authore Euſeb. Argonautica Apollonium Rhodium ſecutus conſcripſit. Et puellam Leucadiā Elegis decantauit, Propertius, Ouid. Quintilianus. *Leucadiæ maxima flamma ſuæ* Proper. *Maris vates*. Ouid.

VAS, *cauum*. Ouid.

VATES, *pij, terrifici*. Virg. *Thuſci*. Tibull. Nam, vt ait Cicer. Quum magna vis videretur eſſe & in impetrandis, conſulendiſque rebus, & in monſtris interpretandis, ac procurandis in auſpicum diſciplina: omnem hanc ex Etruriā ſcientiam adhibebāt. *Fatidici*, Ouidius.

VATICINATIO, *ars Apollinea*. Ouid. Loca vero ac res vaticinatione inſignitæ fuerūt, Caſtaliæ fons, Colophoniū fluctum, ſacra quercus. Dodonæus lebes, Tripus Cyrrhæa, Theſprotius Lebes, Ammonis oraculum in Libya, Iouis in Dodona, in Branchidis, Delo, Delphis, Colophone, Fuit & oraculum Clarij,

Pythij,

Pythij, Delij, Didymæi, Apollinis. Tum etiam in Lebadea Trophonij, in Oropo Amphiarai, in Tyrrhenorum finibus, & Chaldæorum Necromantiæ. Et alibi oracula Amphilochi, Glauci, Mopſi. ex Theodoreto.

VECTES, *aerei.* Virg.

VEII vrbs opulentiſſima vrbium Etruſcarum, quæ magnitudinem ſuam vltima clade indicauit. Nam decem annos à Romanis obſeſſa, plus cladium intulit quam accepit, poſtremo operibus non vi expugnata eſt à Furio Camillo. Liu. *veteres.* Prop.

VELA, *ſinus, lintea, carbaſa, candida.* Catul. *Nautica,* Horat. *ſinuoſa.* Proper. *alba, fluitantia, concaua, fugacia.* Ouid.

VELLERA, *tenuia, Mileſia.* Virg. Lana laudatiſſima Appula, & quæ in Italia græci pecoris appellatur, alibi Italica, Tertiũ locum Mileſiæ oues obtinent, Appulæ breues villis, nec niſi penulis celebres circa Tarentum Canuſiumque ſummam nobilitatem habent, in Aſia vero eodem genere Laodiceæ, Albis circumpadanis nulla præfertur. Hæc Plinius. Itemque Columella. Oues generis eximij Calabras, Appulaſque, & Mileſias noſtri exiſtimabant. Meminit & Cic. in Verrem. *mollia.* Tibul.

VELLVS aureum, ſiue pellis aurea arietis, quo Phryxus & Helle vecti ſunt, quem quum Phryxus in Colchida delatus ſecundum oraculum ſacrificaſſet, pellem in templo Martis ſuſpendit, Aeeta rex oraculo admonitus ſe tunc mortem obiturum cũ externi nauigio delati aureum vellus ſuſtuliſſent, hac ex cauſa oſtentauit ſe hoſpites ſacrificare, Templum quoque muro circumdedit, Draconemque inſomnem pellis cuſtodiæ incubãtem adhibuit, cuſtodeſque non paucos ex Taurica regione accitos appoſuit, Argonautæ Medeæ ope atque auxilio adiuti, cuſtodibus interfectis, dracone veneno ſublato, aureo vellere potiti ſũt. Diod. Hygin. Ouid. *Aurata pellis.* Cat. *radians, Phryxeum, fuluum, terga aurea.* Ouid.

VENA, *vitalis.* Lucret. *ſaliens.* Virg. *caua, trepida.* Ouid.

VENABVLA, *lata.* Virg. *ſplendida, cornea.* Ouid.

VENATOR, *citus.* Horat.

VENATVS, *durus.* Ouidius. Huius inuentorem Perſeum fuiſſe canit Oppianus.

VENAFRVM oppidum Campaniæ, vnde oleum optimũ. Oppidulum quidem ipſum in vertice ſitum eſt, præter cuius radicem Vulturnus amnis excurrit, Strab. Plin. *viride.* Horat.

VENTER

VENTER, *vorax, auidus.* Ouid.

VENTI, Aſtræo & Aurora nati teſte Heſiodo. *Flabra, Syluifragi, corpora cæca, validi, violenti.* Lucret. *Aer j.* Catul. *Flamina, flatus, biberni, furentes, animæ, ſpiritus, rapidi, procaces, leues, fallaces, tenues, inanes, diſcordes.* Virg. *Nigri, celeres, pluuij, proterui, vagi, iniurioſi.* Horat. *inſani, Aeolij* Tibul. *Sæui, fortes, feroces, fratres Aſtræi, mobiles, crudeles, truculenti, indomiti, ſonantes, rapaces, æquorei, nimboſi.* Ouid.

VENENVM, *virus, acre, cæcum.* Lucret. *malum, atrum, nigrum.* Virg. *Theſſalum, Colchicum,* vt & Virg.

Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena,
Ipſe dedit Mœris, naſcuntur plurima Ponto.

Dirum, toxicum. Horat. à Taxo arbore, vt Plin. vt Paulus Aegineta quod eo à Barbaris inficerentur ſagittæ, quas dicunt græci τοξεύματα, *Tetrum.* Proper. *piceum, funeſtum, furiale, peſtiferum, validum, ſomniferum, portentificum, nocens, impium, edax, Marſum.* Ouidius. Marſi Italiæ populi Albæ proximi, à Marſo Circes filio, ſiue à Marſya Phrygio, ſerpentium virulentorum domitores ſunt, & incantationibus, herbarumque ſuccis faciunt miracula medelarum. Eadem vi præditi fuere Pſylli Libyæ populi, qui ad vnum omnes flante Auſtro arenarum montibus operti ſunt. autho. Herod. Strab. Plin. Solin. Gellius, Silius.

VENIA, *pudens,* Catul.

VENVS è Cœli pudendis & ſpuma maris ædita, vt canit Heſiodus, quatuor Veneres coluit antiquitas, vt ait Cicero; quarum prima Cœlo & die nata: cuius Elide delubrium videmus, altera ſpuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem ſecundum natum accepimus. Tertia Ioue nata & Dione: quæ nupſit Vulcano. Sed ex ea & Marte natus Anteros dicitur. Quarta Syria Tyroque concepta, quæ Aſtarte vocatur, quam Adonidi nupſiſſe traditum eſt. *Aeneadum genitrix, hominum diuumque voluptas alma, ſancta.* Lucret. *Zephyritis,* à Zephyrio Aegypti promontorio, quod Veneris Arſinoes ſacellum habet, vt ſcribit Strabo. Eiuſdem nominis promontorium eſt in Cydro eodem authore. *Arſinoe.* Veneris Arſinoes præter Strabonem meminit etiam Hygin. Arſinoe vero vrbs in Cyrenaica Africæ. Itemque oppidum & portus in Cypro, Straboni, Plinioque. *Grata Canopeis incola litoribus. Amathuſia.* Catul. *Formoſa, Cytherea,* quia vt primum nata eſt Cythera appulit, Heſiod. *Acidalia,* vel quia ini-

ijcit

ſcit curas quas Græci ἀκίδας dicunt, vel certe à fonte Acidalio qui eſt in Orchomeno Bœotiæ ciuitate, in quo ſe Gratiæ lauant quas Veneri conſtat eſſe ſacratas, ipſius enim & Bacchi filiæ ſunt, author Seruius. Acidalij fontis meminit & Suidas, & magnum Etymologicon. *Dionæa, pulcherrima, Idalia, diua creatrix, dea candida, aurea.* Virgilius. Epitheton quo frequentiſſime Homerus vtitur. Dicta aurea à campo Memphi proximo qui Aureus dicitur, vbi Veneris aureæ templum extabat. Colebatur & Venus aurea apud Lesbum, quemadmodum & apud Lycios olympiæ nomine, authores Proclus Lycius in hymnis, D. Iuſtinus martyr. Interpres Homer. Diodor. *Erycina*. Venus (inquit Diodor.) commorata eſt in Sicilia circa Erycem, in Cypro circa Cythera, ac Paphum, in Aſia circa Syriam, ob eas peregrinationes Venerem tum Erycinam, tum Cytheream, tum Paphiam, tum Syriam incolæ appellarunt. *Ridens*, quia teſte Heſiodo, ridens apparuit cum primum in lucem prodiit, inde ei frequens Epitheton φιλομμειδής apud Homerum. *Diua potens Cypri, mater ſæua Cupidinum, decens, regina Cnidi,* Cnidos Rhodiorum inſula, vbi Venus Praxitelis opus, quam vt viderent multi nauigauerunt Cnidum, author Plinius. *Regina Paphi, Læta, marina.* Horatius. *Magna, mitis, Leuis, Cypria*, Tibullus. *Geminorum mater amorum; Cythereia, tenera, Aeneæ genitrix, æquore nata, pæta, Dione, pulchra, blanda, Appias.* Ouidius ab aqua Appia Veneris templo è marmore facto ſubdita, vt ſupra diximus.

VEPRES, *hirſuti.* Virg.

VER, *iucundum.* Catul. *Purpureum, nouum, bimbriferum, ſerenum, rubens, hudum, ſudum.* Virg. *Breue, tepidum.* Ouid.

VERBENA, herba quam Romani Verbenacam quoque, & Criſtam gallinaceam vocant, qua nulla nobilitatis Romanæ plus habet. Nō aliunde ſagmina in remediis publicis fuere, & in ſacris legationibus quàm verbenæ Hac ſemper & legati cum ad hoſtes, clarigatúque mitterentur vſi, id eſt res captas clare repetitum, vnus itaque Verbenarius vocabatur. Hac Iouis mēſa verritur, domus purgantur luſtranturque. Genera eius duo ſunt, ramuli vtriuſque plures, tenues, cubitales, anguloſi, folia minora quàm quercus, anguſtioraq; diuiſuris maioribus, color glaucus, radix longa, tenuis, Naſcitur vbique in planis aquoſis. Ex Dioſc. Pli. *Pinguis*, Vir, *Caſta*, Hor. hoc eſt pura, ſacra, vt exponit Acrō.

& præfertur, Alterũ nigricans, floriſque nigri, Theophraſt. Pli.

THYRSI, *molles*, Virg. *Frondentes*, Ouid.

TIARAS maſculino genere apud Virgilium, & Tiara fœminino apud Ouid. capitis ornamentum in modum inſularum Magorum, quod Perſarum reges tantummodo erectum ferebant, cæteri principes ac duces parte altera declinãs, Strabo, Suidas. *Sacer*. Virgilius. *Purpureus*. Ouidius.

TIBIA, in ſacris Cybeles frequens, cuique locus erat ad puluinaria præcinendi, Tibiæ ſacrificæ Thuſcorum è buxo, ludicræ vero Loto, oſſibuſque aſininis & argento fiebant. Obliquam tibiam Midas in Phrygia inuenit, geminas tibias Marſyas in eadem gente, authores Plin. Solinus, Feſtus, Lucretius. *Caua*, Lucret. *Barbara*. Catul. *Curua, ebur, buxus berecyntia*. Virg. *Querula, berecyntia*. Horat. *Dulcis*. Tibull. *Rauca, eburnea*. Propert. *Buxus rauca, buxum multiforum, Phrygia, arundo Tritoniaca*, propter Palladem Tritoniam, quæ dicitur terebrato buxo tibiam effeciſſe, quam cum inflaret vidit genas intumuiſſe, oriſque deformitate perculſa tibiam in Mæandrum fluuium abiecit, quam Marſyas collegiſſe fertur, teſtes Ariſtoph. Ouid. in Faſtis, & Proper. *Buxum Phrygium*. Ouid.

TIBICEN, *Tyrrhenus*, propter Lydios modos. Porro Lydij in Etruriam, Thuſciamque coloni venerunt, vnde Thuſci, & Tyrrheni Lydij appellantur. author Plin. *pinguis*, Virgil. vel quod non ſit ſubtilis muſice barbara, vel quod tumeant buccæ inflantis tibias, vt ait Probus, ſiue vt Seruio placet, Pinguis victimarum carne, vt Plautus in Aulularia. Tibi dabitur pinguior fidicina, quia propter aſſidua ſacrificia pingues fiunt. *Thuſcus*. Ouidius.

TIBVLLVS poeta Elegiarum ſcriptor, in quibus teſte Ouidio, & Quintiliano primas tenuit, natus Hircio & Panſa conſulibus, qui annus etiam Naſonis poetæ natalibus inſignis fuit, Plautiam ficto Deliæ nomine celebrauit, vt ſcribit L. Apuleius. *Cultus*. Ouidius.

TIBVR, vrbs in conſpectu Romæ, non longe ab ea diſtans, vt ait Strabo. Conditum Tibur ſicut Cato facit teſtimonium à Catillo Arcade præfecto claſſis Euandri, ſicut Sextius, ab Argiua iuuentute. Catillus enim Amphiarai filius poſt prodigialem patris apud Thebas interitum Tydei aui iuſſu cum omni fœtu miſſus, tres liberos in Italia procreauit, Tiburtum, Coram,

Catillum

Catillum, qui depulſis ex oppido Siciliæ veteribus Sicanis, à nomine Tiburti fratris natu maximi vrbem vocauerunt. Ita quidem Sextius referente Solino, Plin. tamen Tiburtum Amphiarai filium fuiſſe teſtatur. *Superbum, Tiburtia mœnia.* Virg. *Argeo poſitum colono, ſupinum, hudum, vuidum, fertile.* Horatius. *Herculeum.* Propertius. Erat enim Herculi dicatum vt in Priapeio carmine legitur. *Gades Herculis, humidumque Tibur.* & Stra. Tibur, inquit, Herculeum eſt. Fuit & Tibure Bibliotheca nobilis in templo Herculi ſacrato. Cuius meminit Gellius. *Argeum.* Ouid.

TIGRIS, quam Hyrcani, & Indi ferunt, animal velocitatis tremendæ, & maxime cognitæ dum capitur. Totus eius fœtus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiatore rapitur equo quam maxime pernici, atque in recentem ſubinde transfertur. At vbi vacuum cubile reperit fœta, (maribus enim cura non eſt ſobolis) fertur præceps, odore veſtigans. Raptor appropinquante fremitu abijcit vnum ex catulis. Tollit illa morſu, & pondere etiam ocyor acta remeat, iterumque conſequitur, & ſubinde, donec in nauem regreſſo irrita feritas ſæuit in litore, author Plin. Eiuſdẽ nominis eſt fluuius Armeniæ, qui Araxem flumen & Arſacida paludem illabitur, antea Sollax dictus, Tigris vero quod Bacchus in Tigrim mutatus Alpheſiboeam puellam per id flumen tranſtulerit, ex Plutarcho *Armenia, rabida, Peſſima, atra, Hyrcana,* Hyrcania regio Aſiæ cui Caſpij proximi ſunt, vt ait Solinus ab iis Caſpius ſinus, qui & Hircanus dicitur, vt tradit Artemidorus, Stephanus Caſpios & Hyrcanos confundit, alij ſeparant. *Immanis.* Virg. *Aſpera.* Horatius. *Gangetica, ſæua, maculoſa.* Ouidius.

TILIA arbor mas & fœmina, fructus eius à nullo animalium attingitur, foliorum corticiſque ſuccus dulcis eſt, inter corticem & lignum tenues tunicæ multiplici membrana, à quibus vincula Tiliæ vocantur. Tenuiſſimæ earum Philyræ coronarũ lemniſcis celebres, antiquorumque honore, Materies teredinem non ſentit, proceritate perquam modica, verum vtilis. Molliſſima tilia, eademque calidiſſima, Pli. Theophraſtus, Græci eam Phillyream, & Philyram, vt & Horatius vocant, *Pinguis.* Virgilius. *Mollis.* Ouid.

TIMAVVS amnis in Aquileienſi agro nouẽ capitibus exurgens, imo hoſtio emiſſus, è montibus delatus decidit in profundum, deinde infra terram abſorptus ſtad. circiter 130. erumpit

in mare, authores, Mela, Plin. Strabo. *Lapis, Mare preruptum, pelagus ſonans*, ex Varrone qui ait, hunc fluuium ab incolis mare vocari. *Magnus*. Virgilius.

TIMOR, *mœſtus, ater*. Virgilius. *Sollicitus, pauidus, conſternatus, Suſpenſus*. Ouidius.

TINEAE, *dirum genus*. Virg. *Agreſtes*. Ouidius.

TINNITVS, *acutus*. Ouidius.

TIRESIAS vates Eueris, ſiue Eurymi filius, cuius cæcitas in prouerbium abiit, qui quum captiuus Thebarum vrbe capta ab Epigonis duceretur, ac de via ſiti oppreſſus ex Tilphoſſa fonte frigidiſſimo potaſſet, ex hac vita emigrauit, quem ſui ciues magna cum pompa ſepulturæ mandarunt, Deorum illi honores tribuentes. Primum fœmina fuit, ſi Soſtrato poetæ credimus, quumque Apollini à quo vaticinandi artem edoctus fuerat pactam mercedem, obſcœnam ſcilicet, dare recuſaſſet, ab eo in marem mutatus eſt, vt alij tradunt hic aliquando in fœminam mutatus eſt, vel quia ſerpentes coeuntes videns, fœminam interemit, vel quod Palladem nudam conſpicatus eſt, poſtmodũ quum ſerpentem maſculum occidiſſet, iterum mas effectus eſt. Idem ab Iunone excæcatus eſt, quod arbiter electus, maiori cõcupiſcentia atque ardore fœminas quam viros flagrare iudicauerit, quam ob cauſam Iupiter eum vaticinandi arte donauit. authores Callimach. Homer. Pauſan. Euſtath. Strab. Ariſtoph. Lycoph. & Homeri interp. Athenæus, Diodor. Hygin. *Doctus, fatidicus, augur*. Ouid.

TISIPHONE vna Furiarũ, παρὰ τῦ τίνειν φονεῖς, quod puniat interfectores. *Pallida, vltrix*. Virg.

TITANES Cæli Terræque, quæ Titea dicta eſt, filii, numero 17. qui ab Ioue ſuperati in vincula apud inferos miſſi sũt, cuſtoſque Saturnus additus, ne vincula fruſtrentur. Eorum maximus Ophion monti, qui ab illo Ophionium dictus eſt, ſuppoſitus. Hos in Chalcide regnaſſe oſtendunt ritus religionũ, Briareo enim rem diuinam Caryſtij faciunt, ſicut Aegeoni Chalcidenſes, Solinus. Heſiod. Homeri interp. Orpheus, Diod. Hygi. *Genus antiquum terræ*. Virg. *impij, immanes, iuuentus fidens, horrida brachiis*. Horat. *validi*. Ouid.

TITHONVS Laomedonte & Strymo, ſiue Rhoeo Scamandri & Caſſandræ filia natus, quem ferunt ab Aurora in cœlum ſublatum, atque immortalitate donatum, atque illius ſucco

perfuſum

perfuſum,ad tantam perueniſſe ſenectutem, vt tandem optauerit mori,atque ita in cicadam verſum. Hom. & Lycoph.interp. Diodor *Phryx*. Ouid.

TITYVS Elares & Iouis filius, qui tamen Terræ creditus eſt,propterea quod mater eo grauida Iunonis metu eum in ſubterraneis peperit. Ab Apolline & Diana interfectus quod Latonæ vim inferre tentarit,vel quod Dianã corruperit,apud inferos in nouem iugera diſtentus Vultures paſcit,Homer. Euphorion, Apollon. interp. *Terræ alumnus*. Virg. *raptor*. Hor..

TMOLVS Lydiæ mons, à Tmolo Martis & Theogones filio Tantali patre,qui huic mõti imperauit,qui antea Timolus, & Carmonium,à Carmone Bacchi & Alexithoeæ filio, appellabatur,vitibus conſitus. In huius montis cacumine, quod vocant, Tempſin, 150. annis habitatores viuunt. Strab. Plutar. Tzetzes,Plin. *Arduus,ſacer*. Ob Bacchum cui propter vineta dicatus eſt, author Euripid. *ſanctus*. Ouid.

TOFVS, *ſcaber*. Virg. *leuis*. Ouid.

TOLVMNIVS Veientum rex,quem Cor. Coſſus tribunus militum equo deiectum interfecit,& interfecto ſpolia detraxit,caput abſciſſum ſpiculo gerens hoſtes fudit,Spolia opima in templo Iouis Feretrij prope Romuli ſpolia ſolenni dedicatione dono fixit. auth. Liuius. *Veiens,dux Veius*, Prop.

TONITRVS, *coruſcus*. Virg.

TORMENTVM pro ſupplicio,*durum*. Ouid.

TORMENTVM pro machina,*validũ*.Lucr.*murale*.Virg.

TORNVS,*facilis*. Virg.

TORPEDO,& Torpor, *grauis*. Ouid.

TORQVIS, *vnca*. Proper.

TORRENS,*rapidus*. Virg.*ſpumeus*. Ouid.

TRABEA Toga Augurum ex cocco & purpura, Romanorum Imperatorum inſigne,quam fibulis annectebãt circumdiſtinctam purpura & ſubtemine puniceo,gentilis ea veſtis Romanis valde honorifica,authores Dionyſ. Halicarnaſſ. & Seru. *parua,inſigne imperij*. Virg.

TRABES,*altæ*. Virg. *Hymettiæ*, Horat.hoc eſt marmoreæ, vt enim Strabo teſtatur, Effoſsio pulcherrimorum marmorum erat ex ora Hymettia. Et L. Craſſus orator, Plin. teſte, columnas Hymettias habuit,nec tamen plures ſex,aut longiores duodecim pedum,*longæ,ſolidæ*. Ouid.

TRACHIN Theſſaliæ vrbs, hoc eſt aſpera, Heraclea quoque dicta, cōditam ab Hercule Stephanus, à Lacedæmoniis Strabo retulit. Nouit & hāc Homerus, Sophocles & Ptolemæus Heracleam Pthiotidis appellant, Strabo, quandoque Trachiniam, duas eiuſdem nominis prodendo, nouam & veterem. Meminit & Diod. & Herodo. & Pli. *Herculea, aemonia.* Ouid.

TRAGOEDIA, *ſeuera.* Horat. *violenta, animoſa.* Ouid.

TRANSTRA, *iuga, longa.* Virg.

TREMOR, *gelidus.* Virg.

TRIBVLI, *aſperi.* Ouid.

TRIDENS Neptuni, *magnus.* Virg. *telum tricuſpe, longum.* Ouidius.

TRIPVS ſedes ænea habens tres aut quatuor pedes, & Deo dicata, ſuper quam Sibylla in Delphis ſedens diuino ſe ſpiritui exponebat, vnde diuini ignis radio illuſtrabatur, author Iamblichus, Diodorus quoque ſcriptum reliquit. Vatem vnam conſtituere, mox & ſubſtruxere machinam, qua conſcenſa vaticinari tuto poſſet. habebat illa baſes tres, inde & tripodis nomen indicum. Ariſtoph. item interpres Pythiam tripodi inſidentem oracula ædere ſolitam ſcribit. *ſacer.* Virg. *Phœbeus.* Ouid.

TRIPVDIVM, *citatum.* Catul.

TRIPTOLEMVS Celei & Meganiræ, vel vt alij ſcripſerunt, Metaniræ, vt alii, Deiopes filius, Muſæi carminibus, ſi tamen Muſæi ſunt, traditum eſt, Triptolemum Cœlo Terraque editum. Feruntur & Orphei verſus, quibus perhibetur Dyſaulem Eubuli & Triptolemi patrem extitiſſe, Choerilus Athenienſis Tragicus ſcriptum reliquit, ex Amphictyonis filiabus genitos Triptolemum, & Cercyona. Hunc Bacchus colendis Atticis agris præfecit. Eundem Ceres, (cuius ipſa fuerat nutrix, quique primus vera rota dicitur vſus) in curru Draconum collocatum, ne curſu moraretur, iuſſit omnium nationum agros circumeuntem ſemina partiri, modumque ſerendi docere quo facilius ipſi poſterique eorum à fero victu ſegregarentur. Bouem & Aratrū primus hominum inuenit, quanquam id alij Brigæ Athenienſi aſcribant. Ex Pauſan. Diod. Hygin. Plin. *puer monſtrator aratri.* Virg. *Mopſopius.* Ouid.

TRITON Neptuni ex Celæno Atlantis filius, vt ait Aceſander, Lycophronis interpres tradit Tritonem Neptuni ex Amphitrite filium, vmbilico tenus humanam ſpeciem habere, inde

vſque

vſque ad caudam Delphinis formam præferre,Pauſanias Tritonem à ſe viſum perhibet, fuiſſeque huiuſmodi: Commixta illum eſſe forma hominis cum piſce, caput enim capillo contectum habere,ſed qui neque facile diſterminetur,coloremque referat eiuſmodi,qualem in paluſtrium dorſis Rauunculorum eſſe conſpicimus. Naribus humanis,quamuis ſub auriculis branchias habere viſatur,os reſciſſum & latum,ferinique complures in eo dentes,& glauci oculi, manus cum articulis ad humanam effigiem expreſſis, digitorum vngulæ cochlearum oſtreis ſimillimæ. Reliquum corpus tenuibus contectum ſquamulis, caudatum deſinit in piſcem,quales Delphinorum extremæ partes. *Semiferus,immanis,citus.* Virg. *ceruleus,canorus.* Ouid.

TRITONIS concha, qua quondam viſum auditumque Tritonem in quodam ſpecu canentem Tiberio principi nuntiauit Olyſſiponenſium legatio ob id miſſa, Plinio author. Hāc quoque fertur cum inuentam excauaſſet ſecum ad Gigantes tuliſſe:& ibi ſonitum quendam inauditum per Concham miſiſſe. Hoſtes autem veritos ne qua eſſet immanis fera ab aduerſariis adducta,fugæ ſe mandaſſe: & ita victos in hoſtium poteſtatem perueniſſe. ex Hygin. *Sonax*, ſiue vt in nonnullis exemplaribus legitur *Sonans*. Ouid.

TRIVMPHVS,*ſuperbus, opimus.* Horat, *præclarus.* Tibull. *lætus,ſacer,magnificus.* Ouid.

TROCHVS,*græcus.* Horat. hoc eſt à Græcis inuentus,vnde & græcum nomen habet.

TROEZEN Achaiæ vrbs ſacra Poſſidoni, id eſt Neptuno fuit,a quo & Poſſidonia olim appellata. Ea ſtad. 15. à mari eminet, vrbs & ipſa inſignis. Cæterum cum Pelopis filij Troezen, atque Pittheus ex terra profecti eſſent Piſæa, alter quidem ſuum vrbi nomen reliquit,Pittheus vero poſt eum ſucceſſit in regno. Antea Aphrodiſias,& Saronia,& Apollonias dicta eſt, author. Euſtath. Plin. Euripid. Strabo. *Pittheia,alta,* Ouid.

TROIA regio, & vrbs Aſiæ, quæ prius Idæa, deinde Teucris,poſtremo Troia dicta eſt à Troe qui eam condidit, & à ſe denominauit, inter Idam atque mare iacens monti contigua, Strab. Suid. Stephan. *Dardania.* Catul. *Laomedontea,alta, Neptunia,antiqua,periura,tellus Idæa, dura.* Virg. *Aſſarici tellus.* Horat. *Bis Oetæi numine capta Dei*, Troia bis capta fuit numine Herculeo, ſemel ab ipſo Hercule, vt ſupra oſtendimus ex Homero,

Diodo-

Diodoroque. Iterum capta eſt ſagittis Herculeis quas Philoctetes poſſidebat, quæ fatum Troiæ fuerunt, quæque poſt Troiæ excidium in templo Herculis Thurini à Philoctete collocatæ ſunt. Eadem tertio ab Amazonibus capta eſt. Lycoph. interp. Pauſan. & Iuſtinus. *Neptunia mœnia.* Propert. *ingens, mœnia Phœbi.* Ouidius.

TROIANI, *Troiugenæ.* Lucret. *gens Hectorea, Dardanidæ, gens Dardania, Phrygij, Dardani, Rhœtei, Laomedontiadæ, gens Laomedontea, magni, gens Pergamea.* Virg. *Phryges, Iliaci.* Horat.

TROILVS Hecubæ Priami filius, vt alij Apollinis, ab Achille interemptus. Q. Calaber, Lycoph. interp. *infelix.* Virg.

TVBA, *rauca, barbara.* Lucretius. *Martia, æs cauum, æs canorum.* Virgilius. *Funeſta, querula,* Propertius, *terribilis, fera, canora* Ouidius.

TVBAE ſonitus, *terribilis, clangor Tyrrhenus.* Virgilius. Tubã enim æream Piſæus Tyrrhenus inuenit, author Plin.

TVBICEN, *bellicus,* Proper.

TVGVRIVM, *pauper.* Virgil.

TVLLVS Hoſtilius Romanorum rex, Numæ ſucceſſor, qui primus in purpura faſcibus vſus eſt, ac deinceps in ſua domo fulmine conflagrauit. Euſebius, Liuius. *Diues.* Horatius. Creuerat enim Roma Albæ ruinis, deuictiſque Sabinis in magna gloria, magniſque opibus regnum Tulli, ac tota res Romana fuit, author Liuius.

TVMVLTVS, *trepidus, fremitans.* Lucret. *cæcus, flagrans,* Virg. *tremendus.* Horat.

TVNICAE, *tenues.* Virg.

TVRBA, *ſonans.* Virg.

TVRBO in luſu puerorum, *volubile buxum.* Virg. *citus.* Tibul. *celer,* Ouidius.

TVRBO, *rapidus, violentus.* Lucr. *indomitus, niger.* Catullus. *ater.* Virg. *citus.* Horat. *nimboſus.* Ouid.

TVRDVS auis, *edax.* Horat.

TVRMAE, *denſe,* Tibul. *Fortes.* Prop.

TVRNVS rex Rutulorum, Dauni regis filius, Virgiliano carmine inſignis. *pulcherrimus, auis ataniſque potens, acer, Rutulus, audax, Auſonius, Daunius heros.* Virg.

TVRRIS, *alta, valida.* Lucret. *caua.* Virgil. *celſa.* Horatius. *ardua,* Ouidius.

TVRTVR

TVRTVR auis, *niger*. Ouid.

TVSCVLVM vrbs in conſpectu Romæ, quam vineta coronant, in colle ſita, inde Tuſculum dicta, quod difficilem aditum habeat, quaſi τὸ σκῦλον, id eſt vexans, Telegonus Vlyſſis & Circes filius Tuſculum regno tenuit, ibique Mamyliam filiã procreauit, à qua Mamilia familia orta eſt, authores, Strabo, Feſtus, Silius Italicus. *Telegoni iuga, Supernum, Circæa mœnia.* Horatius. *Mœnia Telegoni.* Propertius. *Facta Telegoni mœnia celſa manu.* Ouidius.

TVSSIS, *rauca.* Lucret. *Mala.* Catull. *Anhela.* Virg.

TYCHIVS ex Hyla vrbe Lydiæ cerdo excellentiſſimus, qui multa fabricatus eſt, præcipueque Aiacis ſcutum, author Homerus, Strabo, Stephanus. *Doctus.* Ouidius.

TYMPANVM quo vti ſolebant in ſacrificio matris deũ, authore Lucretio, Ouidio, Itemque Varro. Eandem, inquit, dicunt matrem magnam, quod Tympanum habeat, ſignificari eſſe orbem terræ. *Tentum.* Lucret. *Leue, tuba Cybeles, cauum.* Catull. *Molle.* Propertius. *Raucum.* Ouid.

TYPHOEVS gigas, qui & Typhon Homero, aliiſque nũcupatur, Terra, Tartaroque editus, vt alij Iunone tantum, centum capitibus inſignis, ex quibus ignem ſpirabat, cum Iupiter fulmine contactum monti ſuppoſuit qui vſque in hunc diem flammas euomit, author Heſiodus, Steſichorus, Strabo, Pindari interpres. *Arduus, Sæuus.* Virgil. *Centimanus, Terrigena, Typhon, terribilis, vaſtus, Gigas Trinacrius.* Ouid.

TYRANNVS, *ſæuus.* Virgilius. *purpureus.* Horat. *magnus.* Propertius.

TYRAS clarus amnis in Ponto oppido nomen imponens, Strab. Plin. Ptolemæus. *Nullo tardior amne.* Ouid.

TYRO Salmonei & Alcidices filia, quæ capta eſt amore Enipei fluminis labentis ex Salmone fonte Piſani agri in Alpheũ pulcherrimis vorticibus, Neptunus ſumpta forma Enipei ad hoſtium opertus ingenti vnda puellam compreſſit, nati inde ſunt Pelias & Neleus. Eadem nupſit Cretheo, peperitque Amythaonem, Aeſonem & Pheretem, authores Homerus, Diodor. Lycophronis interpres, Strabo, qui diſſentit à Propertio, qui Enipeum qui eſt in Theſſalia amatum à puella ſcribit. *Salmonis, flagrans Theſſalico Enipeo, candida.* Propertius. *Laudatiſſima forma.* Ouidius.

TYROS vrbs Phœniciæ, à Tyro Phœnicis filio, quondam inſula præalto mari ſeptingentis paſſibus diuiſa, Alexandri oppugnantis operibus continens, diſtat à Sidone non plus quam 200. ſtadia. Poſt Tyrum eſt antiqua Tyrus 30. ſtad. diſtãs, Steph. Strab. Plin. *Cadmea.* Proper. à Cadmo Phœnice oriundo vt ſupra oſtendimus. *Phœniſſa.* Ouid.

V

VACCAE, *Siculæ.* Hor. Vt illud Maronis:

Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.

VADIMONIA, *garrula.* Ouid.

VAGINA, *caua.* Virg.

VAGITVS, *æger, lugubris.* Lucret.

VALLIS, *conuallis, prona.* Catull. *ſaxoſa, ima, caua, gelida, depreſſa, vmbroſa, virens, reducta, obſcura.* Virg. *alta,* Tibull. *concaua, opaca, madida.* Ouid.

VALLVM, *acerrimum.* Proper.

VALLVS, *acutus.* Virg.

VANNVS, quæ & Vallus Varroni, cribrum areale Columellæ. *Myſtica Bacchi,* ob eam cauſam quod Liberi patris ſacra ad purgationem animæ pertinebant, & ſic homines eius myſteriis purgabantur, ſicut vannis frumenta purgantur, autho: Serui.

VAPOR, *tepidus, calidus.* Lucret. *humidus.* Ouid.

VARRO Atacinus poeta vico Atace in prouincia Narbonenſi natus, qui poſtea 35. ætatis ſuæ annum agens græcas literas ſummo ſtudio didicit, authore Euſeb. Argonautica Apollonium Rhodium ſecutus conſcripſit. Et puellam Leucadiã Elegis decantauit, Propertius, Ouid. Quintilianus. *Leucadiæ maxima flamma ſuæ* Proper. *Maris vates.* Ouid.

VAS, *cauum.* Ouid.

VATES, *pij, terrifici.* Virg. *Thuſci.* Tibull. Nam, vt ait Cicer. Quum magna vis videretur eſſe & in impetrandis, conſulendiſque rebus, & in monſtris interpretandis, ac procurandis in auſpicum diſciplina: omnem hanc ex Etruriã ſcientiam adhibebãt. *Fatidici,* Ouidius.

VATICINATIO, *ars Apollinea,* Ouid. Loca vero ac res vaticinatione inſignitæ fuerũt, Caſtaliæ fons, Colophoniũ fluctum, ſacra quercus. Dodonæus lebes, Tripus Cyrrhæa, Theſprotius Lebes, Ammonis oraculum in Libya, Iouis in Dodona, in Branchidis, Delo, Delphis, Colophone, Fuit & oraculum Clarij,

Pythij,

Pythij, Delij, Didymæi, Apollinis. Tum etiam in Lebadea Trophonij, in Oropo Amphiarai, in Tyrrhenorum finibus, & Chaldæorum Necromantiæ. Et alibi oracula Amphilochi, Glauci, Mopſi. ex Theodoreto.

VECTES, *erei.* Virg.

VEII vrbs opulentiſſima vrbium Etruſcarum, quæ magnitudinem ſuam vltima clade indicauit. Nam decem annos à Romanis obſeſſa, plus cladium intulit quam accepit, poſtremo operibus non vi expugnata eſt à Furio Camillo. Liu. *veteres.* Prop.

VELA, *ſinus, lintea, carbaſa, candida.* Catul. *Nautica,* Horat. *ſinuoſa.* Proper. *alba, fluitantia, concaua, fugacia.* Ouid.

VELLERA, *tenuia, Mileſia.* Virg. Lana laudatiſſima Appula, & quæ in Italia græci pecoris appellatur, alibi Italica, Tertiũ locum Mileſiæ oues obtinent, Appulæ breues villis, nec niſi penulis celebres circa Tarentum Canuſiumque ſummam nobilitatem habent, in Aſia vero eodem genere Laodiceæ, Albis circumpadanis nulla præfertur. Hæc Plinius. Itemque Columella. Oues generis eximij Calabras, Appulaſque, & Mileſias noſtri exiſtimabant. Meminit & Cic. in Verrem. *mollia.* Tibul.

VELLVS aureum, ſiue pellis aurea arietis, quo Phryxus & Helle vecti ſunt, quem quum Phryxus in Colchida delatus, ſecundum oraculum ſacrificaſſet, pellem in templo Martis ſuſpendit, Aeeta rex oraculo admonitus ſe tunc mortem obiturum cũ externi nauigio delati aureum vellus ſuſtuliſſent, hac ex cauſa oſtentauit ſe hoſpites ſacrificare, Templum quoque muro circumdedit, Draconemque inſomnem pellis cuſtodiæ incubãtem adhibuit, cuſtodeſque non paucos ex Taurica regione accitos appoſuit, Argonautæ Medeæ ope atque auxilio adiuti, cuſtodibus interfectis, dracone veneno ſublato, aureo vellere potiti ſũt. Diod. Hygin. Ouid. *Aurata pellis.* Cat. *radians, Phryxeum, fuluum, terga aurea.* Ouid.

VENA, *vitalis.* Lucret. *ſaliens.* Virg. *caua, trepida.* Ouid.

VENABVLA, *lata.* Virg. *ſplendida, cornea.* Ouid.

VENATOR, *citus.* Horat.

VENATVS, *durus.* Ouidius. Huius inuentorem Perſeum fuiſſe canit Oppianus.

VENAFRVM oppidum Campaniæ, vnde oleum optimũ. Oppidulum quidem ipſum in vertice ſitum eſt, præter cuius radicem Vulturnus amnis excurrit, Strab. Plin. *viride.* Horat.

ſicit curas quas Græci ἀκίδας dicunt, vel certe à fonte Acidalio qui eſt in Orchomeno Bœotiæ ciuitate, in quo ſe Gratiæ lauant quas Veneri conſtat eſſe ſacratas, ipſius enim & Bacchi filiæ ſunt, author Seruius. Acidalij fontis meminit & Suidas, & magnum Etymologicon. *Dionæa, pulcherrima, Idalia, diua creatrix, dea candida, aurea.* Virgilius. Epitheton quo frequentiſſime Homerus vtitur. Dicta aurea à campo Memphi proximo qui Aureus dicitur, vbi Veneris aureæ templum extabat. Colebatur & Venus aurea apud Lesbum, quemadmodum & apud Lycios olympiæ nomine, authores Proclus Lycius in hymnis, D. Iuſtinus martyr. Interpres Homer. Diodor. *Erycina*. Venus (inquit Diodor.) commorata eſt in Sicilia circa Erycem, in Cypro circa Cythera, ac Paphum, in Aſia circa Syriam, ob eas peregrinationes Venerem tum Erycinam, tum Cythercam, tum Paphiam, tum Syriam incolæ appellarunt. *Ridens*, quia teſte Heſiodo, ridens apparuit cum primum in lucem prodiit, inde ei frequens Epitheton φιλομειδὴς apud Homerum. *Diua potens Cypri, mater ſæua Cupidinum, decens, regina Cnidi,* Cnidos Rhodiorum inſula, vbi Venus Praxitelis opus, quam vt viderent multi nauigauerunt Cnidum, author Plinius. *Regina Paphi, Læta, marina.* Horatius. *Magna, mitis, Leuis, Cypria*, Tibullus. *Geminorum mater amorum; Cythereia, tenera, Aeneæ genitrix, æquare nata, pæta, Dione, pulchra, blanda, Appias.* Ouidius ab aqua Appia Veneris templo è marmore facto ſubdita, vt ſupra diximus.

VEPRES, *hirſuti.* Virg.

VER, *iucundum.* Catul. *Purpureum, nouum, bimbriferum, ſerenum, rubens, hudum, ſudum.* Virg. *Breue, tepidum.* Ouid.

VERBENA, herba quam Romani Verbenacam quoque, & Criſtam gallinaceam vocant, qua nulla nobilitatis Romanæ plus habet. Nō aliunde ſagmina in remediis publicis fuere, & in ſacris legationibus quàm verbenæ Hac ſemper & legati cum ad hoſtes, clarigatūque mitterentur vſi, id eſt res captas clare repetitum, vnus itaque Verbenarius vocabatur. Hac Iouis mēſa verritur, domus purgantur luſtranturque. Genera eius duo ſunt, ramuli vtriuſque plures, tenues, cubitales, anguloſi, folia minora quàm quercus, anguſtioraq; diuiſuris maioribus, color glaucus, radix longa, tenuis, Naſcitur vbique in planis aquoſis. Ex Dioſc. Pli. *Pinguis*, Vir, *Caſta*, Hor. hoc eſt pura, ſacra, vt exponit Acrō.

VERBERA, *ſæua*. Virgilius.

VERITAS, *nuda*. Horatius.

VERMINA, *ſæua*. Lucretius.

VERTEX, *altus, ſublimis*. Virgilius.

VERTIGO, *torta*. Propert.

VERTVMNVS deus, Etruriæ princeps, cuius ſignum colebatur Romæ in vltimo vico Thurario ſub baſilicæ angulo flectentibus ſe ad dexteram. Deus autem eſt vertendarum rerum, hoc eſt mercaturæ, . Vertumnalia menſe Octobri agebantur, Varro, Aſconius Pædianus, cauſas nominis percurrit Propert. *Thuſcus*. Propert. *Iuuenis*. Ouidius.

VERV telum, *Sabellum*. Virgilius.

VESPERTILIO, *leuis*, Ouidius.

VESTA Saturni Rheæque filia, quæ prima ſtructuram domus inueniſſe fertur, authores Homer. Orpheus, & Diodor. Veſtæ ante alios deos ſacrificare priſcos conſueuiſſe teſtatur Pauſanias. L. Florus ſcribit imprimis focum Veſtæ Virginibus colendum Numam dediſſe, vt ad ſimulacrum cæleſtium ſiderum cuſtos imperij flamma vigilaret. Nec aliud Veſtam quàm viuam flammam intelligendum docuit Ouidius, cui Plotinus quoque aſſentit. Plura apud Plutarchum, & Dionyſium Halicarnaſſeum. *Mater, potens, æternus ignis, Ignes æterni, cana*. Virgilius. *Aeterna*. Horat. *Sacra*. Propert. *Troica*. Hoc enim numen Troianum fuit, & ſacra Veſtæ ex Troia in Italiam vexit Aeneas. Templum illi Albæ erexit Aſcanius, authores Dionyſius, & Macrobius, & Silius canit.

Et vos virginea lucentes ſemper in ara
Laomedonteæ Troiana altaria flammæ.

Iliaca, caſta. Ouid. Nam & Veſtales 30. annos neceſſe erat manere innuptas & caſtas, author Plutarchus.

VESTALIS virgo, *Troica ſacerdos, virgo tacita*. Horatius. Quædam enim ſacra Veſtæ erant quæ aliis videre nec proferri quàm Veſtalibus licebat, quædam inſuper erant in templo quorum neque Pontifices, neque virgines cognitionem haberent, Dionyſ. Plutarch. *Sacerdos æterna* Ouid. Nam tametſi licebat illis 30. anno tranſacto impune nubere depoſitis vittis ac reliquis ſacerdotij inſignibus, pleræque tamen ad ſenſum & mortem vſque pudicitiam virginitatemque ſeruabant, deterritæ maxime earum quæ nupſiſſent infelicibus exitibus. Plutarc.

VESTAE

VESTAE templum, *ædes tacita*. Ouid.

VESTIS acu facta, *Phrygia veſtis*, Virgil. Nam acu facere id eſt pingere Phryges inuenerunt, ideoque Phrygiones appellati ſunt, author Plin.

VESVLVS mons celſiſſimum in cacumen elatus in finibus Ligurum, Pli. Solinoque, vnde Padus profluit. *pinifer*. Virg.

VETERNVM, *olidum*. Catul. quoniam, vt ait Ariſt. putredo quiete interioris qualitatis conſiſtit, & partes corporis quæ minime reſpirare poſſunt, immobileſque habentur, male olent. *graue*, Virg.

VETVSTAS, *longinqua*, Virg. *inuidioſa, ſpatioſa, edax, longa, tabida*, Ouid.

VFENS flumen ſupra quod Tarracina oppidum, Plin. *Oſſidus*, Virg.

VIATOR, *cautus*, Ouid.

VIBVRNA, *lenta*, Virg.

VICIA legumen, *tenuis*, Virg.

VICTI, *triſtes*, Virg.

VICTORIA, *palma, nobilis*, Horatius. *Diua ſuperba*, Tib. *ardua*, Ouidius.

VIMEN, *tenue, lentum*, Virg. *Fruticoſum*, Ouid.

VINCVLA, *tenacia, arcta*. Virg. *turpia*, Prop. *Grauia*, Ouid.

VINDEMIA, *mitis*, Virg.

VINETA, *læta*, Lucret.

VINVM, *latex vitigenus, Bacchus*, Lucr. *Thyonicum*, Catull. à Semele Bacchi matre, quæ Thyone à ſacrificiis ei impenſis dicta eſt, vt ait Diodorus, quanquam Panyaſis Thyonen Bacchi nutricem canit. *donum Baccheium, Latex Lyæus, liquens, Mæonium* Virg. aut Tmolium intelligit, cui per ſe non eſt gratia, vt vino, ſed cuius dulci admiſto reliquorum duritia ſuauitatem accipiat, ſimul & ætatem, quoniam vetuſtiora protinus videntur, authore Plin. aut vero Nectar; quod circa Olympum Lydiæ fieri prodit Athenæus, aut Meſſogite, à monte Lydiæ qui Meſſogis dicitur. Steph. Strab. *Lyæus, iocoſum*, *Mareoticum*, hoc eſt Alexandrinum, à Maria fonte in Alexandria, & eiuſdem nominis ciuitate fonti contigua, quæ prius quidem maxima fuit, nunc autem vicus, quæ nomen accepit à Marone Bacchi exercitus duce, vt ſcribit Athenæus. *Cæcubum*, Cæcubus ager Campaniæ ſinui Caietano proximus, Cæcubo vino antea generoſitas erat cele-

berrima in paluſtribus populeis ſinu Amyclano, Strab. Athenæus, Plin. *Chium*, à Chio inſula Ioniæ, poſita inter Samum & Lesbum, quam Aethaliam Ephorus priſco nomine appellat, Metrodorus & Cleobulus Chiam, à niue quæ χιὼν dicitur, itēq; Macrin, & Pityuſam, quæ præter inſigne marmor habet & vinum. Et apud Chios vinum nigrum factum fuiſſe tradidit Theopompus, primoſque ab Oenopione Liberi patris filio, qui inſulam tenuit, vitem ſerere didiciſſe, authores Plin. & Athenæus. *Dulce*. Horatius. *Iſmarium, Maroneum*, Vino antiquiſſima claritas Maroneo in Thraciæ maritima parte genito, quod vicies tanto addito aquæ miſcendum Homer. prodidit. Illac quum nauigaret Vlyſſes, eodem authore, à Marone Euanthis filio ſacerdote Apollinis qui Iſmarum montem tenebat, cum alia dona accepit, tum vires vino Maroneo plenos, quorum vnum poſtea ſecum detulit in antrum Polyphemi, & illum ſopiuit, propinatis eo aliquot calicibus. *Methymnæum*. Propert.

VINVM Ariuſium, non autem Aruiſium, inter Chia vina gratioſius, & græcanicorum optimum, cuius genera tria, auſterum, dulce, & inter hæc medium, ab Ariuſia Chij loco aſpero, & importuoſo ſtadiorum 300. quod quia eſſet optimum Ariſteum vocabant, authores Athenæus, Pollux, Strabo, Stephan. Ser. Plinij, niſi quod apud Stephanum Arſyſia non Ariuſia legitur. Certe in græcis quos ego viderim codicibus Athenæi & Strabonis, necnon in antiquiſſimis Virgilianis exemplaribus Ariuſia conſtanter legitur. *Nouum nectar*. Virgilius.

VINVM Falernum inter Italica commendatū. Secunda authoritas Falerno agro erat, & ex eo maxime Fauſtiniano, Exoleſcit hoc quoque copiæ potius, quam bonitati ſtudentium. Falernus ager à Ponte Campano læua petentibus vrbanam Coloniam Syllanam Capuæ contributam incipit, Fauſtinianus autem circiter quatuor miliaria à vico prope Cedias, qui vicus à Sinueſſa ſex milibus abeſt. nec vlli in vino maior authoritas. Solum vinorum hoc flamma accenditur. Tria eius genera, auſterum, dulce, tenue. Quidam ita diſtinguunt. Summis collibus Gauranum gigni, medijs Fauſtinianum, imis Falernum, ex Plin. Athenæo, Strab. *Seuerum, ardens*. Horat. *Fumoſum*. Tibull.

VINVM Lesbium, quod modice aluum aſtringit, facileque egeritur, Lesbium Chio addidit Eraſiſtrati maximi medici authoritas, circiter 600. annum vrbis Romæ. Habetur & Protro-

pon

non inter tranſmarina vinum, quod in Lesbo dulce naſcitur, & iam Prodromon vocatum ab aliquibus, author. Athenæus, Plin. *Innocens.* Horatius.

VINVM Maſſicum, quod æque cum aliis certat ex Maſſico, Gauranoque monte Puteolos, Baiaſque proſpectans, Plin. *Bacchi maſsi. us humor.* Virgil. *Obliuioſum.* Horat.

VIOLAE, quibus grandis eſt honos. Earum plurima genera, *purpureæ, Luteæ, albæ, nigræ.* Plantis omnes vt holus ſatæ, Hippocrates, Theophr. Plin. Cæterum Viola grecis Ios dicitur, ab Io Inachi filia, cui terra Violam in pabulum protulit, author Conſtantinus Cæſar. *Molles, pallentes, nigræ.* Virg.

VIOLENTIA, *vehemens*, Lucretius.

VIPERA ſerpens quæ ſola terra dicitur condi. Huius dentes gingiuis conduntur. Hæc eadem prægnans veneno, impreſſo dentium repulſu virus fundit in morſus, author Plinius. *Mala.* Virgilius. *Atra.* Horatius.

VIR, *audax.* Tibullus.

VIRES, *robuſtæ, viuidæ, acres, validæ,* Lucret. *Duræ.* Virg.

VIRGILIVS Maro, in cuius Laudes ſequendas Virgilio laudatore opus foret. *Felix Aeneidos author, ſummus.* Ouid.

VIRGINITAS, *Seuera.* Ouidius.

VIRGINES, *teneræ.* Catul. *Nitidæ,* Horat.

VIRGO ſignum cæleſte quam Heſiodus Iouis & Themidis filiam dicit. Aratus autem Aſtræi & Auroræ filiam exiſtimat, quod eodem tempore fuerit quum aurea ſecula hominū, & eorum principem fuiſſe demonſtrat, propter diligentiam & æquitatem Iuſtitiam appellatam. Neque illo tempore ab hominibus exteras nationes bello laceſsitas eſſe, neque nauigio quemquam vſum eſſe: ſed agris colendis vitam agere conſueuiſſe. Sed poſteros qui ſint nati minus officioſos, magis auaros cœpiſſe fieri. Quare minus Iuſtitiam inter homines fuiſſe verſatam. Denique eam peruenisse vſque eo dum diceret. Heu heu heu genus hominum natum. Itaque non potuiſſe pati amplius, & ad ſidera euolaſſe. Sed hanc alij Fortunam, alij Cererem dixerunt, & hoc magis non conuenit inter eos, quod caput eius nimium obſcurū videtur. Nonnulli etiam Erigonen Icari filiam dixerunt. Alij autem Apollinis filiam ex Chryſothemi natam, & infantē Parthenon dictam, eamque quod parua interierit ab Apolline inter ſidera collocatam Hæc ex Hygino. *Erigone, Iuſtitia.* Virg.

VIRGVLTA,*tenera,auia,tarda.* Virg.

VIRTVS,*feruida,egregia.* Catul. *viuida,*Virg. *ardua,*Hor. *viuax,expers ſepulchri.* Ouid.

VITA,*dulcis,fugiens,*Lucret.

VITIS primum in Olympia prope Alpheum inuenta. Eſt autem Elidis locus ſtadiis octo ab ea diſtans, vt Theopompus ait, contra Hellanicus ſcriptum reliquit inuentam in Plinthine Aegypti vrbe,quam ob cauſam Dion Academicus vinoſos Aegyptios appellauit. author Athenæus *lenta.* Catull *læta, alma, precia.* Cuius duo genera magnitudine acini diſcernuntur, quibus materies plurima,vnaque ollis vtiliſſima,folio apio ſimilis. Plin. Columella. *Purpurea, Rhætica*, quam præcipue Cato laudibus extulit. Et Plin. In Veronenſi item Rhætica, Falernis tantum poſthabita à Virgilio. Eſt & Rhætica eodem authore vitis à maritimis alpibus appellata, breuis, conferta acino, degener vino. *Argitis minor*. Virg. à Candore dicta vt ait Probus, in ſublimibus fertilis,vaſtis materiis & vuis exhuberat, humillimis tabularis aptior,auth. Columel. *Fœcunda, Falerna.* Horat. *Tenera,* Tibull. *Pampinea.* Ouid.

VITES Amminææ, ab Ammineis Theſſaliæ populis qui ſuæ regionis vites in Italiam tranſmiſerunt,vt tradit Ariſtoteles in Politicis. Macrobius ait Ammineos fuiſſe vbi nunc Falernus ager. genus quoque vitis Amminææ minoris vulgo notiſsimæ, quæ Campaniæ celeberrimos Veſuuij colles, Surrentinoſque veſtit,agnoſcit Columella,ſolaſque ab antiquis agnitas atteſtatur, & ſuis quoque temporibus vetuſtiſſimas quaſque vineas Ammineas exiſtimatas. Principatus datur Ammineis teſte Plinio,propter firmitatem,ſenioque proficientem vini eius vbique vitam. *Firmiſsima vina.* Virgil.

VITIS Bumaſthos,alba,nigraque,dicta quod imitetur papillas bouis,Plinius,Probus. *Tumidis racemis.* Virg.

VITIS Lageos,Leporaria Latine dicta, quæ non reperitur in Italia,Seru. Plin. *Tenuis,tentatura pedes olim, vincturaque linguam,* Virgilius.

VITIS Pſythia,*paſſo vtilior.* Virg. Paſſum,hoc eſt dulce vinum.genera habet laudata Pſythium,& à colore appellatum nigro Melampſythium,ſuum ſaporem non vini referentia, Athenæus & Plinius.

VITIS Rhodia, *diis, ac menſis accepta ſecundis.* Virgilius.

Vinum

Vinum Rhodium Coo ſimile, in ſole quadriennio maturandum, auth: Plin. & Athenæus.

VITRVM. *ſplendidum, perlucidum*, Horat. *Clarum*. Ouid.

VITTA, *mollis, niuea, virginea, pia, ſacra*, Virgil. ob Veſtales virgines. *Crinalis, albens, lenis*. Ouid.

VLMVS arbor, cuius genera duo græci nouere, Montoſam quæ ſit amplior, Campeſtrem quæ fruticoſa, Italia vocat Attineas excelſiſſimas, & ex iis Sicanas præfert quæ non ſint riguæ, Alterum genus Gallicas, Tertium noſtrates, denſiore folio, & ab eodem pediculo numeroſiore, Quartum Syluestre. Attineæ non ferunt Samara, ita vocatur Vlmi ſemen, omneſque radicum plantis præueniunt, reliquæ ſemine, Plinius. *Aeria, alta, frondoſa, fortis, fœcunda frondibus, opaca*. Virgilius. *Denſa, amiſſa vitibus*. Ouidius.

VLNAE, *molles, teneræ*, Ouid.

VLVLATVS, *acutus*, Cat. *Tremulus*, Virg. *Querulus*. Ouid.

VLVA, *viridis, glauca, paluſtris*, Virgil. *Sterilis, grata paludibus, leuis, mollis, flaminea*. Ouid.

VLYSSES Laerte & Anticlea natus, vt ait Homerus, cõplures Anticlea & Siſypho Aeoli filio genitum prodidere, vt Euripides, Sophocles Aeſchylus, Iſter, Lycophronis interpres; Præter Telemachum, & Telegonum, Euryalum quoque ex Euippe Terymnæ filia in Epiro ſuſtulit, quem quum domum reuertiſſet per imprudentiam occidit, vt habes apud Parthenium. *Dulichius, durus, pellax, Ithacus, ſcelerum inuentor, Aeolides, infelix, hortator ſcelerum, fandi fictor, ſæuus*, Virg. *Laborioſus* Horat. *Audax*. Tibullus, *Miſer*, Propert. *Laertiades, Laertius heros, facundus, experiens, ſollers, Icarij gener, Siſyphides, Neritius heros, aptus furtis*, Ouidius.

VMBRA, *nigra*, Lucret. *Frigida, viridis, pallens, mollis, gelida, humens, cana, horrens, obſcura, cæca*, Virg. *Lubrica*, Ouid.

VMBRAE, *Manes, grex niger*, Horat. *Turba pallida*, Tibull. *Mutæ, luridæ*, Propert. *Stygiæ, leues, deformes, Tartareæ, populi leues, graciles, vanæ*. Ouidius.

VMBRI Italiæ gẽs antiquiſſima, vt quos Ombrios à græcis putent dictos quod inundatione terrarum himbribus ſuperfuiſſent. 300. eorum oppida Thuſci debellaſſe reperiuntur. Cæterum Vmbri ad Apenninum Adriatico vicinum pelago ſeſe habent primi, ciuſque latus vtrumque habitant, in Sabiniæ, ac

Thuſciæ medio poſiti, monteſque tranſgreſsi, vſque Ariminum, Rauennamque procedunt. Strabo, Plin. Polybius. *Parci.* Cat.

VMBRIA Vmbrorum regio, *Fertilis, huber*, Propert.

VNDAE, *glaucæ, ſpumantes, rapidæ, ſalſæ.* Lucret. *Liquidæ* Catul. *Crepitantes, ſpumoſæ, Spumeæ.* Virgil. *Ceruleæ, fluitantes, leues.* Tibull. *Fluuiales, tenues, nitidæ, vitreæ, rapaces, vagæ, labentes, fallaces, ventoſæ, liquentes* Ouid.

VNGVES, *vnci*, Lucr. *tenues.* Cat. *teneri.* Prop. *adunci.* Ouid.

VNGVLA, *leuis, dura.* Ouidius.

VOLATVS, *Celer.* Ouid.

VOLEMA, Pyrorum genera, quod volam manus implēt. Volema dixit Virg. à Catone ſumpta, qui & Sementina, & Muſtea nominat, Plin. Seru. *Grauia.* Virgilius.

VOLSCI populi in Latio Romæ appoſiti, Strabo, Plin. *Veruti*, Iaculo vtentes in modum veru, vel quia verutis pugnant ait Seru. Verutum vero, Nonio, telum breue & anguſtum, quo verbo Varro, Salluſtiuſque vtuntur. *Gens Volſca.* Virg.

VOLVMINA, *Sinuoſa.* Virgilius.

VOLVPTAS, *iucunda, dux vitæ, dia, blanda*, Lucret.

VOMER, & Vomis, *vncus, ferreus*, Lucret. *Pronus.* Catull. *Durus.* Virg. *Curuus, aduncus.* Ouid.

VORAGO, *profunda, tenax*, Catullus.

VORTEX, *rapidus.* Virg.

VOTA, *ſolennia, ſupplicia.* Virg. *Pia, timida.* Ouid.

VRBES, *magnæ* Lucret. *Altæ, celſæ.* Virg. *Graues.* Ouid.

VRI, in ſaltu Hercynio Germaniæ, quos imperitum vulgus Bubalos vocat, cum budali pene ad ceruinam faciem in Africa procreentur. Iſtis porro quos Vros dicimus Taurina cornua adeo protenduntur, vt dempta ob inſignē capacitatē inter regias menſas potuum gerula fiant, Cæſar, Solinus. *Syluestres.* Virg.

VRNA, *capax* Horat. *Fictilis.* Propert.

VRII Apuliæ montes, vbi Veneris celeberrimū quondā tēplū fuit, teſte Iouiano Pontano. At vero Pet. Bembus in eo lib. qui de Culice Virg. & Terentij fabulis inſcriptus, eleganter ſubtiliterque Aerios, i. Paphois, & legit, & interpretatur, ab Aeria Herculis, ſiue Aeriæ filio, nobiliſsimi in Cypro delubri Veneris Paphiæ conditore, Corn. Tacit. Cæterum qui Erios ex Diodo. ſcribendum tradunt, quod Erij montes amœniſsimi ſint in Sicilia, cuius montes Veneri ſacros eſſe Ouid. atteſtatur, quum ait:

Tu qua-

Tu quoque quæ montes celebras Erycina Sicanos. Hi admonendi ſunt in codicib. Diod. manu ſcriptis non Erios, ſed ἡρῷα ὄρη, i. Heræos mõtes haberi. Quoquomodo legatur, illud ſatis ex Mela auctoritate conſtat, Vriã ſinum eſſe continuo Appulo litore incinctum. Vriã quoq; apud Pli. iuxta Sypuntum collocari, itemq; Vreum Apuliæ vrbem à Strab. connumerari. *aperti.* Catul.

VRSA maior, ſiue Arctos, ſidus, quæque Calliſto Lycaonis Arcadum regis filia eſſe putatur, ab Ioue ob ereptam virginitatẽ inter ſidera collocata. Hoc ſignum, vt plures dixerunt, non occidit, & qui volunt aliqua de cauſa eſſe inſtitutum, negãt Tethym Oceani vxorem id recipere, cum reliqua ſidera eo perueniant in occaſum quod Tethys Iunonis ſit nutrix, cui Calliſto ſuccubuerit vt pellex. Eadẽ plauſtrum & Septentrio nominatur à ſeptem ſtellis, ex quibus quaſi iunctis Triones figurantur. Helice à græcis qui eam in nauigando obſeruant appellatur, propterea quod circa polum Boreum, qui ſemper videri poteſt, verſetur. Aratus. Hygi. Pauſ. Varro, Plin. *clara, Lycaonis Arctos, gelida, Oceani metuens æquore tingi.* Virg. *immunis æquoris, Parrhaſis, virgo Tegeæa, Mænalia, Lycaonia, Erymanthis, Mænalis, ſicca.* Ouid.

VRSA minor, quam plerique Cynoſuram vocant, vna ex Iouis nutricibus, Phœnice dicta, à Thalete Phœnice eius inuentore, quique primus eam Arcton appellauit. Hanc Phœnices obſeruant, & ſtudioſius perſpiciendo diligentius nauigare exiſtimantur, & vere eam ab inuentoris nomine appellant. Vrſæ Arctico circulo clauſæ, ita collocatæ ſunt, vt alterius vnaquæque earum reſupinata caput alterius tegere videatur, ita tamen vt caput alterius quæ ſuperior fuerit ad caudam inferioris contendat, Hyginus. *Arctos, Oceani metuens æquore tingi,* Virgilius. *Cynoſura.* Ouid.

VRSA, *Libyſtis.* Virg. *Squalida.* Ouid.

VRSI, *informes.* Virg. *Turpes, auidi, armati vnguibus.* Ouid.

VRTICA, *mordax.* Ouid. Eiuſdem nominis eſt animal marinum quod græce ἀκαλύφη dicitur authore Gellio.

VTILITAS, *bona,* Ouidius.

VVA, *fertilis.* Virg. *Falerna.* Horat. *Dulcis, iucunda.* Tibull. *Racemifera, tumida, nitens.* Ouidius.

VVLCANVS Ioue & Iunone natus vt canit Homerus. Heſiodus enim Iunone tãtummodo genitum perhibet, Vulcanũ ferri, æris, auri, argenti omniumque quæ igne fabricantur artem

TYROS vrbs Phœniciæ, à Tyro Phœnicis filio, quondam inſula præalto mari ſeptingentis paſſibus diuiſa, Alexandri oppugnantis operibus continens, diſtat à Sidone non plus quam 200. ſtadia. Poſt Tyrum eſt antiqua Tyrus 30. ſtad. diſtãs, Steph. Strab. Plin. *Cadmea.* Proper. à Cadmo Phœnice oriundo vt ſupra oſtendimus. *Phœniſſa.* Ouid.

V

VACCAE, *Siculæ.* Hor. Vt illud Maronis:

Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.

VADIMONIA, *garrula.* Ouid.

VAGINA, *caua.* Virg.

VAGITVS, *æger, lugubris.* Lucret.

VALLIS, *conuallis, prona.* Catull. *ſaxoſa, ima, caua, gelida, depreſſa, vmbroſa, virens, reducta, obſcura.* Virg. *alta,* Tibull. *concaua, opaca, madida.* Ouid.

VALLVM, *aceruum.* Proper.

VALLVS, *acutus.* Virg.

VANNVS, quæ & Vallus Varroni, cribrum areale Columellæ. *Myſtica Bacchi,* ob eam cauſam quod Liberi patris ſacra ad purgationem animæ pertinebant, & ſic homines eius myſteriis purgabantur, ſicut vannis frumenta purgantur, autho. Seru.

VAPOR, *tepidus, calidus.* Lucret. *humidus.* Ouid.

VARRO Atacinus poeta vico Atace in prouincia Narbonenſi natus, qui poſtea 35. ætatis ſuæ annum agens græcas literas ſummo ſtudio didicit, authore Euſeb. Argonautica Apollonium Rhodium ſecutus conſcripſit. Et puellam Leucadiã Elegis decantauit, Propertius, Ouid. Quintilianus. *Leucadiæ maxima flamma ſuæ* Proper. *Maris vates.* Ouid.

VAS, *cauum.* Ouid.

VATES, *pij, terrifici.* Virg. *Thuſci.* Tibull. Nam, vt ait Cicer. Quum magna vis videretur eſſe & in impetrandis, conſulendiſque rebus, & in monſtris interpretandis, ac procurandis in auſpicum diſciplina: omnem hanc ex Etruriã ſcientiam adhibebãt. *Fatidici,* Ouidius.

VATICINATIO, *ars Apollinea,* Ouid. Loca vero ac res vaticinatione inſignitæ fuerũt, Caſtaliæ fons, Colophoniũ fluctum, ſacra quercus. Dodonæus lebes, Tripus Cyrrhæa, Theſprotius Lebes, Ammonis oraculum in Libya, Iouis in Dodona, in Branchidis, Delo, Delphis, Colophone, Fuit & oraculum Clarij, Pythij,

Pythij, Delij, Didymæi, Apollinis. Tum etiam in Lebadea Trophonij, in Oropo Amphiarai, in Tyrrhenorum finibus, & Chaldæorum Necromantiæ. Et alibi oracula Amphilochi, Glauci, Mopſi, ex Theodoreto.

VECTES, *erei.* Virg.

VEII vrbs opulentiſſima vrbium Etruſcarum, quæ magnitudinem ſuam vltima clade indicauit. Nam decem annos à Romanis obſeſſa, plus cladium intulit quam accepit, poſtremo operibus non vi expugnata eſt à Furio Camillo. Liu. *veteres.* Prop.

VELA, *ſinus, lintea, carbaſa, candida.* Catul *Nautica,* Horat. *ſinuoſa.* Proper. *alba, fluitantia, concaua, fugacia.* Ouid.

VELLERA, *tenuia, Mileſia.* Virg. Lana laudatiſſima Appula, & quæ in Italia græci pecoris appellatur, alibi Italica, Tertiũ locum Mileſiæ oues obtinent, Appulæ breues villis, nec niſi penulis celebres circa Tarentum Canuſiumque ſummam nobilitatem habent, in Aſia vero eodem genere Laodiceæ, Albis circumpadanis nulla præfertur. Hæc Plinius. Itemque Columella. Oues generis eximij Calabras, Appulaſque, & Mileſias noſtri exiſtimabant. Meminit & Cic. in Verrem. *mollia.* Tibul.

VELLVS aureum, ſiue pellis aurea arietis, quo Phryxus & Helle vecti ſunt, quem quum Phryxus in Colchida delatus ſecundum oraculum ſacrificaſſet, pellem in templo Martis ſuſpendit, Aeeta rex oraculo admonitus ſe tunc mortem obiturum cũ externi nauigio delati aureum vellus ſuſtuliſſent, hac ex cauſa oſtentauit ſe hoſpites ſacrificare, Templum quoque muro circumdedit, Draconemque inſomnem pellis cuſtodiæ incubãtem adhibuit, cuſtodeſque non paucos ex Taurica regione accitos appoſuit, Argonautæ Medeæ ope atque auxilio adiuti, cuſtodibus interfectis, dracone veneno ſublato, aureo vellere potiti sũt. Diod. Hygin. Ouid. *Aurata pellis.* Cat. *radians, Phryxeum, fuluum, terga aurea.* Ouid.

VENA, *vitalis.* Lucret. *ſaliens.* Virg. *caua, trepida.* Ouid.

VENABVLA, *lata.* Virg. *ſplendida, cornea.* Ouid.

VENATOR, *citus.* Horat.

VENATVS, *durus.* Ouidius. Huius inuentorem Perſeum fuiſſe canit Oppianus.

VENAFRVM oppidum Campaniæ, vnde oleum optimũ. Oppidulum quidem ipſum in vertice ſitum eſt, præter cuius radicem Vulturnus amnis excurrit, Strab. Plin. *viride.* Horat.

VENTER

ticit curas quas Græci ἀκίδας dicunt, vel certe à fonte Acidalio qui eſt in Orchomeno Bœotiæ ciuitate, in quo ſe Gratiæ lauant quas Veneri conſtat eſſe ſacratas, ipſius enim & Bacchi filiæ ſunt, author Seruius. Acidalij fontis meminit & Suidas, & magnum Etymologicon. *Dionæa, pulcherrima, Idalia, diua creatrix, dea candida, aurea.* Virgilius. Epitheton quo frequentiſſime Homerus vtitur. Dicta aurea à campo Memphi proximo qui Aureus dicitur, vbi Veneris aureæ templum extabat. Colebatur & Venus aurea apud Lesbum, quemadmodum & apud Lycios olympiæ nomine, authores Proclus Lycius in hymnis, D. Iuſtinus martyr. Interpres Homer. Diodor. *Erycina*. Venus (inquit Diodor.) commorata eſt in Sicilia circa Erycem, in Cypro circa Cythera, ac Paphum, in Aſia circa Syriam, ob eas peregrinationes Venerem tum Erycinam, tum Cythercam, tum Paphiam, tum Syriam incolæ appellarunt. *Ridens*, quia teſte Heſiodo, ridens apparuit cum primum in lucem prodiit, inde ei frequens Epitheton φιλομμειδὴς apud Homerum. *Diua potens Cypri, mater ſæua Cupidinum, decens, regina Cnidi,* Cnidos Rhodiorum inſula, vbi Venus Praxitelis opus, quam vt viderent multi nauigauerunt Cnidum, author Plinius. *Regina Paphi, Læta, marina.* Horatius. *Magna, mitis, Leuis, Cypria*, Tibullus. *Geminorum mater amorum; Cythereia, tenera, Aeneæ genitrix, æquore nata, pæta, Dione, pulchra, blanda, Appias.* Ouidius ab aqua Appia Veneris templo è marmore facto ſubdita, vt ſupra diximus.

VEPRES, *hirſuti.* Virg.

VER, *iucundum.* Catul. *Purpureum, nouum, bimbriferum, ſerenum, rubens, hudum, ſudum.* Virg. *Breue, tepidum.* Ouid.

VERBENA, herba quam Romani Verbenacam quoque, & Criſtam gallinaceam vocant, qua nulla nobilitatis Romanæ plus habet. Nō aliunde ſagmina in remediis publicis fuere, & in ſacris legationibus quàm verbenæ Hac ſemper & legati cum ad hoſtes, clarigatūque mitterentur vſi, id eſt res captas clare repetitum, vnus itaque Verbenarius vocabatur. Hac Iouis mēſa verritur, domus purgantur luſtranturque. Genera eius duo ſunt, ramuli vtriuſque plures, tenues, cubitales, anguloſi, folia minora quàm quercus, anguſtioraq; diuiſuris maioribus, color glaucus, radix longa, tenuis, Naſcitur vbique in planis aquoſis. Ex Dioſc. Pli. *Pinguis,* Vir, *Caſta,* Hor. hoc eſt pura, ſacra, vt exponit Acrō.

VERBERA, *ſæua*. Virgilius.

VERITAS, *nuda*. Horatius.

VERMINA, *ſæua*. Lucretius.

VERTEX, *altus, ſublimis*. Virgilius.

VERTIGO, *torta*. Propert.

VERTVMNVS deus, Etruriæ princeps, cuius ſignum colebatur Romæ in vltimo vico Thurario ſub baſilicæ angulo flectentibus ſe ad dexteram. Deus autem eſt vertendarum rerum, hoc eſt mercaturæ, . Vertumnalia menſe Octobri agebantur, Varro, Aſconius Pædianus, cauſas nominis percurrit Propert. *Thuſcus*. Propert. *Iuuenis*. Ouidius.

VERV telum, *Sabellum*. Virgilius.

VESPERTILIO, *leuis*, Ouidius.

VESTA Saturni Rheæque filia, quæ prima ſtructuram domus inueniſſe fertur, authores Homer. Orpheus, & Diodor. Veſtæ ante alios deos ſacrificare priſcos conſueuiſſe teſtatur Pauſanias. L. Florus ſcribit imprimis focum Veſtæ Virginibus colendum Numam dediſſe, vt ad ſimulacrum cæleſtium ſiderum cuſtos imperij flamma vigilaret. Nec aliud Veſtam quàm viuam flammam intelligendum docuit Ouidius, cui Plotinus quoque aſſentit. Plura apud Plutarchum, & Dionyſium Halicarnaſſeum. *Mater, potens, æternus ignis, Ignes æterni, cana*. Virgilius. *Aeterna*. Horat. *Sacra*. Propert. *Troica*. Hoc enim numen Troianum fuit, & ſacra Veſtæ ex Troia in Italiam vexit Aeneas. Templum illi Albæ erexit Aſcanius, authores Dionyſius, & Macrobius, & Silius canit.

Et vos virginea lucentes ſemper in ara
Laomedonteæ Troiana altaria flammæ.

Iliaca, caſta. Ouid. Nam & Veſtales 30. annos neceſſe erat manere innuptas & caſtas, author Plutarchus.

VESTALIS virgo, *Troica ſacerdos, virgo tacita*. Horatius. Quædam enim ſacra Veſtæ erant quæ aliis videre nec proferri quàm Veſtalibus licebat, quædam inſuper erant in templo quorum neque Pontifices, neque virgines cognitionem haberent, Dionyſ. Plutarch. *Sacerdos æterna* Ouid. Nam tametſi licebat illis 30. anno tranſacto impune nubere depoſitis vittis ac reliquis ſacerdotij inſignibus, pleræque tamen ad ſenſum & mortem vſque pudicitiam virginitatemque ſeruabant, deterritæ maxime earum quæ nupſiſſent infelicibus exitibus. Plutarc.

VESTAE

VESTAE templum, *ædes tacita*. Ouid.

VESTIS acu facta, *Phrygia veſtis*, Virgil. Nam acu facere id eſt pingere Phryges inuenerunt, ideoque Phrygiones appellati ſunt. author Plin.

VESVLVS mons celſiſſimum in cacumen elatus in finibus Ligurum, Pli. Solinoque, vnde Padus profluit. *pinifer*. Virg.

VETERNVM, *olidum*. Catul. quoniam, vt ait Ariſt. putredo quiete interioris qualitatis conſiſtit, & partes corporis quæ minime reſpirare poſſunt, immobileſque habentur, male olent. *graue*, Virg.

VETVSTAS, *longinqua*, Virg. *inuidioſa, ſpatioſa, edax, longa, tabida*, Ouid.

VFENS flumen ſupra quod Tarracina oppidum, Plin. *Oelidus*, Virg.

VIATOR, *cautus*, Ouid.

VIBVRNA, *lenta*, Virg.

VICIA legumen, *tenuis*, Virg.

VICTI, *triſtes*, Virg.

VICTORIA, *palma, nobilis*, Horatius. *Diua ſuperba*, Tib. *ardua*, Ouidius.

VIMEN, *tenue, lentum*, Virg. *Fruticoſum*, Ouid.

VINCVLA, *tenacia, arcta*. Virg. *turpia*, Prop. *Grauia*, Ouid.

VINDEMIA, *mitis*, Virg.

VINETA, *læta*, Lucret.

VINVM, *latex vitigenus, Bacchus*, Lucr. *Thyonicum*, Catull. à Semele Bacchi matre, quæ Thyone à ſacrificiis ei impenſis dicta eſt, vt ait Diodorus, quanquam Panyaſis Thyonen Bacchi nutricem canit. *donum Baccheium, Latex Lyæus, liquens, Mæonium* Virg. aut Tmolium intelligit, cui per ſe non eſt gratia, vt vino, ſed cuius dulci admiſto reliquorum duritia ſuauitatem accipiat, ſimul & ætatem, quoniam vetuſtiora protinus videntur, authore Plin. aut vero Nectar; quod circa Olympum Lydiæ fieri prodit Athenæus, aut Meſſogite, à monte Lydiæ qui Meſſogis dicitur. Steph. Strab. *Lyæus, iocoſum, Mareoticum*, hoc eſt Alexandrinum, à Maria fonte in Alexandria, & eiuſdem nominis ciuitate fonti contigua, quæ prius quidem maxima fuit, nunc autem vicus, quæ nomen accepit à Marone Bacchi exercitus duce, vt ſcribit Athenæus. *Cæcubum*, Cæcubus ager Campaniæ ſinui Caietano proximus, Cæcubo vino antea generoſitas erat cele-

bertima in paluſtribus populetis ſinu Amyclano, Strab. Athenæus, Plin. *Chium*, à Chio inſula Ioniæ, poſita inter Samum & Lesbum, quam Aethaliam Ephorus priſco nomine appellat, Metrodorus & Cleobulus Chiam, à niue quæ χιὼν dicitur, itēque Macrin, & Pityuſam, quæ præter inſigne marmor habet & vinum. Et apud Chios vinum nigrum factum fuiſſe tradidit Theopompus, primoſque ab Oenopione Liberi patris filio, qui inſulam tenuit, vitem ſerere didiciſſe, authores Plin. & Athenæus. *Dulce*. Horatius. *Iſmarium, Maroneum*, Vino antiquiſſima claritas Maroneo in Thraciæ maritima parte genito, quod vicies tanto addito aquæ miſcendum Homer. prodidit, Illac quum nauigaret Vlyſſes, eodem authore, à Marone Euanthis filio ſacerdote Apollinis qui Iſmarum montem tenebat, cum alia dona accepit, tum vtres vino Maroneo plenos, quorum vnum poſtea ſecum detulit in antrum Polyphemi, & illum ſopiuit, propinatis eo aliquot calicibus. *Methymnæum*. Propert.

VINVM Ariuſium, non autem Aruiſium, inter Chia vina gratioſius, & græcanicorum optimum, cuius genera tria, auſterum, dulce, & inter hæc medium, ab Ariuſia Chij loco aſpero, & importuoſo ſtadiorum 300. quod quia eſſet optimum Ariſteum vocabant, authores Athenæus, Pollux, Strabo, Stephan. Ser. Pli. niſi quod apud Stephanum Arſyſia non Ariuſia legitur. Certe in græcis quos ego viderim codicibus Athenæi & Strabonis, necnon in antiquiſſimis Virgilianis exemplaribus Ariuſia conſtanter legitur. *Nouum nectar*. Virgilius.

VINVM Falernum inter Italica commendatū. Secunda authoritas Falerno agro erat, & ex eo maxime Fauſtiniano, Exoleſcit hoc quoque copiæ potius, quam bonitati ſtudentium. Falernus ager à Ponte Campano læua petentibus vrbanam Coloniam Syllanam Capuæ contributam incipit, Fauſtinianus autem circiter quatuor miliaria à vico prope Cedias, qui vicus à Sinueſſa ſex milibus abeſt. nec vlli in vino maior authoritas. Solum vinorum hoc flamma accenditur. Tria eius genera, auſterum, dulce, tenue. Quidam ita diſtinguunt. Summis collibus Gauranum gigni, medijs Fauſtinianum, imis Falernum, ex Plin. Athenæo, Strab. *Seuerum, ardens*. Horat. *Fumoſum*. Tibull.

VINVM Lesbium, quod modice aluum aſtringit, faciléque egeritur, Lesbium Chio addidit Eraſiſtrati maximi medici authoritas, circiter 600. annum vrbis Romæ. Habetur & Protropon

pon inter tranſmarina vinum, quod in Lesbo dulce naſcitur, & iam Prodromon vocatum ab aliquibus, author. Athenæus, Plin. *Innocens.* Horatius.

VINVM Maſſicum, quod æque cum aliis certat ex Maſſico, Gauranoque monte Puteolos, Baiaſque proſpectans, Plin. *Bacchi maſſi- us humor.* Virgil. *Obliuioſum.* Horat.

VIOLAE, quibus grandis eſt honos. Earum plurima genera, *purpureæ. Luteæ, albæ, nigræ.* Plantis omnes vt holus ſatæ, Hippocrates, Theophr. Plin. Cæterum Viola græcis Ios dicitur, ab Io Inachi filia, cui terra Violam in pabulum protulit, author Conſtantinus Cæſar. *Molles, pallentes, nigræ.* Virg.

VIOLENTIA, *vehemens,* Lucretius.

VIPERA ſerpens quæ ſola terra dicitur condi. Huius dentes gingiuis conduntur. Hæc eadem prægnans veneno impreſſo dentium repulſu virus fundit in morſus, author Plinius. *Mala.* Virgilius. *Atra.* Horatius.

VIR, *audax.* Tibullus.

VIRES, *robuſtæ, viuidæ, acres, validæ,* Lucret. *Duræ.* Virg.

VIRGILIVS Maro, in cuius Laudes ſequendas Virgilio laudatore opus foret. *Felix Aeneidos author, ſummus.* Ouid.

VIRGINITAS, *Seuera.* Ouidius.

VIRGINES, *teneræ.* Catul. *Nitidæ,* Horat.

VIRGO ſignum cæleſte quam Heſiodus Iouis & Themidis filiam dicit. Aratus autem Aſtræi & Auroræ filiam exiſtimat, quod eodem tempore fuerit quum aurea ſecula hominũ, & eorum principem fuiſſe demonſtrat, propter diligentiam & æquitatem Iuſtitiam appellatam. Neque illo tempore ab hominibus exteras nationes bello laceſsitas eſſe, neque nauigio quemquam vſum eſſe: ſed agris colendis vitam agere conſueuiſſe. Sed poſteros qui ſint nati minus officioſos, magis auaros cœpiſſe fieri. Quare minus Iuſtitiam inter homines fuiſſe verſatam. Denique eam perueniſſe vſque eò dum diceret. Heu heu heu genus hominum natum. Itaque non potuiſſe pati amplius, & ad ſidera euolaſſe. Sed hanc alij Fortunam, alij Cererem dixerunt, & hoc magis non conuenit inter eos, quod caput eius nimium obſcurũ videtur. Nonnulli etiam Erigonen Icari filiam dixerunt. Alij autem Apollinis filiam ex Chryſothemi natam, & infantẽ Parthenon dictam, eamque quod parua interierit ab Apolline inter ſidera collocatam. Hæc ex Hygino. *Erigone, Iuſtitia.* Virg.

VIRGVLTA, *tenera, auia, tarda.* Virg.

VIRTVS, *feruida, egregia.* Catul. *viuida*, Virg. *ardua*, Hor. *viuax, expers ſepulchri.* Ouid.

VITA, *dulcis, fugiens*, Lucret.

VITIS primum in Olympia prope Alpheum inuenta. Eſt autem Elidis locus ſtadiis octo ab ea diſtans, vt Theopompus ait, contra Hellanicus ſcriptum reliquit inuentam in Plinthine Aegypti vrbe, quam ob cauſam Dion Academicus vinoſos Aegyptios appellauit, author Athenæus *lenta.* Catull *læta, alma, precia.* Cuius duo genera magnitudine acini diſcernuntur, quibus materies plurima, vnaque ollis vtiliſſima, folio apio ſimilis. Plin. Columella. *Purpurea, Rhætica*, quam præcipue Cato laudibus extulit. Et Plin. In Veronenſi item Rhætica, Falernis tantum poſthabita à Virgilio. Eſt & Rhætica eodem authore vitis à maritimis alpibus appellata, breuis, conferta acino, degener vino. *Argitis minor*. Virg. à Candore dicta vt ait Probus, in ſublimibus fertilis, vaſtis materiis & vuis exhuberat, humillimis tabulatis aptior, auth. Columel. *Fœcunda, Falerna.* Horat. *Tenera*, Tibull. *Pampinea.* Ouid.

VITES Amminææ, ab Ammineis Theſſaliæ populis qui ſuæ regionis vites in Italiam tranſmiſerunt, vt tradit Ariſtoteles in Politicis. Macrobius ait Ammineos fuiſſe vbi nunc Falernus ager. genus quoque vitis Amminææ minoris vulgo notiſsimæ, quæ Campaniæ celeberrimos Veſuuij colles, Surrentinoſque veſtit, agnoſcit Columella, ſolaſque ab antiquis agnitas atteſtatur, & ſuis quoque temporibus vetuſtiſſimas quaſque vineas Ammineas exiſtimatas. Principatus datur Ammineis teſte Plinio, propter firmitatem, ſenioque proficientem vini eius vbique vitam. *Firmiſsima vina.* Virgil.

VITIS Bumaſthos, alba, nigraque, dicta quod imitetur papillas bouis, Plinius, Probus. *Tumidus racemis.* Virg.

VITIS Lageos, Leporaria Latine dicta, quæ non reperitur in Italia, Seru. Plin. *Tenuis, tentatura pedes olim, vincturaque linguam*, Virgilius.

VITIS Pſythia, *paſſo vtilior.* Virg. Paſſum, hoc eſt dulce vinum, genera habet laudata Pſythium, & à colore appellatum nigro Melampſythium, ſuum ſaporem non vini referentia, Athenæus & Plinius.

VITIS Rhodia, *diis, ac menſis accepta ſecundis*, Virgilius.

Vinum

Vinum Rhodium Coo ſimile, in ſole quadriennio maturandum, auth: Plin. & Athenæus.

VITRVM. *ſplendidum, perlucidum*, Horat. *Clarum*. Ouid.

VITTA, *mollis, niuea, virginea, pia, ſacra*, Virgil. ob Veſtales virgines. *Crinalis, albens, lenis*. Ouid.

VLMVS arbor, cuius genera duo græci nouere, Montoſam quæ ſit amplior, Campeſtrem quæ fruticoſa, Italia vocat Attineas excelſiſſimas, & ex iis Sicanas præfert quæ non ſint riguæ, Alterum genus Gallicas, Tertium noſtrates, denſiore folio, & ab eodem pediculo numeroſiore, Quartum Sylueſtre. Attineæ non ferunt Samara, ita vocatur Vlmi ſemen, omneſque radicum plantis præueniunt, reliquæ ſemine, Plinius. *Aeria, alta, frondoſa, fortis, fæcunda frondibus, opaca*. Virgilius. *Denſa, amicta vitibus*. Ouidius.

VLNAE, *molles, teneræ*, Ouid.

VLVLATVS, *acutus*, Cat. *Tremulus*, Virg. *Querulus*. Ouid.

VLVA, *viridis, glauca, paluſtris*, Virgil. *Sterilis, grata paludibus, leuis, mollis, fluminea*. Ouid.

VLYSSES Laerte & Anticlea natus, vt ait Homerus, cōplures Anticlea & Siſypho Aeoli filio genitum prodidere, vt Euripides, Sophocles Aeſchylus, Iſter, Lycophronis interpres: Præter Telemachum, & Telegonum, Euryalum quoque ex Euippe Terymnæ filia in Epiro ſuſtulit, quem quum domum reuertiſſet per imprudentiam occidit, vt habes apud Parthenium. *Dulichius, durus, pellax, Ithacus, ſcelerum inuentor, Aeolides, infelix, hortator ſcelerum, fandi fictor, ſæuus*, Virg. *Laborioſus* Horat. *Audax*. Tibullus, *Miſer*, Propert. *Laertiades, Laertius heros, facundus, experiens, ſollers, Icarij gener, Siſyphides, Neritius heros, aptus furtis*, Ouidius.

VMBRA, *nigra*, Lucret. *Frigida, viridis, pallens, mollis, gelida, humens, cana, horrens, obſcura, cæca*, Virg. *Lubrica*, Ouid.

VMBRAE, *Manes, grex niger*, Horat. *Turba pallida*, Tibull. *Mutæ, luridæ*, Propert. *Stygiæ, leues, deformes, Tartareæ, populi leues, graciles, vanæ*. Ouidius.

VMBRI Italiæ gēs antiquiſſima, vt quos Ombrios à græcis putent dictos quod inundatione terrarum himbribus ſuperfuiſſent. 300. eorum oppida Thuſci debellaſſe reperiuntur. Cæterum Vmbri ad Apenninum Adriatico vicinum pelago ſeſe habent primi, ciuſque latus vtrumque habitant, in Sabiniæ, ac

Google

Tu quoque quæ montes celebras Erycina Sicanos. Hi admonendi ſunt in codicib. Diod. manu ſcriptis non Erios, ſed ἡρῷα ὄρη, i. Heræos mõtes haberi. Quoquomodo legatur, illud ſatis ex Mela auctoritate conſtat, Vriã ſinum eſſe continuo Appulo litore incinctum. Vriã quoq; apud Pli. iuxtã Sypuntum collocari, itemq; Vrium Apuliæ vrbem à Strab. connumerari. *aperti.* Catul.

VRSA maior, ſiue Arctos, ſidus, quæque Calliſto Lycaonis Arcadum regis filia eſſe putatur, ab Ioue ob ereptam virginitatẽ inter ſidera collocata. Hoc ſignum, vt plures dixerunt, non occidit, & qui volunt aliqua de cauſa eſſe inſtitutum, negãt Tethym Oceani vxorem id recipere, cum reliqua ſidera eo perueniant in occaſum quod Tethys Iunonis ſit nutrix, cui Calliſto ſuccubuerit vt pellex. Eadẽ plauſtrum & Septentrio nominatur à ſeptem ſtellis, ex quibus quaſi iunctis Triones figurantur. Helice à græcis qui eam in nauigando obſeruant appellatur, propterea quod circa polum Boreum, qui ſemper videri poteſt, verſetur. Aratus, Hygi. Pauſ. Varro, Plin. *clara, Lycaonis Arctos, gelida, Oceani metuens æquore tingi.* Virg. *immunis æquoris, Parrhaſis, virgo Tegeæa, Mænalia, Lycaonia, Erymanthis, Mænalis, ſicca.* Ouid.

VRSA minor, quam plerique Cynoſuram vocant, vna ex Iouis nutricibus, Phœnice dicta, à Thalete Phœnice eius inuentore, quique primus eam Arcton appellauit. Hanc Phœnices obſeruant, & ſtudioſius perſpiciendo diligentius nauigare exiſtimantur, & vere eam ab inuentoris nomine appellant. Vrſæ Arctico circulo clauſæ, ita collocatæ ſunt, vt alterius vnaquæque earum reſupinata caput alterius tegere videatur, ita tamen vt caput alterius quæ ſuperior fuerit ad caudam inferioris contendat, Hyginus. *Arctos, Oceani metuens æquore tingi,* Virgilius. *Cynoſura.* Ouid.

VRSA, *Libyſtis.* Virg. *Squalida.* Ouid.

VRSI, *informes.* Virg. *Turpes, auidi, armati vnguibus.* Ouid.

VRTICA, *mordax.* Ouid. Euidem nominis eſt animal marinum quod græce ἀκαλήφη dicitur authore Gellio.

VTILITAS, *bona,* Ouidius.

VVA, *fertilis.* Virg. *Falerna.* Horat. *Dulcis, iucunda.* Tibull. *Racemifera, tumida, nitens.* Ouidius.

VVLCANVS Ioue & Iunone natus vt canit Homerus. Heſiodus enim Iunone tãtummodo genitum perhibet, Vulcanũ ferri, æris, auri, argenti omniumque quæ igne fabricantur artem

inueniſſe ferunt, eamque cæteros docuiſſe, quapropter harum rerum opifices omnes vota ſacraque huic deo maxime faciunt, eumque in æternam memoriam ſuſcepti beneficij Vulcanum vocant. Diodor. Idem Vulcanus ab Ioue cælo deiectus in Lemnon Siciliæ inſulam apud Sinties populos delapſus eſt, claudusque effectus, vt finxit Homer. Ab ignis iam maiore vi ac violentia Vulcanus dictus, & Vulcanalia à Vulcano, quod ei tum feriæ, & quod eo die populus pro ſe in ignem animalia mittit. Idem Mulciber dictus, quod ignis omnia mulcet ac domat, authore Macrobio. *Ignipotens, Lemnius pater.* Virg. *ardens*, Horat. *Iunonigena.* Ouid.

VVLNVS, *violentum*, Lucret. *crudele, martium, atrum.* Virgil. *triſte, feruens, acerbum, calidum, cæcum, immite, mortiferum, ſæuum, miſerabile, crudum.* Ouid.

VVLTVRNVS amnis Campaniæ, qui præter radicem Venafri oppiduli in monte ſiti, vnde oleum optimum excurrit, & iuxta Caſilinum delatus in eiuſdem nominis vrbem erumpit. Strab. Mela, Plinius. *amnis vadoſus*, Virgil. *Multam trahens ſub gurgite harenam*, Ouid.

VVLTVRNVS mons Apuliæ, in quo Horat. educatum ſe teſtatur, cuius etiam Lucanus meminit, cum Vulturem vocãs,

Igne fouet terras ſimul & Garganus, & arua
Vulturis, & calidi lucent buceta Matini.

Appulus, Horat.

VVLTVR, & Vulturius auis, *auidus.* Catull. *auis Palatina.* Proper. vt tradit Liuius, Palatinum Romulus, Remus Auentinum ad inaugurandum templa capiunt qui nomen nouæ vrbi daret, Priori Remo augurium veniſſe fertur ſex Vultures, iamque nuntiato augurio, duplex numerus Romulo ſe oſtendit, *edax.* Ouidius.

VXOR, coniux, *dulcis*, Virgil. *placens, tenera*, Horat. *chara.* Tibul. *conſors, marita.* Ouid.

X

XANTHVS amnis nauigabilis iuxta Ilium, Xanthus dictus, quia rufas oues facit, alio nomine Scamander à Scamandro Corybantis & Demodoces filio. Ex colle quodam Idæ nomine Cotylo decurrens, ex quo & Granicus, & Aeſepus fluunt, ſed hi ad Septentrionem & Propontidem tendunt, è pluribus fontibus manantes: Xãthus vero ad occaſum ex vno fonte.

fonte. Simois & Scamander in campo concurrentes multum lutum deuehunt, vnde maritimam oram exaggerantes, os obſtruunt, & maria ſtagnantia & loca paluſtria efficiunt. Aeneas prætereà in Siciliam profectus circa Egeſtam vrbem, quæ Segeſta poſtea dicta eſt, boni ominis cauſa, fluuios Scamandrum, & Simoenta appellauit. Hunc amnem Iupiter in gratiam Herculis quum ſiti conflictaretur fulmine oſtendit. Eſt alter eiuſdem nominis in Lycia, Strabo, Homeri interp. Plutarch. Plin. *Amnis Hectoreus*. Virg. *Frigidus, paruus*. Horat.

Z.

ZAZYNTHVS inſula inter Cephaleniam, & Achaiam cum oppido, magnifica, & fertilitate præcipua, Zacynthus à Zacyntho Dardani filio dicta eſt, aliquando appellata Hyrie. Vlyſſis ditioni ſubiecta. Huius ambitus vltra centum & 60 ſtadia eſt. Abeſt autem à Cephalenia ad ſtadia 60. nemoroſa quidem vrbs, verum fructifera. Eiuſdem nominis ciuitas eſt celebris ab ea diſtans ad Heſperidas Africæ ſtad. tria millia trecenta. Strab. Plin. Euſtathius. *Nemoroſa*, Virgilius. *Alta*, Ouidius.

ZODIACVS, circulus, Loxos, id eſt obliquus, appellatus, qui ſignis factis ex ordine perducitur, atque ex quadam parte cōtingit æſtiuum, & hiemalem circulum, æquinoctialem autem medium diuidit, Hygin. Proclus, cæteri. *Obliquus ſignorum ordo*, Virgilius.

FINIS.

APPROBATIO.

Commentarius poëticus BASILII ZANCHI vtiliter excudetur.

Guilielmus Fabricius Nouiomagus Apoſtolicus ac Regius librorum Cenſor.

INDEX EORVM, QVAE IN HOC Dictionario Poetico, extra literarum ordinem continentur.

In quo notandum eſt, primam quamque dictionem eam eſſe, de qua in ſequentibus ſit mentio, ne toties idem repetendum ſit.

ABAS. Acriſius. Anthedon. Argos. Alcmena Idmon. Perſeus.
abantis. anthedon
abantes, anthedon
abanrous. argos
abantiades, perſeus
abarnis, priapus
abdera, anacreon
aborigines, acron, Italia, ſamothracia
abſinthium, abrotonus
Acarnanes, ithaca
acarnanum amnis. achelous
acarnan. alcmæon
acaſtus. laodamia
acacallis. oaxes
acamas. phyllis
achæus. achaia. græci
achæi. achaia. græci
achiui. achaia. græci
achaici. græci
achaia. græci. heroides
acharnæ apollo
achirhoe. danaus
acheruſia palus. acherõ. miſeni
acherontini. acheron
acheron. myrica. populus
acherois. populus
achelous, ætoli, aclmæon. caſtalia. neritos. ſirenes, penthesilea
acheloides. ſirenes
achilles. polyxena. pyrrhus achillis. pyrrhus rex, Thelephus
achilleides, pyrrhus achillis, pyrrhus rex
achilleos, thelephus
achilleius hoſtis. thelephus
acidalia. venus
acidalius fons. venus
acmon. cyclopes
acmonides. cyclopes. pyrac.
acones. aconitum (mon
aconi. aconitum
acriſius. hercules. perſeus. hippodamia
acriſioniades. perſeus
acroceraunia. ceraunia (ne
acrocorinthus. corinthus. pire.
actor. achilles. ancæus. menœtius. patroclus. phocus
actoridæ. menœtius
actorides. patroclus
actæus. aglauros, aracynthus. attica. cecrops
actæon. aracynthus, attica. cecrops
acte, attica. ilium
actium. apollo. mare ambraciũ
actius. apollo
actiaca frons. laurus
actæum mare. mare ambraciũ

actis

actis. rhodos
Adad. derceto
admetus. alceſtis
admeti ſocer. pelias
adorea, far
adoreola. far
adonis. amathus. venus
adraſtus. arion equus. diomedes. eriphyle. hippodamia. Nemeſis. ſicyon. parthenopæus
adraſti genus. diomedes
adraſtea. nemeſis
adria. æmus. mare adriaticum mare ionium
adriæ taberna. dyrrachium
adranium. enna
adrumetum. annibal
Adurus. caicus
adua. larius
AEacus, achilles. peleus. telamon. apollo. phalãtus. phocus
æacides. achilles. peleus. telamon
æacideia regna ægina inſula
ææa. calypſo, circe
ædes tacita. veſtæ
ædon. itys. luſcinia
æetes. circe. colchis. medea. vellus
æetęi fines. colchis
æetias. medea
ægina. æacus hippodamia menœtius. patroclus. myrmidones
æginæ nepos. peleus
ægęon. briareus. titanes. hellopię
ægeſthius. ida mons
ægoceros. capricornus
ægipan. capricornus
ægialea. diomedes, ionia
ægialos. achaia
ægialeus. inachus. hecate. panthei opęus
ægialenſes. ionia
æges mare ęgęum
ægę. neptunus
ægeus. mare ęgęum. media. megara theſeus
ægides. theſeus
ægęus. neptunus
ægęa. mare ęgęum. hellopię
ægiſthus. clytęmneſtra. thyeſtes
ægle. theſeus. gratię
ægyptus regio. proteus
ægyptus vir. danaus. hercules. ęgyptus. nilus. cadmus
ægyptus fluuius. nilus
ægyptij. apis. accipiter
ællo. harpyię
ælius. tantalus
æmon. antigone
æmonia. gręci. theſſalia
ęmonia puppis. argo
ęmonius iuuenis, Iſchys
æmus. Rhodope
ęnaria. pithecuſę
æneas. latinus. latini. numicius xanthus
ęneades. auguſtus
ęneadę. cizicus. Romani
ęneas. cyzicus
ęneia nutrix. caieta.
ęneiadum genitrix. venus
ęnos. purpura
ęolus. alcyone. arne. athamas. canace. cephalus. helle.

Digitized by Google

macareus. miſenus. pactolus. ſalmoneus. ſiſyphus. vlyſſes, iaſon. philoctetes
æolides. athamas. cephalus. macareus. miſenus. ſalmoneus, ſiſyphus. vlyſſes
æolius. athamas. lyricũ carmẽ
æolia virgo, arne
æolia puella. ſapho
æolis. canace. helle. lyricum carmen. thelephus
æolia, helle. lipare
æoliç inſulç. lipare
æpos, hypepe
æquicolani, çquicoli
æria. vrij
ærij. vrij
aeria. ægyptus
æripes. cerua
ærope. menelaus
ærſinoe. laodamia
æs nobile. corinthus
æſculapius. admetus. chiron
æſculus. quercus.
æſchylus. cothurnus
æſepus. xanthus
æſi[illegible]s. ſinon
æſon. iaſon. tyro
æſonius, iaſon
æſonides. iaſon
çſone natus. iaſon
çſopus. çſculapius. fabula
çſyle. hyades
çthra. theſeus
çthrç nepos. hippolytus
çthon. eriſichthon. ixion. phlegyas
çthalia. lemnos. vinum
çthiolas. helena
çthiopes. aſia
çthrça. rhodos
çthria. etruria
çtna. acis, enna. eryx. palici
çtnçus paſtor. polyphemus
çtnçi fratres. cyclopes
çtolia, çtoli
çtoli. çs
çtolus. endymion
çtus. nilus
çx. çgis. mare çgçum
afer, africa
africa. leçna. ſeges
afra auis. gallinç
agathyrſus. agathyrſi
agatharchides. cnidus
aganippe. hippocrene
aganippis. hippocrene
agamemnon. iphigenia. myceng. oreſtes, çgiſthus, tantalus
agamẽnonia puella. iphigenia
agamemnonç natus. oreſtes
agapenor. paphos
agaue. pentheus
agenor, cadmus. cepheus. europa, hercules, niobe
agenore natus. cadmus
agenorides. cadmus
agenoris vrbs. carthago
agenore nata. europa
agenoreus bos. taurus ſignum
aglaophonos. ſirenes
aglaope. ſirenes
aglaopheme. ſirenes
aglaia. calchas, gratiç. melampus
agrippa. acrota. remulus
agrigentum. agragas
agrippias. anthedon
agrius. circe

agriope. eurydice
agyieus. apollo
aiax. caſſandra, tecmeſſa
aizoon. ſemperuiuum
Albion. britania
albula. tybris
albunea. faunus
alęęus. hercules. perſeus
alcathus. aiax oilei. telamon. tantalus
alcathous. megara
alcathoe. megara
alcathoi vrbs. megara
alcathoi mœnia, megara
alceſtis. admetus
alcides. hercules
alcibiades. ionia
alcimede. iaſon
alcinous. adonis
alcippe. euenus
alcman. perdices
alcmena. hercules. perſeus
alcmæon. eriphyle. achelous. parthenopæus
alcyoneus. alcyones
alcyone. glaucus
aleƈtor. argo
alemon mycilus
alemone natus. mycilus
alemonides. mycilus
aleuatus, theſſalia
aleus. ancęus. caicus. thelephus
alexander. paris. thais
alexandria. paris
alexirhoea. tmolus
alixirhoe. ęſacus
alladius. remulus
allienſis dies. allia
alnus. myrica
alocus, otus
aloidę. otus
alpes. aquilo
alpheus. equę. fęmina. myrica
alpheonia Diana. alpheus
alpheuſa diana. alpheus
alpheſiboea. alcmæon. tygris
althęa. deianira. leda. meleager
althęę natus. meleager
Amalthea. ſibylla cumęa
amalthea capra. hedi
amarantus. amaracus
amaſis. pallas
amathuſia. amathus. venus
amathuſa. cinyras
amaxitus. apollo
amazone natus. hippolytus
amazones. pentheſilea. tanais
amazonius. tanais
amazonus. thermodon
ambubeia. intybum
ambracius ſinus. apollo
amerimnos. ſemperuiuum.
amminei. vites
ammon. creta. iupiter
amphiƈtyon. pyrrha. triptolemus
amphianax. bellerophon
amphiaraus. alcmæon. eriphyle. tibur. parthenopæus
amphiaraides. alcmæon
amphilochus. alcmæon. melampus. vaticinatio. parthenopæus
amphilochi frater. alcmæon
amphipolis. phyllis
amphimarus. linus
amphion. thebæ bœotiæ
amphryſia vates. ſibylla cumæa

amphryſus. admetus. ſibylla cumęa
amphithea. canace. macareus, ſinon
amphitrite. mare. triton
amphitryon. alcmena. hercules.pheneus. perſeus
amphitryoniades, hercules
amphion.neleus. neſtor.cithęron
amphidamas.patroclus, thebę Bœotię
amphoterus. alcmęon
ampycus. mopſus.
ampycides. mopſus
amulius. ilia
amyclas. amyclę. hyacinthus. niobe. caſtor
amyclęi fratres. caſtor
amyclides. hyacinthus
amyclę. caſtor
amyclęus mons. taygeta
amyntas. philippus
amyntiades. philippus
amyntor. phœnix
amyntore natus. phœnix
amyntorides. phœnix
amythaon. melampus
amythaone natus. melampus
amythaonius. melampus
Anabainon. mæander
anaces. caſtor
anactorium. mare ambracium
anactoria. miletus
anax. miletus
anagora. Sapho
anaticus lacus. cnidus
anapus. cyane
anaxagoras. melampus
anaxibia. acaſtus. alceſtis. mę
ander. pylades. tantalus
anchiale. cydnus
anchinoe. danaus
ancilia ſalij
ancyra. mydas
andreus. gratię
androgeon. ęſculapius. paſiphae. taurus marathonius
androgęus paſiphae
androcide. leda
andręmō. thoas. andromache
andręmone natus. thoas
andromeda. mare rubrum
anemone. adonis
angelus. genius
angitia. medea
anguitenens. anguis
anippa. buſiris
antęi frater. buſiris
antea. circe. bellerophon
antecanis. canicula
antemnę vrbs. acron
anteros. amor. venus
anthemus. anchiſes
anthemis, ſamothracia
anthemoeſſa. ſirenes
anthedon. glaucus
anthylla. memnon
antiboea. euryſtheus
anticlia. ſinon. vlyſſes
anticragus. cragus
anticyra. Sperchius
antigonus. nicęa
antigone. ęmon. thebę bœotię
antion. phlegyas
antinoe. ancęus. pelias
antiope. eetes. amphion. demophon. hippolytus. hippolytę. muſę

Google

antiphates, amphiaraus, melampus
antiphatæ domus, formiæ
antiphus. cos
antiſſa. lesbos
antron. proteſilaus
anubis. mercurius
anxur. tarracina
anxyrus. iupiter
anyte. ſapho
anyti reus. ſocrates
Aoede. muſæ
aonides. muſæ
aoniæ. muſæ
aones. aganippe. amphiaraus
aonia. amphiaraus
aonius. amphiaraus
aoium. cephalus
aous, cephalus
Apâmea. marſyas fluuius
aparctias. ſeptentrio
aparine,lappa
apeliotes. eurus
apeſas. leo ſidus
apeſanthus. leo ſidus. mycenæ
aphæa. diana
aphareus. euenus. idas: lynceus
aphareia proles. lynceus
aphrodiſias,troezen,geryon.
amphrodiſium,antium
aphritis piſcis,narciſſus
aphya piſcis,narciſſus
apis, ætoli, cothurnus, memphis,leges
apollo admetus. adonis. æacus æſculapius. anius. antimachus,arcus. apollonia,arion equus. aſinus. bacchæ. byblis. calchas.chiron.cinyras coronis. creta. curetes. diogenes. electrũ. genius. glaucus. hector. hyacinthus. hymenæus. idmon. iſmenus. lapithæ. leucates. linus. lyceum. megara. miletus. orpheus. mopſus. pactolus. philammõ.pytho phocidis. pytho ſerpens. ſibylla erythræa. ſol. ſoractes,ſyri. telchines. virgo. penates
apollinis vrbs. apollonia
apollonia. dyrrhachium, pix
apollonias. troezen
apollineus vates. orpheus
apollinea ars. vaticinatio
appias. aqua appia. venus
apſyrtus. medea
apyrina. poma punica
apyrotus. pyropus
Aqua martia. fucinus
aquarius. deucalion
aquilonia proles. calais
aquilone creati. calais
aquila. prometheus
Arabia. gemmæ
aracynthia minerua. aracynthus
aramæi. ſcythæ
arar. rhodanus
arbores diis dicatæ. æſculus
arbores quibus nunquam folia cadunt. oliua
arbore natus. adonis
arcadia. æſculapius
arcades. æſculapius
arcadius ſus. aper erymanthius
arcadius magiſter. ariſtæus
arcadia dea. carmentis

arcadiæ volucres. ſtymphali-
des.
arcas, arcadia, mænalus
arceſius. laertes
archelaus. paris
archilochus. lycambes
archippe. fucinus
archias. mycilus. leges
arcton. cyzicus
arctos. vrſa ſidus. vrſa minor.
laertes
arctophylax. bootes
arcturus. bootes
ardea. circe
area. byblis. miletus
arene. idas. lynceus
areſtor. mycenæ
arete alcinous
arethuſa. alpheus. ſyracuſæ
aretias fons. draco marti
arganthonium. hylas
argathonium. hylas
argathon. hylas
arganthus. hylas
argalus. caſtor
arges. pyracmon
argeſtes. corus
argei. græci
argeus. tantalus
agriopa. cadmus. thamyris. te-
lephus
argitis vitis
argiui. argos. græci
argos. iuno
argos hippium. arpi
argos oreſticum. oreſtes
argonia. iuno. iuno
argonautæ. vellus
argus. argos. argo. argiletum.
cepheus
argypha. lynceus
argyripa. arpi
argyroippium. arpi
ariadna. corona. glaucus. rha-
damanthus. theſeus. thoas
aries ſidus. iupiter
aries velleris aurei. theopha-
ne. vellus
arimaſpi. aquilo
arimi. pithecuſæ
arinna. lariſſa
arion. dithyrambi. equus
ariſba. æſacus. rhoeteum
ariſtæus. actæon. aquarius
ariſton cea
ariſtor. argus
ariſtorides. argus
ariſtolochias. pharus
ariſtoteles. lyceum
ariuſia. vinum ariuſium
armenus. armenia
armeniaca. pruna
arnæa. penelope
arnæus. irus
arne, caſtor. helena
arnoba. iſter
arnos pyrites. pyrethrum
arnus. piſæ
arſacis palus. tigris
arſinoe. æſculapius. thamyris.
venus
arſinus. eraſinus
ariſippus. thamyris
arſiſia. vinum ariuſium
artemiſia. ambroſia herba
artemidorus. cnidus
aruerni. liger
aruiſium. vinum. vinum ariu-
ſium
aſcanius. alba

aſclepia. bacchi ſacra
aſcra. Heſiodus
aſcræus vates. heſiodus
aſia. cayſter. cithara. lycnus. prometheus
aſia prata. cayſter
aſius. cayſter
aſionenſes. cayſter.
aſini ſidera. cancer
aſinarij montes. megara
aſopus. æacus. ægina. amphiō ariſtæus. corcyra. apollo. myrica. œnomaus. ſyri
aſopa. prometheus.
aſopis. ægina
aſopiades. æacus
aſphaltos. bitumen
aſphaltites lacus. bitumen
aſſaracus. æneas
aſſaon. niobe
aſſur. aſſyrij
aſſyrij. ſyri
aſtabora. meroe
aſtapus, meroe. nilus
aſtaſoba. meroe
aſtabores. nilus
aſtulapes. nilus
aſtarte. venus
aſteropes. cyclopes
aſterope. œnomaus
aſteropea. pelias
aſteria. delos. epeus. hecate idmon
aſterion. europa
aſterius. cythæron
aſterus. minotaurus
aſterodia. endymion. medea penelope
aſtræus. auroræ. caicus. orithyia. venti. virgo
aſtræi fratres. venti
aſtydamia. euryſtheus
aſtymeduſa. thebæ bœotiæ
aſtynome. capaneus. calydon
aſtyoche. proteſilaus
aſtypalæa. antæus
atalanta. acaſtus. parthenopæus
atabyria. rhodos
atax. varro
atergatis. derceto
athara. derceto
athenæum mons. mycenæ
athamas. athalanta. helle. inō. melicertes
athamantiades. melicertes
athos. rhodope
atlas. calypſo. cecropes. heſperus. hyades. maia. œnomaus. pleiades. triton. pelops
atlantides. pleiades
atlantis. electra. maia
atlantiades. hermaphroditus. mercurius
atlantis, pleioneſque nepos. mercurius
atramus. thebæ ſiue theba
atramytion. thebæ ſiue theba
atrax. cæneus. hippodamia
atracides. cæneus
atracis. hippodamia
atreus. ærope. agamemnon. menelaus. thyeſtes. tantalus. palamedes
atrides. agamemnon. halenus. menelaus
atria. mare adriaticum. etruria.
atropos. parcæ
atropathia. media
attalus. aulæa

attis attica. ſapho
attica. mopſus
attici. megara
attinęę vlmus
auentinus. acrota
auge. caicus. thelephus
aulocrene. marſyas hyagnis
auo genitore creatus. adonis
aureum malum. citrium
aureus campus. verſus
auriga. erichthonius
aurigena. perſeus.
aurora. cephalus, lucifer. memnon. pegaſus. tithonus. venti
auroręfilius. memnon
aurunca. italia
auſer piſę
auſonia. italia
auſones. italia
auſonij. itali
auſon, italia. lipare
autolycus. ſinon
autonoe. actęon
autoneius heros. actęon
autonoes ſoror. ſemele
auxo. gratię
axinus. mare ponticum
axione, alcmęon
axioche, tantalus
axiothea. deucalion
axyteus. medea.

B

BAbylon. bitumen. euphrates
Bacchus. adonis. apollo. hedera. hyades. iupiter. lydia. naxos. orpheus. priapus. tmolus. ſatyri. thoas. venus, ariadna. dithyram bi. tigris
bacchi matertera. ino
bacchylides. cea
bętica. hiſpania
balus. baię
balaura. thamyris
balauſtium. poma punica
baleares inſulę. funda
ballenęus. aquarius
balus. caſtor
bambyce. derceto
bapię. eupolis
barathrum. inferi
barri. elephantes
barypicron. abſinthium
baſſareus. bacchus
baſſaris. bacchus
baſſara. bacchus
batea. ę icus
batillus. anacreon
bato. diogenes
battus. callimachus. oaxes. ſibylla erythręa
battiades. callimachus
bebina. cleonę
belgę. rhenus
belides. danaides. palamedes
bellerus bellerophon
bellerophon. laodamia. creon
bellerophontei humor equi. hippocrene
bellerophōteus equus. pegaſus
belus annibal. babylon, cadmus danaus. dido. hercules. pygmalion
bembinites leo ſidus
bembina. leo ſidus
bembium. leo ſidus
bendia. diana
berecyntia. cybele

berecyntes. cybele
berecyntius, cybele
berecyntius heros. midas
berecyntia buxus. tibia
beroſus. ſibylla cumæa.tanais
bianor. mantò
bias. melampus, però
bimater. bacchus
bion. cothurnus. theocritus
biſaltæ. phyllis
biſaltis theophane
biſtonides. bacchę
biſtonia. orpheus
biſtones. ſagitta
biſton. ſagitta
bittis. battis
bituriges. garumna
blachnos. filix
boax piſcis. narciſſus
bodincus. padus
bœbeis. coronis. pallas
bœotia. aganippe
bœoti. aganippe. anthedon
bœotus. arne
bolbiticum oſtium. nilus
bombyx. bombycina veſtis
bona dea. flora
bootes. canis ſidus. plutus.
bora cęneus
boreas ęmus. aquilo. calais. orithyia. pinus
borecubile. caucaſus
boreus axis. ſeptentrio
boſphorus thracius.propontis
bracatus. bracę
brathy. ſabina herba
briareus ętna. ſicilia.titanes
briges. triptolemus
briſes. hippodamia
briſeis. hippodamia
britanus. geryon
brito. britania
britomarcis. diana
brixabas. aries ſidus
bromius bacchus
broteas. tantalus
brunduſium. phalantus
brygium. phrygia
bryonia vitis. amomum
bubali, vri.
bubaſtis. diana
bucolicum carmen. daphnis
budęon. ęgina
bulbus vomitorius. narciſſus flos
buphthalmos. ſemperuiuum
buſiris. thebę ęgypti
butes. eryx. hippodamia
buxus. cytorus
buxum phrygium. tibia

C

CAballinus fons. hippocrene
cabarnis. paros
cabiri. curetes
cadmus. actęon. cecrops. agaue. hippocrene. ino, ſemele. thebę bœotię
cadmi ſoror. europa
cadmi nepos. actęon
cadmi pes. iſmenus
cadmea mater. agaue
cadmeis. ino. ſemele
cęcubus. vinum
cęculus pręneſte
cęlus ętna. furię. gigantes. latona. venus
cęlius. ętna
cęnęus. iupiter
cęneum. iupiter

cænæ. iupiter
cæna. iupiter
cænites portus. iupiter
cæratus. ariadna
cære. agylla
cæſius, leo
cæſaris germ. commentarius. aquarius
cæſarea. mauritania
cæyce cycnus
calais. harpyiæ
calaus. attis
calaurus. anchiſes. calaurea
calaprea. ganges
calabria. iapygia
calami. cnidus
calathiſcus. calathus
calcha. caltha
calyce. endymion
callanis. æneas
callirhoe, æneas. alcmæon. aquarius. geryon. irus
callirhoes vir. alcmæon
calliſto. arcadia. pan. vrſa ſidus
calliſte. callimachus
calliope. hymenæus. muſæ. orpheus
callipolis. naxos
callirion. lilium
caloenum. prælum
calos. dædalus
calydon. œneus
calydonius amnis. achelous
calydonius heros. meleager
calydonius aper. aper erymanthius
calydnæ. calymna
calypſo. italia
camoyſe. deucalion
camirus. telchines
camœnæ. muſæ
campania. prælum
camurus, cornu
canace. macareus
canes. harpyiæ
canis, luperci. mercurius
canephoroe. ciſta
canifera mulier. ciſta
caniſtrum. calathus
canobe. alcyone
canopicum oſtium. nilus
cantharus. apis. ſcyphus
capaneus. euadne. ſthenelus. æſculapius. parthenopæus
caphareus. aiax oilei
caphyrna. telchines
cappadoces, agragas
capra. luperci
capreæ vrbs. proteus
capys. æneas. capra
caralis. ſardinia
carbunculus. pyropus
cares. fœmina leleges. megara
carmanor. inachus
carmentis. euander
carmonium mons. tmolus
carmon. tmolus
carnuti. liger
carpatheus. proteus
carpathius vates. proteus
carpathium mare. proteus
carthea. cea
caryſtia vnda. hellopiæ aquæ
caryſtus. chiron. hellopiæ aquæ
caſpij tigris
caſſida. caſſis
caſſiepia andromeda
caſſiphone. telemachus
caſſandra. aiax oilei. laodamia.

tithonus
caſtanum. caſtaneæ
caſtalia. laurus
caſtalius. caſtalia
caſtor & pollux. aqua iuturna. phœbe
caſtor animal. caſtoreum
cathetus, ânio
catillus. tibur
catreus. ærope
caucaſus. aquila promethei. prometheus. taurus
caucaſia volucris. aquila promethei
caunus. byblis
caurus. coruis. fauonius
cayſter. ſemiramis. cycnus. pẽtheſilea
cayſtrius ales. cycnus
Cea, bombycina veſtis
cebrenus. æſacus. œnone
cebrenia. œnone
cebren. œnone
cecrops. aglauros. aquarius. procris
cecropia. cecrops
cecropis terra. attica
cedræ. vinum ſalernum
cedrelate. cedrus
celæno. bacchæ, celænæ. harpyiæ. triton
celænus. celænæ
celænæ. mæander
celene. melampus
celeus. phrygia. triptolemus
celtæ, celtiberia. geryō. illyri
celtine. geryon
celtis. lothos
celtus. geryon. illyria
cenchiæ, cenchreæ
cenina vrbs. acron.
centaurus. lapithæ
centauri. lapithæ
ceos. bombycina veſtis. ceaſimonides
cephalus. laertes. leucates, lucifer
cephalenes. ithaca
cepheus. andromeda. cadmus
cepheia. andromeda
cephiſus. gratiæ. locri. luſcinia narciſſus. proſerpina
cephiſius. narciſſus
ceraunium. niobe
cerberus. eurotas. tænarus
cercaphus. rhodos. mæander
cercyon. triptolemus
cercyonis filiæ. theſeus
cercopes. omphale pithecuſæ
cercopiſſare. cecropes
ceres. arion equus. diana. enna, hecate. iaſion. narciſſus flos. papauer. plutus. proſerpina. virgo
cererisfilius. plutus
cerina. pruna
cetes. proteus
ceto. meduſa
ceyx. alcyone. alcyones
chalciope. cos. theſeus
chalcodon. theſeus
chalcis. aulis. fœmina. hellopię aquæ
chalybs. chalybes
chambades. taurus mons
chaonia, columbæ. glans
chaones. epirus. moloſſi
chaonis arbor. quercus
chaonius pater. iupiter
chaos. amor

Google

charites. gratiæ
chariclo. chiron
chariſium flos. taygeta
charondas. leges
charmis. diana
chelæ. ſcorpius
chia. vinum
chimæra. bellerophon
chimeræ domitor. bellerophō
chios. rhadamanthus. vinum. pactolus
chione. autolycus. orithyia. philammon
chiron. achilles. peleus. thetis. æſculapius. hellopiæ.
chironia. hellopiæ
chlidanope. ariſtæus
chloris. amor. flora. mopſus. neleus. neſtor. niobe. pero
choatras. taurus mons
chromia. endymion
chryſaor. geryon. meduſæ caput
chryſalis. papilio
chryſa. apollo
chryſes. aſtynome. hippodamia
chryſa. hippodamia
chryſeis. aſtynome
chryſomela. citrium
chryſothemis. agamēnon. virgo. anius
chryſippus. hippodamia. thamyris. tantalus
chryſippe. hydaſpes
chryſorhoas. pactolus
chryſothales. ſemperuiuum
chthonia. orithyia
chthonius. thebæ bœotiæ
Cichorium. intybum
cicones. orpheus
cilix. tabula. cadmus
cinyphs. chelydri. ſeges
cinyphius. chelydri. ſeges
cinyras. adonis. amathus. cyprus. myrrha
cinyreius heros. adonis
cinyreia virgo. myrrha
circæ. Aeæa. hecate. latinus. telegonus. telemachus. venenum
circæum. Aeæa
circes inſula. Aeæa
circæa terra. Aeæa
circæum iugum. Aeæa
circæa tellus. Aeæa
circæa mœnia. tuſculum
circus maximus. circenſes ludi
ciſſeus. antenor. hecuba
ciſſeis. hecuba
ciſſia. memnon
ciſſus. hedera
cithara. cithæron
cithara herba. orpheus
citharus piſcis. narciſſus
cyus. hylas
clarius. antimachus. apollo
claros. antimachus. apollo. manto. mare ægæum
clarigare. verbena
cleobule. hippodamia
cleon. tantalus
cleodora. parnaſſus
cleopatra. idomeneus. orithyia canace
cleola. tantalus
clinias. alcibiades
cliniades. alcibiades
clio. muſæ
clis. ſapho
clitonymus. patroclus

clita. gratiæ
clitoria. ladon
clitorius. melampus
clodia. catullus
clotho. parcæ
clupea. coſyra
clymene, atlas. palamedes. phaethon, prometheus. cephalus
clymeneides. phaethōtis ſorores
clymeneiæ phaethōtis ſorores
clytæmneſtra. agamemnon. iphigenia. oreſtes
clytia. phœnix
cneſſis. locri
cnidus. venus
cnoſſias. ariadna
cnoſſis. ariadna
cnoſsius. ariadna
cnoſſos. ariadna
cocalus. minos
coccygium mons. mycenæ
cocytus. acheron
coeus. latona
colchi, æetes
colchis. medea. phaſis
coloena diana. cayſter
colonæ. cothurnus
colophon. antimachus
coloſſus Iouis. rhodos
colous lacus. cayſter
comata gallia. galli
cometes. electra. pleiades
conchæ, purpura
conion. cicuta
coniſalus. priapus
connis. fabula
copeus. glaucus
copreus. arion equus
coraceſius. taurus mons
coras. tibur
corcyra. alcinous
coreſſa. cea
corinthi reges. creon
corinthius. tantalus
cori campi. cayſter
corona ciuica & iligna. æſculus
coronis. æſculapius. iſchys
coronides. æſculapius
coronus. idmon
corſica. toxus
corybas. xanthus
corybantes. caſtor. curetes. iaſion
corycos. cilices
corycius. cilices
corycium antrum. parnaſſus
corymba. rhodos
corynna. ſapho
corynetes. peripheres
corytus. paris. thelephus
corytipater. paris
cos inſula. bombycina veſtis
cothurnatus vates. euripides
cotonea. citrium
cotylus. xanthus
corys. cayſter. corytia ſacra
cous. apelles. bombycina
Cragus. taurus mons
cranaus. pyrrha attica
cratæis. ſcylla
crateres palici
crathis. ſcylla. ſyluanus
cremnia. arcus
crenides. philippi
creon. æmon. antigone. creuſa thebæ bœotiæ. megara
creperus. bellum
creta. almus. cimolus
cretea. creta.

cretes. creta. arcus
cretheus. admetus. tyro
cretheis. acaſtus
creuſa. achaia. archemorus. ari
ſtæus. cephalus
crimiſſa. petilia
crimiſus. aceſtes
crimniſus, aceſtes
crinanthemos. lilium
crinon. lilium
crinitæ. cometæ
criſta gallinacea. verbena
criſus. pylades
critobule. pangæa
crocum. cilices. crocodilus
cromna. amaſtris
cromyonia ſus. aper eryman
thius
crotopus. linus
crotopiades. linus
croto. mycilus
crunos. dionyſiopolis
cruſtumium. pyra
cruſtumini montes. allia
cryſtallus amnis. thermodon
Cteſis. cnidus
cteſiochus. apelles
cteſiphon. babylon
cteſippus. aſtydamia
Cubus. cybele
cunila. thymbra
cuniculi. celtiberia
cupido. amor
cupreſſus. ſyluanus
cures. ſabini
curdalus. procruſtes
curetis. ætoli. creta
curetes. creta. penates
curis. romulus
cuſtos vrſæ. bootes
Cyanea. byblis
cyaneæ. ſymplegades
cybele. iaſion. lemnos. leo
cybeli. cybele
cybeleum. cybele
cybeles tuba. tympanum
cybiſſus. fabula
cyclopes. admetus. æſculapius
polyphemus
cycnus, arion equus. tenedos
cycnus dircæus. pindarus
cydonia. arcus. citrium
cydonius. arcus
cyllene. mercurius
cyllenus. mercurius
cyllenius, mercurius
cyllenia proles, cephalus. mer
curius
cymetho. leucates
cymothoon. calliope
cynoſura. vrſa minor
cynoſuræ. æſculapius
cynortas. caſtor
cynoſurus. tantalus
cynthia. diana. propertius
cynthus. diana
cynuria. inachus
cypariſſus. cupreſſus. ſyluanus
cypros. liguſtrum
cyprus. adonis. amathus
cypria. venus
cyrene, ariſtæus. callimachus.
cyrenæ. cyrorus
cyri horti. adonis
cyrneus. taxus
cyrnos. taxus
cytea. medea
cyteis. medea
cytherea. venus
cythereius heros, æneas

cythereius menſis. aprilis
cytheris. lycoris
cytherus. cythera
cytiſorus. cytorus
cytoriacus. pecten
cyzice. cyzicus
cyzicea aqua. cyzicus
cyziceni. cyzicus
cyzicus. artacia

D

DAcæ. daæ
daci. getæ
dactylus. curetes
dædalus. iapygia. icarus. iolaus. labyrinthus. minos, minotaurus
dædalus la. circe
dædalion. autolycus. philammon
daira. eleuſis
dalminium. dalmatia
dalmum dalmatia
damatris. parthenius
damarmenus. pelops
damaſcena. euphrates
damno. cadmus
danaa. achaia
danaides. lerna
danai. achaiæ græci
danaus. ægyptus. cadmus. græci. hercules. œnomaus
danaë, acriſius. ardea. hercules. perſeus
danaes nurus, andromede
danaeius. heros. perſeus
danubius. iſter
daphne. latinus. laurus
daphneum. manto
dardania. dardanus. priapus. rhœteum
dardanus. æneas. anchiſes. pelops
dardanij æneas
dardani. dardanus
dardanides. æneas. ilus
dardanidæ. troiani
dareus. amaſtris
datos. philippi
daulia, luſcinia. tereus
daulias. luſcinia
daunus. apulia. iuturna. turnus
daunia dea. iuturna
daunius heros. turnus
Dea natus. æneas
defrutum. ſapa
Deion, cephalus
deioneus. cephalus. ixion. leucates
deionides. miletus
deianira. cyllene. lycaon
deidamia. pyrrhus
deiope, eumolpus. triptolemus
deiphobe. ſibylla cumæa
deipyle. diomedes
deipylus. polymeſtor
delia. diana. tibullus
delia folia. laurus
delia. bacchi ſacra
delius. apollo
delium. hellopiæ aquæ
delos. apollo
delphynes. pytho ſerpens
delphyneus apollo, pytho ſerpens
delphi. apollo. brennus. caſtalia. laurus, pytho
delphin. mare. pytho ſerpens
delubra. templa
demetrias. alceſtis paros
demo. ſibylla cumæa

demonax. leges
demophile. ſibylla cumæa
demodoce. xanthus
demophon. phyl[illegible]
deo. proſerpina
deois. proſerpina
deorũ munera in nuptiis, cad
mus. corona. peleus
derce. derceto
deucaliõ. aquarius. idomeneus
phædra. pyrrha. endymion
deucalionis arca. parnaſſus
dexamenus. bura
Dia. ixion. naxos. pirithous
diana. actæon. alpheus. amor. aricinus lucus. cayſter. ceruæ hecate. luna. nemeſis
dianæ tutela. canes
diania turba. canes
diaſia. bacchi ſacra
dias. tantalus
diaresbes. ſardinia
dictæus. creta
dictæus rex. iupiter
dictæus mons. egeria
dicte. iupiter
dictum. iupiter
dictynna diana
dictys. perſeus
dido. pygmalion
didyme. lipare
dieſpiter. iupiter
digitellus. ſemperuiuum
dina. pallanteum. parthenius
dindymena. cybele
dindymi domina. cybele
diomedes, glauci. mare adriaticum. antæus. parthenopæus
diomeda. hyacinthus
diomedea inſula. diomedes
diomedeæ aues diomedes
dione. venus. pelops
dionæa. venus
dionyſia. bacchi ſacra
dionyſias. naxos
dionyſij. bacchus
dionyſius tyrannus. amaſtris
dioreus. automedon
diorphus. ſol.
dioſcuroe. caſtor
diphilus. diogenes
dirce. amphion. antiope. hippocrene
dircæus amphion
dis pluto
diſcincti afri
ditodora. æneas
dithyrambus. pæan
diua ſuperba. victoria
diuſ filius. hercules
Docimia. columbæ
docimites. columbæ
dodona. columbæ. glans
dodon. glans
dodonæus. iupiter. columbæ. glans
dodonydes nymphæ. hyades. thiene
dolicha. irus
dolopes. pindus
donax. narciſſus
dores. græci
dorici. græci
dori. græci
doris. græci. mare. nereides thetis
doride natæ. nereides
dorion. thamyris
dorippe. melampus

dormothea. alpheus
dorodoche. penelope
dorycmion. pyrethrum
draco velleris aurei cuſtos, vel-
lus
draco narciſſus
draconigena vrbs thebę bœo
druentia, rhodanus (tiæ
dryas. lycurgus
dryantiades lycurgus
duellona, bellona
dulichium. irus
dulichius. irus
dybris. thybris
dymas. æſacus. hecuba, acaſtus
dymantis proles. hecuba
dyris. nilus.
dyrrhachius. dyrrachium
dyſaules. triptolemus

E

Eaues. patroclus
ebur curule. ſella curulis
ecbatana. media
echenais. daphnis
echidna. cerberus. hydra
echidnęus canis. cerberus
echinades. achelous
echion. aquila promethei. pen-
theus. thebę bœotię
echionides. pentheus
echione natus. pentheus
edeſſa. dercero
edigis. taurus mons
edonides. bacchę
edonij philippi
edoni. aquilo. corytia ſacra
edonius. aquilo, aries ſidus
edurus. ra. pyrus
eetion. andromache. thebę ſi-
ue theba. iaſion

eetioneę thebę. thebę ſiue the
ba
egregię luci. aricinus lucus
egeſta. aceſtes. xanthus
eioneus. ixion. theſus
elare. tityus
elatus. cęneus. cyllene. iſchys
polyphemus
elateius. cæneus
elateia proles. cæneus
electra. agamemnō. dardanus,
harpyiæ. iaſion. iris. pleia-
des. pylades. ino
electrides portæ. electra. capa-
neus
electrione. alcmena. electra
electrion. alcmena. rhodos.
perſeus
elei. endymion. fœmina
eleleus. bacchus
eleleides. bacchæ
elephantus. ebur
eleuſina mater. ceres
eleuſius eleuſis
eleuſinia ſacra, eumolpus. bac-
chi ſacra
eleutheræ. myron
eleus. endymion
elicius. iupiter
elis. equæ
elidis amnis. alpheus
eliſa. dido
elpenor. æaea
emathia. philippi
emathion. memnon. philippi
emathius dux. alexander
endeis. peleus. telamon
endymion. ætoli. calydon. na-
xus. piſa. arcades
enetia. antenor

engonaſin. ixion
eniochos. erichthonius
enipeus. apidanus. tyro
enippe. gratiæ
enyo bellona
Epaphus. apis, buſiris. libya
epei. endymion
eperie, æſacus
epheſtij. caſtor
ephialtes. otus. naxos
ephorus. apelles
ephyra. æetes. corinthus
ephyrus, corinthus
epicaſte. antigone
epicnemid j. locri
epicnemij. locri
epicnemidæ: locri
epidamnum dyrrhachium
epidaurius deus. æſculapius
epidaurij. æſculapius
epigoni. antimachus, tireſias. parthenopæus
epigranea. hippocrene
epigenes, cothurnus
epimandra. lais
epimetheus. corinthus. pyrrha
epimethis. pyrrha
epirus. ætoli. columbæ glans molоſſi
epiſtrophus. æs
epizephyrij. locri
epopeus. antiope
equi optimi. agragas. equus
erato. muſæ
eraſinus. argos
erebus. furiæ
erechtheus, achaia. athenæ. erichthonius. orithyia. procris. theſtiades
erechtheus ea. athenæ
erechtheis. orithyia. procris
erechthidæ. athenienſes
erene. calaurea
ereſſos lesbos. ſapho
erginus. orchomenus
eriboea. telamon
erichthonius, æneas, aquarius. pandion
erichthonius populus. atheniēſes
eridanus. myrica. padus. canopus
erigone. canis. virgo. oſcilla
erij. viij
erinagora. ſibylla erythræa
erinnyes. furiæ
erinna. ſapho
eriopis. coronis
eriphyle. alcmæon. tantalus
eriſichthon. cecrops. metra
erithales. ſemperuiuum
erycina. eryx. venus
erythea. geryon
erytheides boues. geryonis
erythræa. geryon. mare rubrum
erythræum mare. mare rubrum
erythræ. ſibylla erythræa
Eſionenſes. cayſter
eſſedones. aquilo
Etearchus. oaxes
eteocles. gratiæ. thebæ bœotiæ. parthenopæus
Euadne. ſthenelus
euan. bacchus
euander. argiletum. faunus. pallanteum. carmentis, luperci
euanthes. vinum
euarete. hippodamia

euboea. aulis. cumæ. glaucus, hellopiæ aquæ
eudæmon. arabia
eudoxus. cnidus. leges
euenus antæus. marpiſſa
eueni filia. marpiſſa
euiades. bacchæ
euippe. vlyſſes
euius. bacchus
eulæus. choaſpes
eumedes, æneas. dolon
eumenides, furiæ
eumenidum mater. nox
eumolpia ſacra. eumolpus
euneus. hypſipyle
eunica. ſapho
euonus. peparethus
euonymus. aulis. lipare
euonyme, furiæ
eupalemus. dædalus
euphetes. archemorus
euphetus. archemorus
euphorion:cothurnus
euphroſyne, gratiæ
eurotas. acriſius. lacedæmon, pithane, tempe
europa africa. eriſichthon. minos. rhadamanthus. ſarpedon. cadmus
europea, glaucus
europs. europa
europæus dux. minos
euryale. orion. meduſa
euryalus. vlyſſes
eurycida. endymion
eurydice, acriſius. æmon. alcmena. antigone. archemorus. aſcanius. philippus
euryabe, medea
eurygania, thebæ bœotiæ
eurymus. telemus
eurymides, telemus
eurymedon. alcinous. cinyras prometheus
eurynome. gratiæ
euryphaeſſa. aurora. niobe. pelops. ſol
eurypylus. bombycina veſtis. cos. penelope
eurypyli vrbs. cos
euryſaces. tecmeſſa
eurythemis. ancæus
eurythoe. hippodamia. Oenomaus
eurytus. iole. phocus
eurytis. iole
eurytion. menœtius
euſius. bacchus
euterpæ, muſæ
euthymus. aer
euxantius. miletus
euxinus. æmus. mare ponticū
exalithus. cyllarus
excetra. hydra
excocœtus. adonis

F

Fabaris. farfarus
fageus locus. fagus
falernus ager. vinum falernum. prælum
faliſcum. faliſci
falx. ſaturnus. telchines
fatua dea. faunus
fauna dea. faunus. panes
fauni. panes
faunigena. latinus
faunus, latinus. pan
fauſtinianus ager. vinum falernum
februata dies, luperci

femur mons. bacchus
feretrius iupiter. acron
feronia. ſoractes
fiorenus. liris
fibri teſticulus. caſtoreum
filum puniceum. accipiter
fluuus. rhenus
floralia. flora
flos regius. lilium
fluminum græciæ maximum. achelous
flumina aurifera. ganges
fœminæ pulcherrimæ vbi. fœmina
formiæ. artacia
fortuna plutus. virgo
fregellæ. liris
furiæ. narciſſus flos. harpyiæ

G

GAbij. iuno
gabina iuno. iuno
gadir. geryon
gadium. geryon
gætulum litus. purpura
galatea. illyria
galatia. abrotonus. loricæ
galatæ. bracæ
galilæa. iudei
gallia. galli
galli. cybele
galli aues. pauo
gallicæ. gallia
gallus. illyria
ganges. indus. nardus
gangaridæ. ganges
ganymedes. aquarius
gargarus. gargara, ida mons
gargaphie. hippocrene
gargettus. epicurus
gargettius. epicurus
garis. derceto
gauranum vinum, vinum falernum
gelon. gela
gelonus. geloni
gemellipara dea. latona
gemini ſidus. caſtor
genij. heroes
geræſtos. pelops
gergithium. ſibylla helleſpontiaca
getæ. daci
gigantes. myconus. pallene
glaſtum. britani
glauce. creuſa. diana
glaucopis. pallas
glaucus. æſculapius. althæa. bellerophon, labici. paſiphae. phaſis, ſemperuiuum
gongyle. ſapho
glycerium. eupolis
gordius. midas
gorgon. acriſius. ægis. diana. meduſa
gorgoneus lacus. hippocrene
gortyn. arcus
gortyniacus. arcus
gradiuus pater. mars
gragus. cragus
graij. græci
graiugenæ. græci
gramen viuax. ſemperuiuum
granicus. xanthus
granata poma. poma punica
graucaſus. caucaſus
gryneus. apollo
grynæ. apollo
grynea. apollo
gyrades inſulæ. caſſandra
gyrus mons. calydon

Digitized by Google

H

HAEmodus. ganges
Halefus. faliſci
Halieis. alcmena
Halyacmon. inachus
Hamadryas. dryades
Hamadryades. dryades
Harmathoe. itys
harmonia. agaue cadmus. iaſiõ ino. peleus. ſemele
Harpagus. cyllarus
Harpale. cycnus
Harpina. œnomaus
Hecate. caſtor. circe. medea. ſcylla
Hecaleſion ſacrum. hecale
Hecaleſius. iupiter. hecale
Hectorea gens. troiani
Hectoreus amnis. ſimois. xanthus
Hecuba. caſſandra. deiphobus. hector. helenus. paris. polydorus. polyxena. troilus
Hedera. bacchus
Hedyoſmos. menta
Hegeſander. argo
Hegemone. gratiæ
Helena. caſtor hermione. iphigenia. theſeus
Helenæ fratres, caſtor
Helenium. helena
Helege. melampus
Helenor. danaus
Heliades, phaethontis ſorores
Heliadum lacrima. electrum
Helice. vrſa ſidus
Helicon. agannippe, cithæron. hippocrene
Heliconiades. muſæ
Heliconius neptunus. helice
Helius. rhenus
Heliopolis. thebæ ægypti
Hellas. achaia. græcia
Hellen. græcia. pyrrha
Hellenes. græcia
Helle. aries ſidus. helleſpontus
Helleſpontus. abydos. boryſthenes. propontis
Hellopia. hellopiæ
Hephæſtia. lemnos
Hephæſtius. erichthonius
Hepſema. ſapa
Heræa montes. vrij
Heræa. bacchi ſacra
Hera. heroes
Heraclea vrbs. aconitum. oeta. tarentum. trachin
Heraclea. bacchi ſacra
Heracleoticum oſtium. nilus
Heraclidæ. mycenæ
Herceus. iupiter
Hercules. africa. amathus. aper erymanthius. apollo. aquila promethei. ariõ equus. aſtydamia. atlas. auētinus. auernus. buſiris. cecropes. caicus. cancer. cerua. chiron. citriũ. cos. cycnus. deianira diomedes. draco. eryx. eurotas. faunus. geloni geryon glauci. hebe. hydra. hylas. iole. laomedon. latinus. leo ſidus. linus. myconus. mare ionium. megara. memnon. æſculapius. neapolis. neſſus. oeta oleaſter. omphale. orchomenus pallanteum. pelops. pheneus. populus. porphyrion. ſardinia. prometheus. proteus. pyrrhus,

rex. ſcylla. ſcythæ. ſirenes, ſtymphalides. tarentũ. taurus marathonius. tempe. thebæ ſiue theba. thelephus theſeus. theſtiades. taxus. thiodamas. tibur, trachin. troia. xanthus
Herculeus ſinus. aqua virgo
herculea via. auernus
Hercules baſilicus. canis
Herculea vrbs. herculanium
Herculis vxor. megara
Hermes. mercurius
Hermæa. bacchi ſacra
Hermeſianax. antimachus
Hermi campi. cayſter
hermione. æſculapius. diomedes. helena. oreſtes
Hernici, ætoli
Heroinæ. heroides
Heros. penates
Herophile. ſibylla erythræa
Heſione. aceſtes. deucalion. laomedon. telamon
Heſperides. adonis. anguis. atlas draco
Heſperius rex. atlas
Heſperia. italia
Heſperus. lucifer
Heſperium malum. citrium
Hierapolis. abrotonus. derceto
Hiericus. palma
Hierophile. ſibylla cumæa
Himerus. eurotas
Hippalmus. tantalus
Hippaſus. tantalus
Hippe. theſeus
Hippius. neptunus
Hippocrates. cos
Hippo. annibal
Hippocoon. amyclæ. caſtor
Hippodame. hippodamia
Hippodamia. phœnix
Hippolytus. admetus. æſculapius. aricinus lacus
Hippolyte. acaſtus. hippolytus theſeus
Hippomedon. atalanta. parthenopæus
Hippomenes. atalanta
Hipponus. bellerophon. ſthenelus. capaneus
Hippotes. æolus. creuſa. creon
Hippotades. æolus
Hippothoon. helena
Hippus. phaſis
Hirpiæ familiæ. ſoractes
Hiſpalus. hiſpania
Hormiæ, formiæ
Horti nobiles. adonis. draco.
Hoſtia. propertius
Hya. aganippe. hyades
Hyas. hyades. pleiades
Hyades, pleiades. taurus ſignũ thiene
Hyacinthus. admetus. aiax telamonis. caſtor
Hyantius. actæon
Hyanteus. aganippe
Hyantis. ætoli
Hyantes, aganippe
Hyantia. aganippe
Hyblon. hybla
Hybris. thybris
Hyccara. lais
Hyde. ſardis
Hydna. glaucus
Hydola. ſibylla erythræa
Hydra, chimæra. lerna

Hylas. thiodamas. aſcanius lacus
Hyla, tychius
Hylæi. hypanis
Hyleeſſa. paros
Hymenęus. ęſculapius. thamyris
Hymettus. apes. aricinus lacus, mella. trabes
Hymettia litora. aricinus lacus
hymnale. aſpis
Hypępę. arachne
Hyperion. aurora. ſol
hyperione ſatus. ſol
Hyperippa. endymion
Hyperborei. aquilo. aſinus
Hypermneſtra. amphiaraus
Hypingus. pęan
Hypoplacię thebę. thebę ſiue theba. danaus
Hypogeſon. ſempęruiuum
Hyrcani. tigris
Hypſipyle. archemorus
Hypſipylęa tellus. lemnos
Hyria. paros. zacynthus
Hyrieus. alcyone. orion
Hyrieia proles. orion

I

IAcchus. bacchus
ialyſus. telchines
iambi repertor. archilochus
ianira. euadne
ianigena. canens
ianus. canens. iuturna
iaon. mare ionium
iapetus. atlas. prometheus. pyrrha
iapeto ſatus. prometheus
iapetionides. atlas
iapidium. timauus
iapis. timauus
iapidia. iapygia. timauus
iapyges. nęrthus
iapyx. fauonius. iapygia
iardanes. omphale
iardanis. omphale
iaſion. plutus
iaſius, iaſion. plutus
iaſides. cepheus. palinurus
iaſis. atalanta
iaſon. hypſipyle. boſphorus
iaſus. argos. atalanta. cepheus
iaxartes. tanais
Iberia. geryon. hiſpania
iberes. iberia
iberi. hiſpania celtiberia
iberus. hiſpania
iberæ boues. geryonis boues
iberum armentum. geryonis boues
ibis. accipiter
Icarius. penelope
icarij gener. vlyſſes
icarij boues. bootes
icariotis. penelope
icaris. penelope
icarus. bootes. canis ſidus. oſcilla. caſtor. helena
ichnis. themis
ichnea. themis
ichnuſa. ſardinia
Ida ęneas. apollo. curetes. fraxinus. memnon. pix
idęus puer. aquarius
idęa. nympha. creta. ſibylla erythręa
idęi montes. cupreſſus
idęi dactyli. curetes. penates
idęa. troia

idalia. venus
idas. lynceus. marpiſſa phœbe
idmon. arachne. calchas
idothea. proteus
idumæa. palma
idyia. medea
ignis æternus. veſta
ignigena. bacchus
ignipotens. vulcanus
ilaire. phœbe
ilex. geniſta. ſuber
ilia menas. caſſandra
iliades. aquarius. remus romulus
ilione. polymæſtor
ilios. ilium
iliſſus. orithyia
ilithyia. amor. diana
illyrius. illyria
ilus. aſcanius. ilium
imaus. taurus mons
imbraſus. parthenius. ſamothracia
inachus. argos. græci. io. mycenæ. phœbe
inachia iuuenca. iſis
inachis. iſis
inachides. perſeus
inachij. græci
inarime. pithecuſæ
india. hydapſes. gemmæ
indus. india. ganges
ino. melicertes
inous. melicertes
inopus. diana
iuuus. pan
io. viola. epaphus. helice. boſphorus. cepheus
iobates. bellerophon
iocaſta. antigone. thebæ bœotiæ
iola. iolaus
iolaus. megara. ſardinia. perſeus
iolenſes. iolaus. ſardinia
iones ionia. mare ionium. megara
ion. ionia
ionius. carmētis. mare ionium
ioppe. bitumen
iordanes. bitumen. iudæi
ios. viola
ioue natus. mercurius
iouis arbor. quercus
iphiane. melampus
iphianira. melampus
iphianaſſa. iphigenia
iphias. euadne
iphiclus, æs. alpheſiboea. cephalus. orion. perſeus. pero. proteſilaus. philoctetes
iphidamas. buſiris
iphigenia. diana
iphimedia. otus
iphinoe. dædalus
iphitus. omphale
irena. thais
irus. menœtius. patroclus
iſæa. cadmus
iſara. rhodanus
iſis. canis ſidus dercetos. io
iſmarus. vinum
iſmene. thebæ. bœotiæ
iſmenias. linus
iſmenus. hippocrene
iſoetes. ſemperuiuum
iſthmos. achaia. corinthus
iſthmia. pinus
iſtria. acer. iſtropolis
itali. italia. thamyris
italus. italia
iton. itonus. proteſilaus

itone. itonus
itonia. itonus
itones. omphale
itylas. itys
ityræi. arcus
iubæ tellus. mauritania
iudæa. iudæi
iudices inferorum. æacus
iuga iuno. iuno
iugarius vicus. iuno
iulia gens. remulns ſiluius
iulius. remulus. ſiluius
iulus. aſcanius. pæan
iuno heroes. lilium. mephitis. mars. telchines. prometheus ſamothracia. vrſa ſidus. vulcanus
iuno lucina. diana
iunonis. geryon
iunonigena. vulcanus
iunonius cuſtos. argus
iunonis volucris. pauo
iunonis nuntia, iris
iunonis roſa. lilium
iunonia colonia. faliſci
iuno auerna. proſerpina
iuno inferna. proſerpina
iunci. myrica
iupiter. acron. acriſius. admetus. adonis. æacus. ægina. ægis. æſculapius. æſculus. agragas. amphion, antiope apollo. aquila. arcadia. arethuſa. argonautæ, babylon. bacchus. colūbæ. creta. curetes. dardanus. diana. endymion epaphus. europa gargara. gratiæ. hebæ. hecale: helena. hercules. horæ. iaſiō. inachus. io. lariſſa. latinus. lycæus. menœtius. mars. mercurius. minos, muſæ. nemeſis. oreades. pallas. palici. pan. proſerpina. perſeus pleiades. rhedamāthus. ſarpedon. ſibylla erythræa. ſimois. tātalus. thamyris. themis. thetis. thebæ bœotiæ. tityus. virgo, vulcanus.
iuſtitia. virgo
iuturna. aqua iuturna
ixion. chiron. phlegyas
ixione natus. pirithous
ixionides. pirithous

L

Labyrinthus. minotaurus
lacedæmon. acriſius. amyclæ
laceria. coronis
lacheſis. parcæ
lacinium. iuno
lacinia diua. iuno
lacius. manto
laconia. amyclæ. purpura
lacteus circulus. lilium
ladon. daphne
laertes. ithaca. vlyſſes
laertiades. vlyſſes
laertius heros. vlyſſes
læſtrigon. antiphates
læſtrigones. antiphates. formię
lagus. pharos. thais
laius. thamyris thebæ bœotię
lamia. ſcylla. ſibylla erythræa
lampe. arpi
lampetie phaethontis ſorores
lampia. erymanthus
lampon. auroræ equi
lampſacus. priapus
lampſace. lampſacus

lamynthius. antimachus
lanata poma. lanugo
lanuuium. lanuinus
laocoon. œneus
laocooſa. idas. lynceus
laodamas. parthenopæus
laodamia. ſarpedon
laodice. agamemnon. pylades
laodocus. iaſon
laomedon. apollo. priamus. tithonus
laomedontiades, priamus
laomedontiadæ. troiani
laomedontius heros. æneas
laomedontea. lampſacus
laonome. hercules. pheneus
laonytus. thebæ bœotiæ
laophon. althæa. leda
laos. æs
laothoe. calchas
lapithus. lapithæ
lares. circenſes ludi. genius. heroes, penates
larini boues. epirus
lariſſa. græci
larnaſſus. parnaſſus
larus auis. narciſſus
laruæ. penates
larymnus. glaucus
laſer. cyrenæ
laſerpicium. cyrenæ
latmus. endymion
latmius heros. endymion
larois. diana
latona. apollo. delos. diana
latonigena. apollo. diana
latonia proles. apollo
latonia. diana
latous. bombycina veſtis. apollo
latoius. apollo
latramis. thoas
lauina. latinum
lauinum. circe
lauiniatæ. circe
lauinienſes. circe
laurentum. circe
laurentes. latini. circe
laurus. æſculus. omphale
lechæa. cenchreæ
leda. helena. caſtor
ledæ pueri. caſtor
leleges, aganippe. locri, megara
lelegeia mœnia. megara
lemnius pater. vulcanus
lenæus. bacchus
lentiſcus. liternum
leonticus. thais.
leontium. antimachus
leporaria vitis. vitis lageos
leptis. annibal
lepuſculi. celtiberia
leptis. narciſſus
leros. calymna
lesbius. ciuis. alcæus
leucadia. varro
leucadium mare, mare ambracium
leucadius. apollo
leucippus. æſculapius. coronis naxos. phœbe. daphne
leucippe. euryſtheus. nilus
leucippis. phœbe
leucophrys. tenedos
leucoſia. ſirenes
leucoſyri halys
leucothea. cycnus. ino. pactolus
leucothoæ. nereides
leucus. creta

libanotus. corus
liber, bacchus
libera, ariadna. bacchus
libethrides nymphæ. muſæ
libethrum. muſæ
libethræ, orpheus
libra. ſcorpius
libs. africus
liburnia. nauis
liburnæ. nauis
libya. africa. buſiris. hercules
ligea. ſirenes
liguſticum mare. mare adriaticum
lilybæum. ſicilia
lindus. telchines
lipara. æolus
liparus. æolus. lipare
lirinon. lilium
lirion. lilium
liriope. narciſſus
liticen. lituus
liuius hiſtoricus, ouidius
Locri. leleges
loricati. cataphracti
lotophagi. lotos
lotophagite. lotos
Lucæ boues. elephanti
lucifer. ceyx
lucina. diana
lucrinus ſinus. conchylia
ludi græciæ. pancratium
ludi romani magni. circenſes ludi
luna. arcades. bacchus. diana. endymion. hecate. memnō. proſerpina
lupercalia. luperci
lupus. narciſſus
luſcinia philomela
luſi. melampus
luſitania. hiſpania
luſium. æſculapius
lyæi mater. ſemele
lyæus lateх. vinum
lyæus. bacchus
lycaon. calliſto. helice. Italia. mænalus. pandarus
lycaonis arctos. vrſa ſidus
lycaſtus. arcadia
lycæthus. creon
lycæus. lupercal
lyceum. lycia
lycia. apollo
lycius deus. apollo
lycomedes. pyrrhus
lycoria. laurus
lycormas. euenus
lyctius. cretenſis
lyctos. cretenſis
lycurgus. æſculapius. ancæus. archemorus. egeria. leges
lycus. antiope. apollo
lydæi. lydi
lydi, purpura
lydia puella. omphale
lyde. antimachus
lydus. lydia
lygæus. penelope
lynceus, danaus. phœbe
lyrneſus. hippodamia
lyrneſius heros. thelephus
lyſidice. alcmena. hercules. tālus
lyſimache. ſicyon
lyſippa. melampus. tanais
lytierſa. pæan

M

MAcar. lesbos
macaria. lesbos
macareus. rhodos

macaroneſos. creta
macria. rhodos
macris. anthedon. vinum
mæander. byblis. cycnus. marſyas. myrica
mænades. bacchæ
mænalius, arcadius
mænis piſcis. narciſſus
mænoles. bacchæ
mæonia. cayſter. lydia. etruria
mæon, homerus. lydia
mæonius. homerus. lydij
mæonides. homerus. muſæ
magi. medea. myrica
magnes. thamyris. philoctetes
magneſia. argo. philoctetes
magnetias. argo
magydaris. cyrenæ
maia mercurius
maia genitus, mercurius
malache, malua
mamers. mars
mamilia. tuſculum
manes, penates
mania. penates
manto. antimachus, mopſus
mantua. manto
mantus. melampus
marathonius populus, taurus marathonius
marathon. eurotas
marcus antonius. cleopatra
mare adriaticum. italia
mare thuſcum. italia
mare ſuperum, italia
mare inferum. italia
mare mortuum. bitumen
mareoticus. vinum
maria fons, vinum
marica. circe
maris vates. varro
marmeſſus. ſibylla erythræa. ſibylla helleſpontiaca
marmeſſia. ſibylla Helleſpontiaca
marmor nobile. columnæ. trabes
maron. vinum
marpeſſus. cautes. ſibylla erythræa
marpiſſa. euenus
mars. accipiter. alpheus. amazones. amor. arcadia. chalybes. calydon. cycnus. euenus. hippodamia. hippomenes. leda. pangæa. parthenopæus. pentheſilea. tmolus. ſtrymon rhoetiũ. romulus. ſagitta. venus. Oenomaus
marſi. fucinus. venenum
marſus. venenum
marſyas. fucinus. tibia. venenũ
martia auis. picus
martius anguis. draco
martigena. remus. romulus
maſperon. cyrenæ
maſtiche. liternum
matoas. iſter
matuta. ino
matutinus pater. ianus
mauors. mars
mauruſij. mauri
mauruſia gens. mauri
mauſolus. india
medea. hecate. media. perſia. ſaga. theſeus
medi montes. hydaſpes
medicum malum. citrium

media. acinaces. citrium
medeon. pylades
medus. acinaces, euphrates. media
meduſa. pegaſus
meduſæus equus. pegaſus
meduſæus fons. hippocrene
megaræ. bulbus
megara. hybla. ſapho
megareus hippomenes. mega-
meganira. triptolemus (ra
megapenthus. melampus
megarici philoſophi. megara
melamphyllos. ſamothracia
melamphyllon. acanthus
melampodion. melampus
melampſythium. vitis pſythia
melampus. idmon. pero
melanion. atalanta, parthenopæus
melanthius. melanthus
melanthemos. ſamothracia
meleager. atalanta. electrum. gallinę
meleagrides aues. electrũ. gallinę. pauo
meles. homerus
meleręus. homerus
melete muſę. ixion
melia. cadmus. inachus
melię nymphę. gigantes
melibęa niobe. philoctetes
melibœus dux. philoctetes
melicerta. glaucus
meligunis. liparę
meliſſa. dyrrachium
meliſſeus. hedi
melite. theſeus
melitęi canes, melite
melon. parthenopęus
melpomene. muſę
memnonides aues. memnon
memnonia regia. memnon
memphis. apis. epaphus
memphitis bos. apis
memphitis vacca. io
menalippa. ęolus. arne. parthenopę i. hippolyte
menapij. morini
mendes. pan
mendeſij. pan
mendeſium oſtium. nilus
menelaus. hermione. proteus. caſtor. tantalus
meninx. purpura
menippe. orpheus
menoetiades. patroclus.
meotis. nix
meotica tellus. ſcythia
mercurius. ęſculapius. amor. autolycus. caduceus. caicus. daphnis. euãder. faunus. glaucus. hermaphroditus. hippodamia. linus. lyra. pan
merdeus. naxos
mergus ęſacus
merion. idomeneus
meris. labyrinthus
meron. labyrinthus
merope. æſacus. glauci
meros. ęſacus. phaethon
meſſapia. iapygia
meſſana. charybdis
meſſanicus, paduſa
meſſenia. meſſene
meſſogite. vinum
meſſogis. vinum
meſtra. eriſichthon. metra
metanira. triptolemus
metagonitis. numidæ

metapontius. medea
methone. philoctetes
methymna. lesbos
meti aduſa: dædalus
metinus. dædalus
meti es. dido. pygmalion
midæ fons. marſyas phrygiæ
miletus. byblis
miletis vrbs, iſtropolis
miletis. byblis
mimallones. bacchæ
mimallonides. bacchæ
minerua. pallas
mineruæ promontoriū. ſirenes
minos. æacus. æſculapius. ariadna. egeria, iaſion. idomeneus. minotaurus. aquarius. procris. rhadamāthus. oaxes. leges
minois. ariadna. paros
minoia. phædra
minthe. menta
minturnæ. liris
minyas. orchomenus
minyæ. argonautæ
minyius. argonautæ
minyeus, argonautæ
mitra. galli
mitrati chori. galli
mitylene. lesbos
mneme. muſæ
mnemoſyne. muſæ
mneſiphæ. ægiſthus
mneſon, leges
mneuis. apis
mœra. canis ſidus
moloſſia. epirus
moloſſi, pyrrhus
molpe. ſirenes
molpis. iupiter
molus. idomeneus
mopſopia. mopſus. athe[...]
mopſopius. athenæ
mopſops, athenæ
mopſopus. athenæ
mortui qui reuixerunt. æſculapius
moſa. rhenus
moſchus. theocritus
moſes. leges
mulciber. vulcanus
mulgaria. mulctralia
mulus. lunæ equi
munychia. atticus
munychius. atticus
munychyon menſis. atticus
munychia diana. atticus
munychus. atticus
murtia venus. myrtus
muſæ. thiene
muſtea pyra. volema
mycenæ. ægiſthus: agamemnon. iuno
mycene. mycenæ
mycenæus. mycenæ
mycenis. iphigenia
myconij. myconus
mygdones. corœbus
mygdon, corœbus
mygdonides. corœbus
mygdonia. marmor
mygdonius. marmor. melas
mirina. lemnos
myrinæi. apollo
myricinum baculum. myrica
myrmidon. eriſichthon. menœtius. myrmidones
myrmidonia. myrmidones
myro. ſapho
myrrha. adonis

Digitized by Google

myrſine. myrtus
myrtis pindarus. ſapho
myrtilus. pelops
myrtoum mare. pelops
myrtus ſilueſtris, ruſcum
myrtus. ææa
myſcelus. mycilus
myſus iuuenis. telephus
myſia. telephus

N

NAbla. naulia
nais. æneas
narnia. nar
narthex. ferula
narthena. ferula
naryx. aiax oilei
narycium. aiax oilei. locri
narycia. pix
narycius heros. aiax oilei
naula. naulia
naupactum. achelous
naupacteus. achelous
nauplius. caphareus. palamedes
naupliades. palamedes
nauſicaa. alcinous
nauſithous. alcinous
neæra. autolycus. medea
neæthus. æſar
nectar. vinum
neleus. neſtor. però
neleius. neſtor
nelei ſanguinis author. neptunus
nelides. neſtor
nemea ſilua. cleonæ
nemeæi ludi. archemous
nemeæa ſacra. cleonæ
nemeſis. helena
neobule. lycambes
neocles. epicurus. themiſtocles
neoclides. themiſtocles
neoptolemus. pyrrhus
nephele. helle
nepheleis. helle.
neptunus. æacus. aganippe. alcyone. alcinous. ancæus. antæus. anthedon. aries ſidus. arion equus. arne. athos. briareus. buſiris. cadmus. caicus. calaurea. caphareus. celenæ. circenſes ludi. corcyra. cos. cycnus. dyrrhachiū. euadne. eurotas. glaucus. græci. helice. hercules. hippomenes. iſthmos. mare. marpiſſa. neleus. orion. otus. pallas. parnaſſus. pegaſus. pelias. pelops. polyphemus. penates. proteus. rhodope. rhodos. ſicilia. tænarus. tarentum. ſtrymon. telchines. theophane. theſeus. triton. troezen. tyro
neptunia proles. neleus
neptunius incola rupis ætnææ. polyphemus
neptunius heros. theſeus
neptunia mœnia. troia
nereus. thetis
nerei filia. thetis
nereis. thetis
neritius heros. vlyſſes
neſtus. leena
neſtor. leges
nicippa. euryſtheus
nicoppe. tantalus
nicoſtrata. carmentis

nilīgenę. ęgyptij
nilus. aſia. africa. cadmus. myrica rhoeteum. canopus
ninus. ſyri
niobę argonautę. iſmenus. tānipnates. taurus mons (talus
nireus. glaucus.
nitis. nardus
niſea. megara.
niſeis. ſcylla phorci
niſeia virgo. ſcylla niſi
niſious. taurus mons
noctiluca. diana
nomades. daę. numidę
nonacrius, arcadius
nonacris. arcadius
nonacrinus. arcadius
norici. enſis
noſſis. ſapho
notius piſcis. derceto
notus ventus. auſter
nouem vię phyllis
nouenſiles dij. muſę
nox. furię
numa. egeria. faunus
numitor. amulius, ilia
nycteis. antiope
nyctelius. bacchus
nyctimene. noctua
nyctimus. alpheus. arcadia
nymphę. oceanus. thiene
nyſa. bacchus
nyſęus. bacchus

O

OAxus. oaxes
oceanus. achelous. ęetes. Aeęa. alcyone. aſterope. cecropes. calypſo. athenę. atlas. chiron. europa. gratię. hyades. inachus. libya. medea. nilus. pleiades prometheus. rhodos. ſtyx. telchines. tethys. thracia
ochimus. rhodos
ocnus. manto
oculus herba. ſemperuiuum
ocypete. harpyiæ
ocyrhoe. caicus. pallene. phaſis. rhoeteum
odryſæ. itys
odryſius. itys
oeager. æmus. orpheus
oeagrius. æmus. orpheus
oeagri calliopeſque nurus. euridice
oeax palamedes
oebalus. clytemnæſtra. hyacinthus. idas. penelope. caſtor. helena
oebalides. hyacinthus
oebalius puer. hyacinthus
oecleus. amphiaraus. melāpus
oeclides. amphiaraus
oedipus. thebæ bæotiæ
oedipodia. hippocrene
oeneus. deianira. meleager
oenides. diomedes. meleager
oenomaus. antæus. hippodamia
oenone inſula. ægina inſula
oenopia. ægina inſula
oenopion. rhadamanthus
oenotria tellus. italia
oenotri. italia
oenotrus. italia
oeta hercules. ceyx. thermopylæ
oetæus deus. hercules
ogdous. memphis
ogyges. bacchus

ogygiæ thebæ. bacchus
ogygia. calypſo
ogygium diluuium. delos
oileus. aiax oilei
oilides. aiax oilei
olbia. nicæa
oleaſtrum. myrica
olea. æſculus
olenius. capra ſidus
olenus. capra ſidus
olenij campi. mars
oloeſſa. rhodos
olympia. venus vjtis
olympias. alexander
olympius iupiter. arethuſa
olympus. crocus. cytorus. iupiter. muſæ. marſyas. vinum
omotermon. delos
oncheſtus. aganippe
onei montes. megara
opheltes. archemorus
ophion. titanes
ophionium. titanes
ophiuchus. anguis. omphale
ophiuſa. rhodos
opis. diana
oples. theſeus
ops. cybele
opuntij. locri
opyia. briareus
orates. taurus mons
orchitis. oliua
orchomenus. argonautæ. cephalus. mopſus
orci portæ. ſymplegades.
orcus. pluto
orea. orion
oreges. taurus mons
oreſtes. agamemnon. diana. furiæ. pyrrhus. caſtor
oreſtias regia. oreſtes
orga. marſyas
orgia. bacchi ſacra
oricius. terebinthus
oricos. terebinthus
orion. æſculapius. ſcorpius
orithyia. æmus. calais
orithyię genus. calais.
orius. dryades
ormenus. aſtydamia. phœnix
ormenis nympha. aſtydamia
ornis. ſtymphalides
oroates. perſia
oroandes. taurus
orpheus. cithæron
orphica ſacra, cithæron
orrobum. eruum
orſilochus. penelope
orthoſia diana. cerua
ortygia. alpheus. delos
oſcines. coruus
oſiris. amathus. apis. bacchus. mercurius. hedera
oſtrea cyzicus. purpura
otus, naxos
oues nobiles. vellera
ouis aurea. aries ſidus
oxalis. lapathon
oxus. bactra.
oxyathrus. amaſtris
oxycedros. cedrus
oxylapathon. lapathon
oxylus. dryades
oxymyrſine. ruſcum
ozolæ. locri

P

PAchynum. ſicilia
pactia. paros
pados. padus

padus. cycnus. paduſa
pæan. apollo. pytho ſerpens
pæderos flos. acanthus
pæon. aries ſidus
pæonia regio. pæones
pagaſa. alceſtis
pagaſæ. argo
pagaſæus. alceſtis
pagaſæa puppis. argo
pagaſicus ſinus. alceſtis
pagondas. leges
pagonus. æſculapius
palæmon, melicertes
palæſtina. euphrates. iudæi
palæſtini. iudæi. ſyri
palæſtinæ deæ. furiæ
palma. funda
palatina auis. vultur
palatium. pallanteum
palici. acis
palilia. pales
pallas dea. achillis haſta. ægis. æſculus. aracymbes. athenę. diana lucretia. myrtus. oliua. oliuum. tibia
palladis arbor. oliua
palladius latex. oliuum
pallas palus. pallas dea
pallas vir. æneas. aurora. latinus. pallanteum. pallas dea
palladia ratis. argo
pallantias. aurora
pallantius. euander
pallantium. pallanteum
pallene. proteus
palmæ. thebæ ægypti
pamphile. bombycina veſtis
pamphilus. apelles
pampholige. libya
pamphos. gratiæ
pan. capra ſidus. echo. lupercal pindarus. pinus
panaces. panacea
panacia. bacchi ſacra
panax. panacea
panathenæa, erichthonius. bacchi ſacra
pancratiaſtes. pancratium
pandareus, itys
pandion. cecrops. procne. theſtiades, philomela
pandionius. athenæ
pandia. bacchi ſacra
pandora. deucalion. diana. pyrrha
pangæus. paugæa
panionia. helice
panomphæus. iupiter
panopeus. epeus
panteucleus. atticus
panthoides. euphorbus
pantidyia leda
paphi j. vrij
paphia nympha. cinyras
paphus. cinyras
papyrus. nilus
pareuſius. anio
paris. œnone
parilia. pales
parnaſſus. laurus
parins lapis. marmor
paros. archilochus
parrhaſia. arcadia
parrhaſius. arcadia
parthaon. œneus
parthaone natus, œneus
parthenia. ſamothracia
parthenius. ſamothracia
parthenope. europa, neapolis, thracia. ſirenes

parthenopea mœnia. neapolis
parthia. parthi
parthi. arcus
paryphi. bracæ
paſaphile. bombycina veſtis
paſiphae. ariadna. phædra. minotaurus
paſiphaia. phædra
patara. apollo
pataræus. apollo
pataros. apollo
patulcius. ianus
pauſia. oliua
pauſanias. philippus
pedaſus. hippodamia
pegaſus. hippocrene
pegaſides vndæ. hippocrene
pelaſgus. fagus. græci. argonautæ, lycaon
pelaſgia. græci
pelaſgi. glans. græci
pelagon. thebæ bœotiæ
pelethronius. lapithæ
peleus. acaſtus. achilles. achillis haſta, phocus
pelias, acaſtus. admetus
pelias haſta. achillis haſta
peliaca fraxinus. achillis haſta
peliaca trabs. achillis haſta
pelias arbor. argo
peliæ gener. admetus
peligni. ouidius
pelides. achilles. pyrrhus
pelius mons. argo
pella. canopus
pellæus. canopus
pelopea. ægiſthus. cycnus. thyeſtes
pelops. agamemnon. alcmena. argos. tantalus. thyeſtes. troezen
pelopis tertius hæres. agamemnon
pelopis genitor. tantalus.
pelopis ſoror. niobe
pelopeia mœnia. argos. arua. phrygia
pelopeia virgo. iphigenia
peloponeſus. græci. hippodamia
pelor. thebæ bœotiæ
pelorus. ſicilia
peluſiacus. lens
peluſiacum oſtium. nilus
peluſium. lens
peneia. daphne
peneis. daphne
penelope. pan. telemachus
peneus. apidanus. araxes. ariſtæus. cæneus. daphne. tempe
penthesilea, ſemiramis
penthelus. caſtor
peræa. iudæa
perdix. dædalus
pergamea gens. troiani
pergamea vates. caſſandra
perguſa. cycnus
periboea. aiax telamonus. alcinous. penelope
pericles. alcibiades
perierò. althæa
perilaus. perillus
periphas. lapithæ
permeſſus. aganippe. helices
pero. alpheſiboea
perrhæbi. pindus
perſæ. nardus. achæmenes. græci
perſarum vrbs. babylon
perſa, æetes. circe
perſes, æetes. aurora. chiron.

hecate. perſia
perſeis. circe, hecate. paſiphae. perſe
perſeus. acriſius, achæmenes. andromeda, hercules. hippodamia. meduſa, mycenæ. venatus
perſei vxor. andromeda
perſephone, proſerpina
perſephonea. proſerpina
perſica. myrica
perſis. perſia
peryclimene. admetus
petræus. neptunus
peucetius. italia
peucetij italia
phæax. corcyra
phæaces. alcinous.
phæacia. corcyra
phæſyle. hyades
phaena. gratiæ
phaethon. auroræ equi. cephalus. ſaturni ſidus
phaethontis auis. cycnus
phaethontis ſoror. populus
phaethontiades. phaethontis ſorores
phaethontides. phaethontis ſorores
phaethontia turba. phaethontis ſorores
phaethuſa. phaethōtis ſorores
phalantus. tarentum
phallagogia. bacchi ſacra
phanaroea. thermodon
phaon. ſapho
pharia iuuenca, io
pharmacis. eriſichton
pharnace. adonis
pharos. puteus
pharphariades. taurus mons
phaſelis. achillis haſta
phaſiacus ſenex æetes
phatmiticum oſtium. nilus
phegeus. alcmæon
phegis. alcmæon. alpheſiboea
pheneus. ſtyx
phereboea. theſeus
pheræ. admetus iaſon
pheræus. iaſon
pheretiades. admetus
pheres. admetus. tyro. iaſon
phera. iaſon
pherſephone. proſerpina
phidippus. cos
philammon. thamyris
philinna. theocritus
philippus. alexander
phillyrea. tilia
phillyrides. chiron
philyreius. chiron
philyra. ariſtæus. chiron. tilia
philoctetes. petilia
philodoce. phœbe
philolaus. leges
philomela. achilles. patroclus
philomelus. plutus
philottus. niobe
phineus. cadmus. andromeda. harpyiæ
phlegra. pallene
phlegyas. æſculapius. coronis
phlegyæ. phlegyas
phlius. ægina
phlogeus. cyllarus
phloſſa. theocritus
phocæa. pylades
phoceus iuuenis. pylades
phocaicus. erymanthus
phocus, tpeus. peleus. phocis

phœbe. apollo. latona. luna
phœbus. apollo, ſol
phœbi mœnia. troia
phæbigena. æſculapius
phœbeius iuuenis. æſculapius
phœnice. euphrates. proteus. vrſa minor
phœnicia, annibal.
phœnices. adonis. aganippe. annibal. funda. ſidon. ſiderum ratio
phœniceiæ literæ. cecrops
phœnix. ancæus. annibal. cythera. hercules, europa
phœnicuſſa. lipare
phœnides. æſculapius
phœnodamas. aceſtes
phorbas. admetus. cepheus. lapithæ. ſcylla. palæſtra
phorcus. ſcylla
phorcyn. ſcylla
phorcynis. meduſa
phorcys. meduſa
phoroneus. inachus. io. iuno. lacedæmon. argos. niobe
phoronis. io
phraſitea. pandion
phraſtor. thebæ bœotiæ
phronia. iaſion
phronis. iaſion
phronime. battus
phrontis. euphorbus
phrygium. phrygia
phrygia veſtis. veſtis
phrygiones. veſtis
phrygij, corœbus
phrygia. marmor
phryni. ranæ rubetæ
phryxus. aries ſidus. cytorus. phrygia. vellus
phryxeæ ſororis ſtagna. helleſpontus
phryxea ſoror. helle
phryxea ouis. aries ſidus
phryx. phrygia
phthia. achilles. græci. phœnix
phthius. achilles. græci
phthiotæ. myrmidones
phylace. laodamia. proteſilaus
phylaceia coniux. laodamia
phylacides, proteſilaus
phylacus. iaſon. laodamia. otiō. proteſilaus. philoctetes
phylleus iuuenis. cæneus
phyllus. cæneus
phyllis. demophon
phyllis regio. bacchæ
phylleiæ. bacchæ
picea. narciſſus
pictis. inybum
picus. faunus
pieria. muſæ
pieriæ. muſæ
pierides. muſæ
pieres. muſæ
pierius. muſæ
pierus. muſæ
pileati fratres. caſtor
pileum. caſtor. lucumo
pimplea. muſæ
pindus. ætoli
piraſus. cepheus
pirithous. ixion. theſeus
piſæus. tubæ ſonitus
piſces. derceto
piſinoe. ſirenes
piſion. phlegyas
piſſaſphaltos. pix
pithecuſæ. cercopes

pittacus. leges
pittheus. troezen. æthra. tantalus
pitys. pinus
pityuſa. lampſacus
placium. thebæ ſiue theba
planetæ. ſymplegades
platis. bombycina veſtis
plauſtrum. vrſa ſidus
plautia. tibullus
pleias. lycophron. maia
pleiades. alcyone. electra
pleiade natus, mercurius
pleione. alcyone. maia, pleiades
pleuron. althæa, calydon. leda. œneus
pliuthin. vitis
pliſthenes. agamemnon. hippodamia. tantalus
plotæ, harpyiæ
pluſia. muſæ
pluto, furiæ, harpyiæ
pluto tantalus
plutus. iaſion
podarces. priamus. philoctetes
poeas. philoctetes
poeante ſatus. philoctetes
poeantiades. philoctetes
poeantia proles. philoctetes
poenus. annibal
poeſſa. cea
polybus. glaucus. ſicyon
polycaſta. penelope
polycrates. anacreon
polydectes. perſeos
polydora. idas. lynceus
polydorus. parthenopæus
polyhymnia. muſæ
polymele. iaſon
polymeſtor. polydorus
polymneſtus. batteus
polymnia. muſæ
polynices. antigone. thebæ bœotiæ. parthenopæus
polypemon. procruſtes
polypheme. iaſon
polyphemon. alcyones. alcyone. procruſtes
polyphemone natus. procruſtes
polyphemonis nepris. alcyone
polyphemus. hylas. illyria
polyſtephanus. præneſte
polytes. æs
pontina palus. tarracina
populus arbor. æſculus. myrica
porphyriuſſa. cythera
porſena. labyrinthus
portæ thebarum. thebæ bœotiæ
portunus. melicerta
poſſidonia vrbs. pæſtum. troezen
poſidonia. bacchi ſacra
poſtuerta. carmentis
potentia. glauci
potnia. glauci
potniades quadrigæ. funda
præcincti, afri
præcidania porca. porca
præneſte. fortuna
præneſtis, fortuna
præneſtina dea. fortuna
praxidice cragus
praxilla. ſapho
praxithea. cecrops
priamus. æſacus. caſſandra. deiphobus. laomedon. he-

ctor. helenus. paris. polydorus. polixena. troilus
priameia virgo. caſſandra. polyxena
priamides. helenus
priniſtinum. præneſte
proca. amulius
procris. cephalus
procyon. canicula
prodromon. vinum lesbium
proetides. æſculapius. melampus
proeti filiæ. æſculapius. melampus
proetus. bellerophon. melampus. œneus. perſeus
prometheus. aquila promethei coronæ. deucalion. thetis
promethides. deucalion
promethea iuga. caucaſus
pronax. ſicyon
pronoe. melampus
proſa. carmentis
proſerpina. adonis. bacchus. ceres. furiæ
proſodia. pæan
proteſilaus. laodamia
proteus. pallene
protogenia. deucalion. endymion. pyrrha
protropon. vinum
pruſias. hylas
pſamathe. peleus. phocus. proteus
pſythium. vitis pſythia
pſylli. venenum
pteleon. procris
pteleus. proteſilaus
pterelas capreæ. leucates
pterophoros. pruina
ptolemæi. pharus
ptolemæus. thais
puerorum amatores. thamyris
puniceus. annibal
punicus. annibal
purpuræ. bracæ
pygmæi. grues
pylæ. œta. thermopylæ
pylij. pilæ
pyracmon. cyclopes
pyra. œta
pyrenæi. cytorus
pyriſſoos. achilles
pyrites. pyrethrum
pyrothron. pyrethrum
pyroton. pyrethrum
pyrrha. deucalion. theſſalia
pyrrha vrbs. lesbos
pyrrhæa. theſſalia
pythais. pythagoras
pythius. apollo
pythia. bacchi ſacra
pytho. apollo

Q

QVintilia. caluus
Quirites. romani
Quirinus. romulus

R

RAdius. oliua
radius. lupi
regina. diana
regina cnidi paphique. venus
regius flos. lilium
remulus. acrota
rhacius. manto
rhadamanthus. æacus
rhætia. acer
rhætus. rhæti

Digitized by Google

rhamnus. nemeſis
rhamnuſia. nemeſis
rhamnuſis. nemeſis
rhea. ceres. cybele. derceto. inachus. veſta
rhea ſiluia. ilia
rhene. aiax oilei
rheſus. ſtrymon
rhezenor. alcinous
rhiphæi mõtes. pruina. aquilo
rhodos. telchines
rhoda. rhodanus
rhodope. athos
rhodopeius vates. orpheus
rhododendros. oliua
rhoeo. anius. tithonus
rhoetea. rhoeteum
rhoeteius ductor. æneas
rhombus. hebrus
rhomus. circe
rhypes, mycilus
romulus. acron. picus. auis
roſa. pæſtum
rubrica. diogenes
rudiæ. ennius

S

Sabazea. bacchus
ſabina herba. oliua
ſabelli. ſabini
ſabus. ſabini
ſacæ. ſcythæ
ſacerdotes ægypti. io
ſacerdos æterna. veſtalis
ſagaris. omphale
ſais. cecrops pallas
ſalentini. iapygia. neæthus
ſalentinum. idomeneus
ſalganeum. anthedon
ſalia. anio
ſaliares cœnæ. dapes
ſaliuaris. pyrethrum
ſalmonea. ſalmoneus
ſalmone. tyro
ſalmoneus. tyro
ſalmonis. tyro
ſamara, vlmus
ſambrace. myrrha
ſamnites. ſabini
ſamos. ſamothracia. pauo
ſampſuchus. amaracus
ſandaliotis. ſardinia
ſangarius. dindyma
ſantones. garumna
ſapæi. vulcanus
ſapho. leucates
ſarapani. phaſis
ſardinia. io
ſardus. ſardinia
ſarmatæ. arcus
ſaronia. troezen
ſarpedon mons. taurus mons
ſarpedonia petra. orithyia
ſarra. purpura
ſarranus, purpura
ſatniois. hippodamia
ſatura. palus. tarentum
ſaturium. tarentum
ſaturnus. acheron. amor. ceres. chirõ. falx. italia. roma. veſta
ſaturnius mons. capitolium. roma
ſaturnius pater. iupiter
ſaturnia terra. roma
ſaturnia proles. picus
ſaturnium mare mare ionium
ſaturni dens falx
ſatyri. marſyas phrygiæ
ſauromatæ. ſarmatæ
ſaxum prægnans. ſol
ſcamander. æneas. aquarius.

ilus. tithonus. xanthus
ſcamandrius aſtyanax
ſcamandrodice. cycnus
ſcarphe. iaſon
ſchenia. corcyra
ſchoeneus. atalanta
ſchoeneis. atalanta
ſchoeneia virgo. atalanta
ſchoenitas portus. æſculapius
ſciathis. pheucus
ſcrutarius. ſcruta
ſcylacium. ſcylaceum
ſcylecium. ſcylaceum
ſcyleticus ſinus. ſcylaceum
ſcylla. glaucus
ſcylla puſilla. pancratium
ſcyllæum. æſculapius
ſcyoneus, glaucus
ſcyphius. ariſtæus
ſcyphios. equus
ſcyrias. deidamia
ſcyros. deidamia. pyrrhus
ſcyron. alcyones
ſcytha. ſcythæ
ſcythæ. arcus. aricinus lucus
ſebennyticum oſtium. nilus
ſebini. ſabini
ſedum. ſemperuiuum
ſegeſta. xanthus
ſeleucus. antiochus
ſemele. bacchus. vinũ. orpheus
ſemeles proles. bacchus
ſemeles ſoror. ino
ſemeleius. bacchus
ſementina pyra. volema
ſemidei. heroes
ſemiramis. adonis. babylon. bitumen. columbæ. derceto
ſenio canis
ſepias, thetis
ſeptentrio. vrſa ſidus
ſeptember. mercurius
ſeptem duces in bello thebano. parthenopæus
ſerapis. bacchus. canopus
ſeraphium. memphis
ſeriphij. perſeus
ſeris. intybum
ſerpentarius. anguis
ſeſamum. amaſtris
ſeſamus. parthenius
ſecta puella. hero
ſibylla. tripus
ſibylla theſſala, manto
ſicania ſicilia
ſicanus. ſicilia
ſicilia minor. naxos
ſiculus paſtor. theocritus
ſicyon. oliua
ſicyonia bacca. oliua
ſiderum colores. ſaturni ſidus
ſilarus, ſirenes
ſileni. ſatyri
ſilphium. cyrenæ
ſilys. tanais
ſimethius. acis
ſimethus. acis
ſimois, ſcamander. xanthus
ſimonides. cea
ſinidis filiæ. theſeus
ſinope. diogenes. ſinueſſa
ſinopeus. diogenes
ſinties. lemnos. vulcanus
ſipylus. niobe
ſiræum. ſapa
ſirius, canis
Siſyphus. bellerophon. glauci. vlyſſes
ſiſyphides. vlyſſes
ſithon. aquilo. rhoeteum

ſithonij. aquilo
ſmilax. taxus
ſmintheus. apollo
ſminthi. apollo
ſmyrna. cinna. homerus. myrrha
Socrates. alcibiades
ſol. aertes. circe. gratiæ. india. phaſis. rhodos. telchines. erichthonius
ſole ſatus phaethon
ſolis filia. circe. paſiphae
ſollax fluuius. tigris
ſolon. thais
ſomi abſinthium
ſonautes. acheron
ſophilus. alcibiades
ſophocles. cothurnus
ſparta iuno. lacedæmon
ſparton. geniſta
ſpartus lacedæmon
ſpecula deorum, pytho ſerpens
ſpina. tedæ
ſporades. calymna
ſtaphylus. anio
ſtergethron. ſemperuiuum
ſterope. euenus. ſirenes
ſthenele. patroclus
ſthenelus. cycnus. euryſtheus. iupiter. perſeus. thebæ bœotiæ parthenopæus
ſthenelia proles. euryſtheus
ſtheneleius. euryſtheus
ſtheno. meduſa
ſthenoboea. bellerophon
ſtilbe. lapithæ
ſtrategis. electra
ſtratolaus. parthenopæus
ſtrongyle. lipare. naxos
ſtrophius. pylades
ſtrophio natus. pylades
ſtrophades. harpiæ
ſtrymo. tithonus
ſtrymō. athos. theſeus. rhodope
ſtrymonius. grues
ſtymphalus. ſtymphalides
ſtymphalis. ſtymphalides
ſtymphalia monſtra. ſtymphalides
ſtymphelus. alpheus
ſubſolanus. eurus
ſuffenna, mutuſca
ſulchi. ſardinia
ſuſinum. lilium
ſybaris. mycilus
ſyleus. omphale
ſynnada. columnæ
ſyria. euphrates
ſyri. derceto
ſyrus. ſyri

T

TAEnarus. archilochus. eurotas. neptunus
tenarius deus. neptunus
tænarius. columnæ
tænarides. hyacinthus
tænaron. iupiter
talaus. eriphyle, ſicyon
talai gener. amphiaraus
talaonia. eriphyle
talo. thamyris
talus. thamyris
tamarus. neptunus
tamarix. myrica
tanaſſus. cyprus
taniticum oſtium. nilus
tātalus. niobe. pelops. thyeſtes tmolus
tantalides. agamēnon. atreus. oreſtes. pelops. thyeſtes
tantalis. niobe

Digitized by Google

taphius. capreæ
taras. tarentum
tarentini. phalantus
tarpeius mons. capitolium
tarpeius pater. iupiter
tarpeia virgo. capitolium
tartarus, acheron. aquila pro-
taurica regio. ęetes (methei
tauri populi. diana
tauriſci. enſis
tauropolis. thoas
taurus mons. abſinthium
taxica. taxus
taygete. pleiades. taygeta
tegea. aper ery nanthius
tegeęus. aper erymanthius
teius. anacreon
telamõ. aiax telâmonis. phocus
telamonius. aiax telamonis
telamoniades. aiax telamonis
telchines, curetes
teleboę. alcmena. capreę
teloboum regna. capreę
telegonus. epaphus. pręneſte. proteus. tuſculum
telegoni mœnia. tuſculum
telephus. thelephus
teleſilla. ſapho
teleſippa. ſapho
tellus. cybele
telodice. niobe
telus inſula. ſapho
temenus. alcmęon
temeſa ęs
temeſęus. ęs
temnices. aganippe
tempſa. ęs
tenages. rhodos
teneas. meuania
tenedus. fœmina
tenes. cycnus. tenedos
teos. anacreon
tercentum dij. hecate
tereus. itys. luſcinia
terei puer, itys
teria. gallus
termile. lycia
terpſichore. linus. muſę. theſus. ſagitta. ſirenes
terra. amor. ętna. antęus. aquila promethei. furię. heroes
tethrines. taurus marathonius
tethys. acheolus. calypſo. vrſa ſidus
tetrapolis. cea
tettigus. archilochus
teucer. ęneas. priamus
teucris. troia
teucri. apollo
teutamus. memnon
teuthras. caicus. tecmeſſa. thelephus. theſpiades. pandion
teuthrania. caicus
teuthrantęus. caicus
teuthrantia turba. theſpiades
thales. ſiderum ratio. vrſa ſidus
thalia. gratię, muſę. palici
thamyras. orpheus
thaſus. cadmus
thaumas. iris. harpyię
thaumantea virgo. iris
thaumantias. iris
theano antenor. ſapho
thebę bœotię. hercules
thebe. iaſon
telephus. caicus
thelypteris. filix
thelxinoe, ſirenes
thelxiope. muſę. ſirenes
themis. carmentis. horę pro-

metheus. virgo
themiſcyra, melanthus
theoclymenus. proteus
theogone. tmolus
theopompus, cnidus
thera. callimachus
theræi, callimachus
therapna. Helena
therapnæus. Helena
thermeſſa. lipare
thermopylæ. oeta
thermodon, araxes. ſecuris
therſander, bellerophon, parthenopæus
therſites, pentheſilea
theſeus, ariadna. delphines. demophon. hermione. hippolytus. hippolyte, iphigenia, minotaurus, palæſtra, periphetes. procruſtes
theſeius heros. hippolytus
theſidæ. athenienſes
theſmophoria, ceres, bacchi ſa-
theſpiæ. muſæ (cra
theſpiades. muſæ
theſpis. cothurnus
theſpius. leda. theſpiades
theſpretiæ myrica
theſſalia græci. pyrrha
theſſalæ mulieres. ſaga
theſſala puppis, argo
theſſalus. cos
theſtias. althæa
theſtiades. meleager. theſtiades
theſtius althæa. œneus. achelous
theſtor argo, calchas
theſtorides. calchas
thetis. achilles
thia, aurora. cecropes. ſol
thias. adonis
thiantis. adonis
thilphoſſa. arion equus. tireſias
thiomenes. hylas
thisbæus. columbæ
thisbe. columbæ
thoas. achelous. diana. hypſipyle. lemnos
thoantias, hypſipyle
thooſa. polyphemus
thoth. mercurius
thoſth. mercurius
thraca. thracia
thrace. thracia
thrax. thracia
thraſyllus mons. caicus
threicius ſacerdos: orpheus
thurus. fabula
thuſci. tibicen
thuſcia. etryria
thya. bacchæ
thyades. bacchæ
thyberis. thybris
thyberinus. acrota. thybris
thyeſtes. ægiſthus. tantalus
thyeſtiades. ægiſthus
thylacites. nardus
thymbræus. apollo
thymbra. apollo
thymbris. thybris
thyodamas. hylas
thyodamanteus. hylas
thyone. bacchus. orpheus. ſemele. vinum
thyoneus. bacchus
thyoneius. vinum
thyræus. apollo
thyſi. porca
thytæ. porca
tigris. euphrates

timotheus, diogenes
timolus. tmolus
tinda. diomedes
tingis. mauritania
tireſias. manto
tireſia ſata. manto
tiryns. alcmena
tirynthe. cyclopes
tirynthius. hercules
tiſamenus. oreſtes
tiſameni pater. oreſtes
tiſias. ſteſichorus
tiſiphone. cithæro
titā. luna. pyrrha. prometheus
titanes. ægis. latona
titanis. circe. diana. tethys
titania. circe
titanium aſtrum. luna. ſol
titadus. diana
titareſius. tempe
titarus, tempe
titea. diana. latona. luna. ſol. titanes
tithonus. memnon
tithonia coniux. aurora
tmolus. proteus. tantalus
tolus. capitolium
torone. proteus
toxica. taxus. venenum
trachas. tarracina
trachina. tarracina
trachinia. trachin
trebula. mutuſca
tremiletus. cragus
trieros. leo ſidus
trieterides. bacchus
trifolium maius. cytiſus
triformis diua diana
trigla piſcis. narciſſus
trinacria. rhodos. ſicilia
trinacrus. ſicilia
triopas. argos
triopa. rhodos
triopeius. eriſichthon
triopis. metra
triops. cepheus. eriſichthon
triptolemus. æacus
triquetra. ſicilia
trithales. ſemperuiuum
triton. ſcylla. pallas
tritonis. pallas
tritonia. pallas
tritonis pinus, argo
troas, lyricum carmen
troezen. æſculapius. tantalus
troezenij æſculapius
troezenius heros. theſeus
troiæ author. apollo
troica ſacerdos. veſtalis
tros. æneas. aquarius. ilus. iliū. troia
trygon. telegonus
tuſcas africa
tychon. priapus
tydeus. diomedes. parthenopæus
tydides. diomedes
tyndareus. æſculapius. caſtor. clytæmneſtra. helena. leda
tyndarei gener. agamemnon
tyndaris. helena
tyndaridæ. caſtor
typhaon hyd a
typhoeus. ætna. capricornus. pithecuſæ
typhon. aquila promethei. capricornus. cerberus. harpyiæ pithecuſæ. typhoeus
typhonides. harpyiæ
tyro. neleus. pelias
tyros. purpura
tyrrhenia. etruria

tyrrheni. tibicen
tyrrhenus clãgor. tubę Tonitus
VAccinium Hyacinthus
vaccum. hyacinthus
vdęus. thebę bœotię
veius dux. tolumnius
venaſrum. vulturnus
venus. adonis. ęneas. amazones. amor. apis. ardea. bacchus. cephalus. concha. corinthus. derceto, eryx. hermaphroditus. mẽnon, myrtus. paphos. priapus. rhodos
Venuſia. horatius (vrij
verbenaca. verbena
verbenarius. verbena
vergilię. pleiades
vertumnus. pomona
vertumnalia. vertumnus
verutus. volſci
veſperugo. heſperus
vfens. tarracina
virbius. hippolytus
virgatus. bracę
virgę purpureę. bracę
virga ſomnifera. caduceus
virgo aqua. aqua virgo
virgineus liquor. aqua virgo
virgo tacita. veſtalis
vitiſator. ſaturnus
vlios. apollo
vlyſſes. ęolus, calliſto. calypſo cimmerij. circe. italia. pręneſte. telegonus. telemachus
vnguenta. nardus
volana. padus
vpis. diana
vrania. linus. muſę. hymenęus
vranię genus. hymenęus
vreum. vrij
vrias. vrij
vrion. orion
vrſa grauida. in hominem mutata. laertes
vulcanus. capra. erichthonius. gratię. ignis. lemnos. nilus. palici, peripheres
vulcania proles. periphetes
vulcania inſula. lipare
vulcani domus. lipare
vulcanalia. vulcanus
vulturnus amnis. venaſrum
vulturnus ventus. eurus
vultur mons. vulturnus
XAnthippus. regulus
xanthus equus. cyllarus
xerxes. helleſpontus
xeuxippe. priamus
xuthus. achaia
ZAcynthus. paros
zaleucus. leges
zanclęus. charybdis
zancle. charybdis
zanclus. charybdis
zarandas. euphrates
zarades. leges
zariaſpa. bactra
zephyrus. amor. fauonius. hyacinthus
zephyritis. venus
zetes. calais. harpyiæ
zethus. amphion. antiope
ceugitana. africa
ziras. dionyſiopolis
zoophthalmos. ſemperuiuum.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

EPITHETA EX PRINCIPIBVS LATINORVM POETARVM.

Lucretio,
Catullo,
Virgilio,
Horatio,
Tibullo,
Propertio,
Ouidio.

Commentarij Epithetorum ex authoribus, quorum ſcripta extant, Græcis.

Aeliano,
Aenea Platonico,
Aeſchylo,
Appiano,
Arato,
Ariſtotele,
Arrhiano.
Artemidoro,
Athenæo,
D. Baſilio,
Callimacho,
Clemēte Alexādrino,
Colutho poeta,
Conſtantino Cæſ. de agricultura,
Cornuto de natura Deorum
Darete Phrygio,
Demoſthene,
Dicty Cretenſi.
Diodoro Siculo,
Diogene Laertio,
Diogeniano,
Dione Cocceio,
Dionyſ. Halicarnaſ.
Dionyſio Afro,
Dioſcoride,
Epigrãmatum Volumine
Euripide,
Euſebio Cæſarienſ.
Euſtathio in Hom. & Dionyſ. Afrũ.
Etymolog. magno,
Galeno,
Heliodoro,
Heraclide Pontico,
Herodoto,
Heſiodo,
Heſychio
Hippocrate,
Homero,
Interprete Apollō. Rhod.
Arati,
Ariſtophanis,
Rhetoricæ Ariſtot.
Callimachi,
Demoſth. Vlpiano,
Euripidis,
Hermogenis,
Heſiodi,
Homeri,
Nicandri,
Decem Oratorum Harpocratione,
Pindari,
Sophoclis,
Theocriti,
Thucydidis,
Ioſeph. Hebræo,
Iulio Polluce,
Iuſtino martyre,
Luciano,
Maximo Tyrio,
Muſæo,
Nicandro,
Oppiano,
Orpheo,
Palæphato,
Parthenio,
Paulo Aegineta,
Pauſania,
Philoſtrato,
Pindaro,
Platone,
Platonio,
Plotino,
Plutarcho,
Polybio;
Proclo Lycio,
Ptolemæo,
Q. Calabro poeta,
Stephano,
Stobæo,
Strabone,
Suida,
Theocrito,
Theodoret. Cyrēſi,
Theognide,
Theone Sophiſta,
Theophraſto,
Thucydide,
Tzetze in varia hiſtor.
Varino Camerte,
Xenophonte,
Zenodoto.

LATI-

tyrrheni. tibicen
tyrrhenus clãgor. tubę ſonitus
VAccinium Hyacinthus
vaccum. hyacinthus
vdęus. thebę bœotię
veius dux. tolumnius
venafrum. vulturnus
venus. adonis. ęneas. amazo-
nes. amor. apis. ardea. bac
chus. cephalus. concha. co-
rinthus. derceto, eryx. her-
maphroditus. mẽnon, myr-
tus. paphos. priapus. rhodos
Venuſia. horatius (vrij
verbenaca. verbena
verbenarius. verbena
vergilię. pleiades
vertumnus. pomona
vertumnalia. vertumnus
verutus. volſci
veſperugo. heſperus
vfens. tarracina
virbius. hippolytus
virgatus. bracę
virgę purpurę. bracę
virga ſomnifera. caduceus
virgo aqua. aqua virgo
virgineus liquor. aqua virgo
virgo tacita. veſtalis
vitiſator. ſaturnus
vlios. apollo
vlyſſes. ęolus, calliſto. calypſo
cimmerij. circe. italia. prę
neſte. telegonus. telema-
chus
vnguenta. nardus
volana. padus
vpis. diana
vrania. linus. muſę. hyme-
nęus
vranię genus. hymenęus
vreum. vrij
vrias. vrij
vrion. orion
vrſa grauida. in hominem mu-
tata. laertes
vulcanus. capra. erichthonius.
gratię. ignis. lemnos. nilus.
palici, periphetes
vulcania proles. periphetes
vulcania inſula. lipare
vulcani domus. lipare
vulcanalia. vulcanus
vulturnus amnis. venafrum
vulturnus ventus. eurus
vultur mons. vulturnus
XAnthippus. regulus
xanthus equus. cyllarus
xerxes. helleſpontus
xeuxippe. priamus
xuthus. achaia
ZAcynthus. paros
zaleucus. leges
zanclęus. charybdis
zancle. charybdis
zanclus. charybdis
zarandas. euphrates
zarades. leges
zariaſpa. bactra
zephyrus. amor. ſauonius.
hyacinthus
zephyritis. venus
zetes. calais. harpyiæ
zethus. amphion. antiope
zeugitana. africa
ziras. dionyſiopolis
zoophthalmos. ſemperuiuum.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ... VITTORIO EMANUELE

EPITHETA EX PRINCIPIBVS LATINORVM POETARVM.

Lucretio,
Catullo,
Virgilio,
Horatio,
Tibullo,
Propertio,
Ouidio.

Commentarij Epithetorum ex authoribus, quorum ſcripta extant, Græcis.

Aeliano,
Aenea Platonico,
Aeſchylo,
Appiano,
Arato,
Ariſtotele,
Arrhiano.
Artemidoro,
Athenæo,
D. Baſilio,
Callimacho, (no,
Clemēte Alexādri-
Colutho poeta,
Conſtantino Cęſ.
de agricultura,
Cornuto de natura
Deorum
Darete Phrygio,
Demoſthene,
Dicty Cretenſi,
Diodoro Siculo,
Diogene Laertio,
Diogeniano,
Dione Cocceio,
Dionyſ. Halicarnaſ.
Dionyſio Afro,
Dioſcoride,
Epigrāmatum Vo-
Euripide, (lumine
Euſebio Cęſarienſ.
Euſtathio in Hom.
& Dionyſ. Afrū.

Etymolog. magno,
Galeno,
Heliodoro,
Heraclide Pontico,
Herodoto,
Heſiodo,
Heſychio
Hippocrate,
Homero,
Interprete Apollō.
Rhod.
Arati,
Ariſtophanis,
Rhetoricæ Ariſtot.
Callimachi,
Demoſth. Vlpiano,
Euripidis,
Hermogenis,
Heſiodi,
Homeri,
Nicandri,
Decem Oratorum
Harpocratione,
Pindari,
Sophoclis,
Theocriti,
Thucydidis,
Ioſeph. Hebręo,
Iulio Polluce,
Iuſtino martyre,
Luciano,
Maximo Tyrio,

Muſęo,
Nicandro,
Oppiano,
Orpheo,
Palęphato,
Parthenio,
Paulo Aegineta,
Pauſania,
Philoſtrato,
Pindaro,
Platone,
Platonio,
Plotino,
Plutarcho,
Polybio;
Proclo Lycio,
Ptolemęo,
Q. Calabro poeta,
Stephano,
Stobęo,
Strabone,
Suida,
Theocrito,
Theodoret. Cyrēſi,
Theognide,
Theone Sophiſta,
Theophraſto,
Thucydide, (ſtor.
Tzetze in varia hi-
Varino Camerte,
Xenophonte,
Zenodoto.

LATINIS.

Acrone
Ammiano Marcellino,
Aemylio Probo
D. Ambroſio
Antonino Imp.
Aproniano Grammatico
Apuleio
Arnobio aduerſus gentes
Aſconio Pædiano
D. Auguſtino
Aulô Gellio
Auſonio
Calpurnio poeta
Catone
Catullo
Cenſorino
Chalcidio
Cicerone
Claudiano poeta
Columella
Corn. Celſo
Corn. Nepote
Corn. Tacito
Donato
Eutropio
Feſto Pompeio
Flauio Vopiſco
Fulgentio Placiade
Germanic. Cæſare
Gratio poeta
D. Hieronymo
Hirtio
Horatio
Hygino
Incerto poet. ad Piſonē Calpurnium
Iul. Cæſare
Iulio Capitolino
Iulio Firmico.
Iulio Frontino
Iulio Solino
Iulio Obſequente
Iuſtino
Iuuenale
Lactantio Firmian.
Lactantio Placido
Liuio
Lucano
L. Floro
Lucretio
Macrobio
M. Manilio poeta
Martiale
Martiano Capella
Nemeſiano poeta
Nonio Marcello
Ouidio
Palæmone
Palladio Rutilio
Perſio
Plauto
Plinio
Pomponio Mela
Pontano
Porphyrione
Priſciano
Probo
Propertio
Prudentio poetâ
P. Victore
Q. Curtio
Quintiliano
Rufo Auieno poeta
Rutilio Numatiano poeta
Salluſtio
Seneca philoſopho
Seneca poeta
Sereno Sammonic.
Seruio
Sidonio Apollinari
Silio Italico
Statio
Suetonio
Terentiano
Tertulliano
Tibullo
Val. Flacco
Val. Maximo
Varrone
Vegetio
Velleio Paterculo
Vibio Sequeſtro
Virgilio
Vitruuio.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google